



Cat 54

sermones fratris roberti



Hec est tabula omnium sermonum contentoꝝ in hoc Quadragesimali.

[illegible]

[illegible]

norum o[illegible] quam peccatores ad [illegible]

Multi sũt vocati

m pauci vero electi. Habentur hec vba Math. 20. c. ꝛ in euã gelio hodierno. Propter ni/miam charitatem suam qua di ligit deus rõnabilẽ creaturã: nõ desinit voci/tare miseros peccatores post lapsum atqꝫ rui/nam peccati: vt ad eum redeãt p penitentiam. Monet eos ꝛ expectat blãde multifariaꝫ mul tisqꝫ modis attrahit: ꝛ allicit illos vt nõ despe rent: sed currãt cõfidenter ad fõtem clementie sue. Pleriqꝫ vero negligunt renuũtqꝫ obedi/re voci eius suauissime: existimãtes opera bo na in qbus penitentes exerceri oportet nõ so/lum difficilia ꝛ dura. sed oĩo ipossibilia. Quo errore firmato in eoꝝ mente licentiam in ma lo pseuerandi suscipiunt: in diesqꝫ deteriores fiũt: quapropter existimaui reꝫ fructuosissimã facere si aperuero quãta sit ad bene operãdum recteqꝫ viuẽdum facilitas ꝛ suauitas. vnde in hoc sermone ad excitãda corda dura peccatoꝝ quos deus vocat vt p penitẽtiam electoꝝ nu/mero ascribant: de facilitate bonorum operuꝫ ero verba facturus: qm̃ sapiẽtissimus mundi redemptor in themate iam ꝑposito explicat ma nifeste tarditatem penitẽtium: qbus salus esse nõ põt: asserens multos fore vocatos: paucos vero electos: qꝛ pauci sunt fortes animo ad vir tutum opera aggrediẽda: qbus facilitatem ac/tiuum virtuosoꝝ ostendẽdam duxi maxime ꝓ pter tria.

Primo prop[illegible]

[illegible]

[illegible]

Quod facile est vnicuiqꝫ operari bonum, ꝓ pter cãm originalem que ẽ hominis voluntas libera que non cogitur. Capitulum. j.

P Rimo ostẽdo facile esse vnicuiqꝫ operari bonum pp cãm originalẽ Nam si recte cõsideremus vnde ẽ ꝙ aliq boni: aliq mali sint. nõnulli recte: non/nulli vero pniciosissime viuãt. inueniemus ꝑ fecto id prouenire ab vniuscuiusqꝫ libero arbi trio ꝛ spontanea volũtate. Hoc asserũt omnes sapientes siue phi siue sancti. Unde Arĩ. 2° ethi. c. 7. ait. Iustum operari omne volunta/rium est. Et in 3°. ethi. c. 3°. Uirtus volunta rium est. Et nihilominus ꝛ malicia volunta/rium est. Et ibidem. Beatus inqt nullus no/lens ẽ. Et Señ. libro de moribus ait. Omne peccatum actio ẽ volũtaria. Et idem ad Lucil lum. Ualẽtior omni fortuna animus est: ꝛ in vtrãqꝫ partem ipse res suas ducit: bẽqꝫ ac mi sere vite sibi cã est. Et Salustius in iugurtino Dux atqꝫ imperator vite mortalium animus est. Hinc Aug. libro 5° de ci. dei. x. c. dicit. Sunt nostre volũtates in nobis: ꝛ ipse faciunt qcqd volendo facimus siue bonum siue maluꝫ In lib°. vero de libero arbitrio. Pctm̃ asseru usqꝫ adeo fore voluntarium: ꝙ si nõ esset vo/luntarium nullum esset pctm̃. quod dictũ etiaꝫ sacri canones sepius cõfitentur. sicut patet. 45 di. c. de iudeis. et. 15. q. i. c. merito. c. illa. c. nõ est. ꝛ. 33. q. 5. c. sicut. n. ꝛ. 23. q. 4. c. Nabu/chodonosor. vbi dr̃. Uasis ire nũquam deus redderet interitum: si nõ spõtaneum iuenire/tur homo habere peccatum. Et idem habetur de sententia excõmunica. c. cuꝫ voluntate. 50. di. c. si qua femina. c. si qs. c. quantum. c. hi q c. sepe cõtingit. ꝛ. C. ad. l. corneliam de sicca/rijs. l. i. ꝛ. ff. de furtis. l. qui i iure in pn. ꝛ hoc retulit Tullius in. 2. rethori. noue inquirẽs. Voluntatem in oĩbus rebus spectare cõuenit Et Señ. ad Lucillum. Actio ait recta nõ erit nisi recta fuerit voluntas. Ad hoc eniꝫ auctor Gratianus insup cõfirmat quod dicimus de pe. di. 2. c. si. n. ꝭ. liberi arbitrij. Nec ad vir/tutem nec ad vitia necessitate trahimur. sed vo luntate. Hieronymus aũt in qõibus ad Hel/bidiaꝫ sic pulchre loqtur. Hoies suo arbitrio derelicti sunt. neqꝫ. n. bonum necessitate faci/unt. sed voluntate vt credẽtes coronam acci/piant. increduli supplicijs mãcipentur ꝛ iterũ ibidem ait. Deus equaliter cunctos sorte genera/uit ꝛ dedit arbitrij libertatem vt faciat vnusqs/qꝫ quod vult siue bonum siue malum. Intã/tum aũt dedit hoĩbus libertatem vt vox impia disputet cõtra creatorem suum: ꝛ causa a volũ tatis illius pscrutetur. h ille: que omnia sapiẽs breui sententia collegit. Eccle. 5. c. vbi ait. deus ab initio cõstituit hoiem ꝛ reliquit eum in ma nu cõsilij sui. ꝛ paulopost subdit. Apposuit tibi

ignem τ aquam: ad qđ volueris porrige ma/
num. Quod aũt homo liberi sit arbitrij ꝓ/
bat sctũs Tho. i. pte summe. q. 83. qm̃ nisi sic
esset frustra essent cõsilia exhortationes τ pce
pta ꝓhibitiones premia τ pene. Insup idipm̃
colligit a sufficiẽti agẽtium diuisione. Quedã
enim sunt que agunt absqꝫ iudicio sicut lapis
mouet deorsum absqꝫ cognitione. Quedam
agunt iudicio sed nõ libero sicut aialia bruta.
Iudicat qdem ouis vidẽs lupum eum esse fu
giẽdum naturali iudicio τ nõ libero. q2 nõ ex
collectione sed ex naturali instinctu. Et siliter
ẽ de quolibet brutorum aialium. Sed hõ agit
iudicio: q2 p vim cognoscitiuam iudicat aliqd
esse fugiẽdum vel ꝓsequẽdum. Et q2 iudici/
um illud nõ est ex naturali istinctu in particu/
lari operabili: sed ex collectione rõis: ideo agit
libero iudicio potẽs in diuersa ferri. Rõ qp/
pe circa contingentia habet viam ad opposita
vt patet in dialecticis syllogismis. τ rhetoricis
ꝑsuasionibus. Particularia aũt opabilia sunt
q̃dam cõtingentia τ ideo circa ea iudiciuꝫ rõ/
nis ad diuersa se habet: τ nõ ẽ determinate ad
vnum. Et ꝓ tanto necesse ẽ ꝙ hõ sit liberi ar
bitrij eoipso ꝙ ẽ rõalis. hec Tho. Que vero
sit differentia iter liberum arbitrium hois aut
angeloꝝ vel beatorum siue ipsius summi dei
nõ est ꝓpositi nostri cum itẽdam tñ clare pate
facere cũctis: qđ ꝓbatũ est p iã dicta: videlicet
ꝙ q volunt bñ operari τ boni esse id facile pñt
q2 ex eoꝝ volũtate id depẽdet. Qui vero ma
li sunt τ mala facere nõ formidant ideo sic fa/
ciũt: q2 sic volũt. τ ex cõsequenti si pp pctã dã/
nant mali. τ pp iusticie opera soluantur boni.
nullus dãnatur neqꝫ saluat iuitus. Sed non
imerito ꝑ ea que dicta sunt circa tria dubita/
re cõtingit. primo circa liberi arbitrij violen/
tiam. 2°. circa liberi arbitrij excellẽtiam. 3°. cir
ca liberi arbitrij pniam. P°. dubitat circa li
beri arbitrij violentiam vtꝝ. s. liberum arbi/
trium cogi possit aut violentari. Et qbusdam
videt ꝙ sic. primo a ꝓpria natura. 2°. ab alia
creatura. [T]ertio a creatrice diuina essentia.

Primo videt qbusdam nõ bene itelligẽti
bus ꝙ liberꝝ arbitrium in qbusdaꝫ cogi possit
τ violentari ab eoꝝ ꝓpria natura ꝓpter vehe
mẽtes quasdam passiones τ naturalem cõcu/
piscentiaꝫ: qbus q̃si vident ipelli ad maliciam
inuoluntarij: sicut patet de qbusdaꝫ qui nulla di
sciplina: nulla correctione: nulla monitione: ti/
more: punitione: castigationeqꝫ emendantur.
Quare vident talib⁹ adeo annexa vitia τ pctã
vt ẽt si velint abstinere nõ possint. Ego vero
dico cũ Giraldo odonis sup 3° ethi. ꝙ nulla
naturalis cõcupiscentia quãticũqꝫ itẽsa p nati
uitatem vel p etatem necessitat vel cogit hoieꝫ
ad esse malum τ vitiosum iuoluntarie: eo ꝙ p
rõem vnusqsqꝫ superare põt qualscũqꝫ passio/
nes ẽt potentissimas iclinãtes ad malum. Et
hoc cõstat nõ solum ex scripture sacre testimo/
nijs sed ẽt ex dictis atqꝫ exemplis moralium
phoꝝ. Sunt Senece verba ad Lucillum. d.
Erras enim si existimas nobiscum vitia nasci
supuenerunt. ingesta sunt. nulli nos vitio na/
tura cõciliat. nos illa itegros ac liberos genuit
hec ille. Qualiter aũt hi qui maliciosissimi vi/
dent esse si volunt boni fieri possunt, ostẽdit
Valerius maximus li. 6. de mutatione moꝝ
τ fortune. Ibi enim de Lucio sylla sic loqtur
Lucius sylla vsqꝫ ad questure sue comitia vitã
libidine vino ludicre artis amore inquinatam
ꝑduxit. Quapropter. C. marium cõsuleꝫ mo/
leste tulisse tradit ꝙ sibi asperrimum in africã
bellum gerenti tam delicatus questor sorte ob
uenisset. Eiusdem virtus quasi ꝑruptis τ de/
fictis neqcie qua obsidebatur claustris cathe/
nas Iugurte iniecit manibus: Mitridatem
cõpescuit: sociales belli luctus repressit. Ibi/
deꝫ narrat de Themistocle pho qui adolescẽs
tanta fuit pollutus infamia ꝙ se ab eo pater ab
dicauit τ mater pp filij turpitudinem laqueo
se suspendit. Euasit deinde robustiore etate
phs clarissimus τ athenaꝝ princeps. Appa
ret ergo τ claꝝ ẽ ab hoie volẽte superari pos/
se oẽm malam iclinationem ꝑuãqꝫ cõsuetudi/
nẽ. 2° vr alijs nõ recte sapiẽtib⁹ ꝙ liberũ arbi
triũ cogi possit atqꝫ ꝯpelli ab alia creatura. vt
puta ab iflueñtia celestiũ corporũ siue a malicia
demonũ. sed de corporib⁹ celestib⁹ quẽadmo/
dũ nihil possint supra liberꝝ arbitriuꝫ ad illud
cogẽdum diffusius suo loco dicã. nunc audire
sufficiat qd de diabolo sit tenendum: Posset
nãqꝫ qs dicere ꝙ qñcũqꝫ aliqs potẽs τ sapiẽs
ꝑliat cum debili τ isipiẽti ꝙ de necessitate vin
cit τ superat illum. τ p cõsequens cogit τ vio
lẽtat eũ: iuxta dictũ phi. 9°. ethi. Qui habiles
sunt ingenio naturaliter sunt dñi. q vero lu/
brici corpore naturaliter sunt serui. sed diabo/
lus potẽtior τ sapiẽtior hoie iportune tentat
illum vt mala faciat. ergo seqtur ꝙ de necessi/
tate hoiem vincat τ superet. eiqꝫ supato atqꝫ
deuicto vim inferat ac violentiam. De sapia

sigacem

fiqdē siue astutia hostis antiqui Aug. loqtur
in libro de natura demonuz.d. diabolum hr̄e
mille nocēdi modos. Qđ etiam notat̄ in de/
cretis.26.q.4.in.c.sciendū. De potestate etiā
eius loquit̄ Job.41.c.d. Nō est potestas sup
terrā que cōparet̄ ei.qđ Jo. Apocal.12.decla/
rauit cū dixit. Veh terre ꝛ mari:quia descen/
dit ad vos diabolus habens iram magnam.i.
potestatē. Quod iportuna autē ꝛ frequens sit
contra nos eius pugna. Petrus aploꝝ prin/
ceps.i. epl'a.c.5. clamans audiatur. Sobrij
estote ꝛ vigilate: qꝛ aduersarius vester diabo
lus tāquam leo rugens circuit querens quez
deuoret:ergo videt̄ ꝙ nullus etiaz volens ca
uere sibi possit a malo ꝛ operari bonum:cum
diabolus idistincte oēs oppugnet. His ita re
spondeo :ꝙ diabolus tentat hoiem q̄ꝛtum pōt
q̄ꝛtum scit:ꝛ q̄ꝛtum vult:sed q̄ꝛtum a deo no/
bis benigno pmittitur. At vt gentiuz doctor
Pau.i. Cor.x.c.meminit. Fidelis deus est
qui nō patitur vos tentari supra id quod po/
testis:sed facit cum tentatione prouentum vt
possitis sustinere. Propterea debilis est ho/
stis ꝛ nō vincit nisi volentem. 3° istant ali/
qui ꝙ libeꝝ arbitrium cogi possit ab ipsa crea
trice diuina essentia:ex eo ꝙ Joh.6° scribitur
Nemo potest venire ad me nisi pater qui mi/
sit me traxerit illuz:sed tractus est motus vio
lentus vt dicit̄ phs:ergo liberuz arbitriū vio
lentat̄. ꝛ puer.20.dr̄ sicut diuisiones aqua/
rum:ita coꝛ regis in manu dn̄i quocūqꝫ volue
rit immutabit illud. Sed talis imutatio ē que
dam coactio.ergo deus cogit liberum arbitri
um. Preterea deus pōt oīa facere qꝛ est oī/
potens.ergo pōt ꝛ cogere ac violentare libe/
rum arbitrium. Propter hec declaranda no
tāda sunt tria fm dn̄z Bon.in.2.di.25. P°
notādum ꝙ de libero arbitrio possumus loq
dupliciter.s. q̄ꝛtum ad actum exteriorē. ꝛ q̄ꝛ/
tum ad actum iteriorē. Si loq̄mur primo mō
respectu talis actus pōt interuenire coactio.
pōt.n.qs compelli vt ipso nolente genua co/
ram idolo flectat.si aūt loq̄mur q̄ꝛtum ad actū
iteriorem qui.s.est velle eligere ꝛ consentire.
sic nullo modo pōt cogi nec ab agente creato
nec a deo creatore. 2° notādum ꝙ cum dr̄ li/
beꝝ arbitrium a deo nō posse cogi. dupliciter
pōt itelligi.aut ita ꝙ deus nō possit auferre li
bertatem ꝛ supinducere coactionem.ꝛ hoc fal
sum ē.qꝛ p imēsitate potentie sue nō solū pōt
cōditionem mutare:sed naturam ipsam crea/
tam in nihilum ēt vertere. Alio modo pōt in/
telligi ꝙ deus nō possit liberum arbitriuz co/
gere salua pprietate libertatis ꝛ ei⁹ natura. ꝛ
hoc mō verum ē ꝙ ipossibile ē deuz liberum
arbitriuz violentare posse p eo ꝙ iplicat in se
duo cōtradictorie opposita. ex hoc.n. ꝙ libeꝝ
est si aliquid vult libere vult. ꝛ ex hoc ꝙ volū/
tarium est si aliquid vult voluntarie vult. ꝛ se
ipso mouente vult.quia fm Ari.3° ethi.c.3°
Voluntarium vtiqꝫ videtur esse cuius princi
pium in ipso est. Ex hoc aūt quod libeꝝ arbi/
trium cogitur si qd vult seruiliter vult ꝛ si qd
vult inuite vult ꝛ si quid vult ab alio vult.qa
iuxta sententiaꝫ Ari.3° ethi.c.p°. Violētum
est cuius principium est extra tale existens in
quo nihil cōfert operās vel patiēs.ergo libeꝝ
arbitrium a deo cogi nō est aliud quaꝫ actum
eius simul ꝛ semel esse libeꝝ ꝛ seruilem. esse
volūtarium ꝛ nō volūtarium esse a se ꝛ non a
se.si ergo est ipossibile ꝙ claudat in se vtranqꝫ
ptem ꝯdictionis.nō tm̄ ē impossibile creatu/
re.sed ipsi optimo deo.qꝛ illud posse nō ē pos
se. Et sic rn̄denduz ē ad tertium obiectum. 3°
notāduz qđ differt dicere volūtatē iduci. volū
tatem mutari. ꝛ volūtatem cogi. Tunc.n.idu
ci dr̄ qn̄ aliqua psuasio ei fit q̄ disponit̄ vt ad
aliqđ appetibile inclinet̄ quasi valde intensa ē
nomen coactionis sortitur: q̄ꝛuis non sit vera
coactio. Tūc aūt voluntas mutat̄ qn̄ ipsa no/
lēte vnum potēti ꝟtute affectio imittitur ei in
cōtrarium. ꝛ de hoc nolente fit volens: ita ꝙ
affectio expellit̄ ꝛ cōtraria inducitur: sicut cuz
deus amatorem temporalium facit ꝑalium
cōtemptorez. ꝛ de hoc dicit Dauid in pmo.s.
Hec mutatio dextere excelsi. ꝛ hoc dicit̄ esse
q̄dam cōpulsio ꝛ tractio diuina. Tūc vero vo
luntas dr̄ cogi quādo itelligitur ipsam vitam
aliqd velle: ꝛ repugnāte actu voluntatis deli/
beratiuo aliena virtute mouente ꝛ repugnan/
tia manēte ad aliquid inclinari nolendo. Vo/
luntas ergo induci potest ab agēte creato. mu
tari vero ab alio nō potest: nisi ab agente in/
creato: ꝛ pro hac mutatione sumitur tractio il/
la de qua dictum est opponendo. cogi aūt vo/
luntas a nullo potest. ꝛ hoc Bern̄. tenuit in li
bro de libero arbitrio cum dixit. Voluntas
pro ingenita sui nobilitate nulla cogit necessi/
tate. Scđo dubitatur circa liberi arbitrij ex
cellētiam. qn̄ hoc qđ homini cōcessum est ab
opifice

opifice sūmo ad decorē & gl'iam qdam ꝓbare nitunť ei cedere ad dānum dedecus & detrimētum. Arguunt qppe: si optimū est optima queqꝫ facere vt ait Dio⁹ iii li. de diui. no. sed deus ē optim⁹: ergo debuit hoiem optimum facere: sed in vertibilitate arbitrij nō fecit eum optimum. qm̄ melius esset hoi peccare nō posse q̄ȝ peccandi facultatem hr̄e: ergo deus rectū minime cōdidit hoiem. His ergo r̄ndeo ſm Alex. de ales. 2. parte sum. & d. Boñ. di. 23. scd̄ꝫ libr̄i qd̄ optimum dupliciter dr̄. s. simpliciter et in ordine. Deus oia que fecerat vidit: et erāt valde bona. i. optima. Geñ. p°. Non simpliciter: sed in ordine et in cōparatione ad totum vniuersum: in quo nihil ē sup̄fluum: nihil diminutū: nihil inordinatū. Formica optima ē nō simpliciter & in se: qꝛ leo melior ē illa atqꝫ nobilior in genere aialium brutoꝝ & irrationabilium: sed i.. cōpatione ſm ordinē vniuersi: sicut leo optimus ē: quo tamē dignior ē homo: sic hō optimus est: quo tn̄ dignior ē angelus in sua natura. oia tamen ista & cūcta que fecit deus scd̄m ordinem cōsiderata optima sunt. & optima esse dicunť. Secūdū hunc igitur ordinem deus cōdidit hoiem optimū quādo ei libertatem dedit arbitrij: eo q̄ finis hois ē ipsa beatitudo. Ad beatitudinem vo cōsequendam voluit deus hoiem dispositum fore aliquo suo merito interueniēte. vt sic homo beatificabilis ampliori gl'ia resulgeret. & dei liberalissimi iusticie satisfieret. Accedit itaqꝫ liberi arbitrij cōditio ad dei viuentis preconium q̄ iuste saluat bene faciētes: & delinquētes eternaliter punit. Facit & ad hois laudem q̄ potuit mala facere & non fecit. ex quo Lactā. in. 6. li. di. isti. ait. Nulla laus ē nō facere qd̄ facere nō possis. Hiero⁹ vo diffusius cōprehēdat ea que dico in ep̄la ad Demetriadam vgi. quā sic alloqtur. Iam ꝓuidēdum ē ne forte illud remordeat: in quo temere imperitū vulgus offendit. vt ideo nō vere bonum factum hoiem putes: eo q̄ is facere malū pōt: nec ipsa natura astringať ad imutabilis boni necessitatem. nam si diligēter rem tractes: & ad subtiliorem itellectum aīum cogas hinc tibi melior ad sup̄bior hois status appebit: vnde putať inferior. in hoc. n. gemini itineris discrimine i hac vtriusqꝫ libertatis parte rationalis anime decus positum ē. hic inquā totus nature nostre honor cōsistit: hic dignitas: hic p̄mium. hinc deniqꝫ optimi quiqꝫ laudē merentur: nec essꝫ hoīs vlla vtus in bono pseuerantis: si is ad ima trāsire nō posset. hec ille. 3° dubitať circa liberi arbitrij pniam: vtꝝ. s. peccatores oēs q̄ādiu in statu sunt vie ad pniam possint redire: qd̄ si nō faciant an suo libero arbitrio & voluntati male sit iputādum. Et r̄ndeo ſm veritatem rei affirmatiue q̄ sic. ad qd̄ iduco Augustini doc. egregij sn̄iam iuincibilem: qui in li. de li. ar. exēpla affert in medium Pharaonis & Nabuc. d. Nabuchodonosor penitētiā meruit fructuosam. nōne post inumeras ipietates flagellatus rex iste vere penituit. & regnū qd̄ pdiderat rursus accepit. Pharao aūt ipis flagellis durior ē effectus & perijt. Hic mihi rōem reddat: q̄ diuinum cōsilium nimiū alto & sapiēti corde diiudicat cur medicamētū vnius medici manu cōfectum alij ad iteritū: alij ad vitam valuerit & salutē: nisi qꝛ xp̄i bonus odor alijs ē odor vite in vitā: alijs odor mortis in mortē. Quātum ad naturā ambo hoies erant. q̄tum ad dignitatē ambo reges. q̄tum ad causam ambo captiuum dei pp̄l'm possidebāt. quātum ad penā ambo flagellis clemēter admoniti. Quid ergo fines eoꝝ fecit esse diuersos: nisi q̄ vn⁹ manum dei sup se sentiens in recordatione ꝓprie iniqtatis igemuit: alter vero libero ꝯ dei misericordissimā veritatem pugnauit arbitrio: hec ille. Et notať. c. superius alle. Nabucho. 23. q. 4. in qbus verbis innuit Aug⁹ q̄ pharao a deo pcussus. x. plagis humiliare se noluit: & suo arbitrio penitentiam sprevit. Nabuchodonosor vero vt dicitur Daniel'. 4. post septēnem sui castigationē qua fuit mutatus quasi in bestiā leuauit oculos ad celum: & se deo humiliās: & p̄ suis iniqtatib⁹ ingemiscēs pcōꝝ veniam ſm Nico. de lira & regni fastigium simul adeptus: neqꝫ alia cā potuit assignari q̄re ad deum cōuertit cor suū nisi qꝛ voluit. volens Nabuch. & nō iuit⁹ post pctm̄ salutē ē assecutus. volēs pharao mētem indurauit & perijt. Sunt filia exempla discipulorū xp̄i. Petri negātis: & ꝓditoris iude: quorum alter post peccatum flēdo & lachrymādo xp̄i misericordiam iuenit: & in apostolatum restitutus factus ē ap̄loꝝ princeps regni celoꝝ clauiger: & i empyreo celo dign⁹ assistere ibi xp̄o filio dei. Alter aūt. s. Iudas desperatione victus laq̄o se suspēdit. Quis eū ad desperationē ad suspēdiū & sumet crudelē occisionem iduxit: nisi eius ꝓpria volūtas. Sed penituit inquies Iudas: vt patet in euangelio.

Math.27. vbi dicit q penitentia ductus ret
tulit triginta argenteos principibus sacerdo/
tum et senioribus.d. Peccaui tradēs sangui
nem iustum: ergo videt q dānari nō debuit.
Sed Joh. os aureū de pe. di.3. in.c. Judas
rīdens.d. iudas penituit sed male: qz laqueo
se suspēdit. vñ ēt in.c. Nemo. de pe. di.1. Ne
mo pōt bene agere pniam ni sisperauerit in/
dulgētiam. Hic Leo papa in sermone quodā
iudam sic alloqtur. Sceleratior oibus o iuda
et iselicior extitisti: quem nō pnia reuocauit ad
dñm: sed desperatio traxit ad laqueum. Fuit
itaqz falsa pnia inde quam cōsecuta ē despera/
tio. nec dubiū est q si ad pedes dñi cucurris/
set: inuenissetqz eum siue in medio derisoꝝ
et penitentium decoram faciem eius: ac caput
angelicis spiritus tremebūdum: siue colūne in
herentem et in ea dure ligatum: ac pp flagella
terram suo sanguine madefaciētem: siue inter
duos latrones pēdentem in cruce nudatum:
vulneratum: et totū cōfusum: et humili corde
idulgētiam postulasset: nūquam ei fuisset ne/
gata. Paratissimus erat xps a q pro peccatori/
bus patiebat: p peccatoribus sanguinē suum
fundebat: p peccatoribus moriebat in cruce:
iudam si pniam verā agere voluisset ad se pro
amore suscipe idulgere grāmqz impartiri. Est
de hoc dictū. Grani de pe. di.1.c. his ptān/
bus. vbi ait. Arbitror q ēt iudas potuisset tā
ta miseratione dñi nō cōcludi a venia si pnia
nō solum apud iudeos sed apud xpm agere
voluisset: quare voluntati eius ascribenda est
desperatio illa: que sup oia peccata displicet mi
sericordissimo deo. Quid Petri aiū mouit
vt post tam grāde peccatum ab eo cōmissum
nō desperaret: sed cōfideret in bonitate incar/
nati dei dulcissimi sui magistri. Certe grā ei9
fuit quam ipse petrus volēs acceptauit: volēs
nō recusauit. Egressus iquit euāgelista foras
fleuit amare. luce.22. Quid flebat. Quid di/
cebat. qd cogitabat in corde. qd sonabat in ore
Vide o anima et cōsidera petrum flētem et la/
chrymātem: qz negauerat xpm humano timo
re deuictus: dicebat forte. o quanta est iniqtas
mea. o q̄z graue peccatū: negaui me scire ihm
quem vidi: quem amaui: q me dilexit. vidi eū
sup aquas ambulare: mortuos suscitare: cecos
illuminare: et mūdare leprosos: et iureiuran/
do dixi me eum non nouisse. Heu me magi/
ster mi dulcissime: negaui nosce te: quē aspe
xi oculis ppriis trāsfiguratū in monte tabor: et
captus e pulchritudine et splēdore claritatis tue
dixi. Faciamus hic tria tabernacula. o piissi/
me saluator mundi. o fons indeficiens omnis
mansuetudinis: tu me ad tuam societatem vo/
casti: tu mihi reuelasti secreta tua: tu mihi fa/
miliarem te et affabilē exhibuisti: tu lauisti hu
militer pedes meos exm humilitatis me do/
cens: tu innumera mihi beneficia contulisti: et
ego negaui te. O bone ihu peccaui: iniqz egi
tu vo misericors indulge peccatis meis: et nō
me despicias penitētem. o q̄z libenter peper/
cit ei xps: cui tamē nullam intulit violētiam.
Sume et tu peccatrix anima exēplum: et si vo
lueris cum petro gratiosum ubi ppitiūqz dñz
ihm xpm habebis. Si vo pctā tua dimittere
nolueris: tua dānet: tuā accusa durissimā vo
luntatem. Intellexit hoc Aug9 postquam ad
lucem grē dei venerat: qui in li. cōfes. dicebat
ad eum. Vocasti me: et nō erat qui rñderet ti/
bi dicenti mihi. Surge q dormis et exurge a
mortuis: ligatus eniz eram nō alieno ferro. sz
mea ferrea voluntate. O quātus est numer9
peccatorum q cathena diaboli trahunt ad in/
ferna volentes. o miseri: o negligentes: o vo/
bisipsis crudelissime belue. surgite a mortuis
soluite vincula vitiorum vestrorum: et ad de/
um reuertimini: nec vos terreant opera bo/
na que facile est exercere: dummodo adsit ipsa
voluntas.

Nō facile est opari bonum pp̄ter auxilium
diuine grē: que adiuuat oēs illam volentes: li
cet neminem cogat. Capitulum. 2.

s Ecūdo ostendo facile esse vnicuiqz
operari bonum pp̄ter adiutorium
diuinale. Parat9 eqdem deus ē ad
iuuare grā sua oēs volentes et cu/
piētes facē bñ. Verūtamē solēt pleriqz de ipsa
grā benedicta dubitare hoiem adiuuāte: ma/
xime circa tria. Primo circa necessitatē. Se
cundo circa libertatem. Tertio circa ipecca/
bilitatem. Pc dubitant aliq de grā ipsa circa
necessitatem. vtrū sit necessaria homini ad be
ne operādum ita q absqz illa nō possit opera
ri bonum. Et pro vna parte stat snia theolo/
gorum: qui in scdo sniarum attribuunt oēm
motum voluntatis et liberi arbitrij ad bene fa
ciendum grē: dānātqz pelagianos hereticos
qui dixerunt liberum arbitrium solum et p se
sufficere homini ad opera bona. Hinc et ma/
gister sniarum. 28. di. 2. li. inducit Aug. li. 1.
retractationum. d. Heretici pelagiani sic lo

bez asserũt volũtatis arbitriũ vt grẽ dei non relinquant locũ: quã ſm merita nr̃a dari asserunt. At ⁊ prefatus Augu. in pleriſq; locis pelagianos viriliter expugnat oſtẽdẽs grẽ neceſſitatez. vñ ad Bonifaciũ papã. d. Nõ põt hõ aliquid boni velle: niſi iuuetur ab eo q̃ malum nõ põt velle. Et in li. de p̃deſtinatõe ſcõrum. Prius inq̃t eſt cogitare bonũ q̃ȝ credere: ⁊ ipſum cogitare bonũ ex deo eſt. Et idem in libro de correctõe ⁊ gratia. Sine gratia dei nullũ ꝓrſus ſiue volẽdo ſiue agẽdo faciũt homines bonũ. Et idez ad valentinũ. Cogitare vel agere ſecunduz deum nulla rõne ſine grã dei poſſum⁹. Et idẽ in. Ench. Gratia preuenit vt velim⁹ bonuz. Et idẽ in li. de eccleſiaſticis dog. Monet ad q̃rendũ ſalutem libertas arbitrij. ſȝ mouente prius deo. Et idez in ſoliloquijs ad deũ loquẽs. Velle etiã quod bonũ eſt non poſſum: niſi tu velis. Hoc idem dicit Berñ. in li. de li. ar. cũ ait. Tria in nobis operatur deus: cogitare. ſ. bonuz: velle: ⁊ pficere primũ ſine nobis. ſecundũ nobiſcũ. tertiũ per nos. Ad idẽ eſt illud hyſidori in li. differẽtiaȝ gratia eſt diuine miſericordie donũ: per quod bone voluntatis eſt exitus. ⁊ hoc magiſter in tertio ſic ſcribit. Bona voluntas comitatur grãz: nõ gratia voluntatem. Et doctor gentiũ paulus. 2. corinthioȝ. 3. c. eandez ſententiam approbans inq̃t. Nõ ſum⁹ ſufficiẽtes cogitare aliq̃d a nobis quaſi ex nobis. Ex quib⁹ omnibus colligimus vſq; adeo gratiam fore neceſſariaz ad explenda v̄tutis opa. vt etiã ſine illa nec cogitare: nec velle ea quis poſſit. Ex parte altera contrariuz oñdi põt ⁊ rõne ⁊ experimento. Ratõe ſic. Magis ſe hȝ vnũquodq; ad illud ad qđ naturaliter eſt ordinatuz: q̃ȝ ad illud ad quod naturaliter nõ eſt ordinatũ: ſed homo naturaliter ad bonuz ordinatus eſt: nõ aũt naturaliter ad maluz. ergo magis ſe hȝ homo ad bonũ q̃ȝ ad maluz. ſi itaq; põt facere malũ per ſe: poterit etiã facere bonũ p ſe: ergo grã nõ eſt neceſſaria ad hoc q̃ opetur bonum Inſup omnis creata natura põt in ſuũ actuz: ⁊ illum educere abſq; adminiculo gratie: ſicut ignis lucet: ⁊ calefacit: canis latrat: celuz mouetur: aque fluũt: ⁊ c̄ huius. in quibus grã nõ eſt: ergo aut hõ poterit abſq; grã p naturaz in ſuum actũ ⁊ illũ educere: aut peioris cõditõis erit q̃ȝ cetere creature. ſed hoc eſt falſum: ergo per naturã põt hõ ſuũ actũ educere. ſed actus eius eſt viuere ſm rationẽ rectã: ⁊ opari bonũ vt patet ex primo ethi. ergo vr̃ q̃ grã nõ ſit ei neceſſaria. Experimẽto hoc adhuc clariſſimuz. eſt. quãdoq; inueniri ſunt tot gẽtiles: idolatre: ⁊ infideles: q̃ v̄tutis opa miro modo ſunt ꝓſecuti. q̃s neget bonã fuiſſe iuſticiam Bruti. fidelitatez Marci reguli. cõſtantiã Mutij. paupertatem Valerij publicole. continentiam Scipionis. ⁊ philoſophoꝝ morales actus. Non opus nũc eſt eoꝝ recenſere geſta: de quib⁹ tñ in hiſtorijs multa legimus laudabilia ⁊ memoratu digna. Operati ſunt ergo illi opera bona plurima: ⁊ tamen in eis nulla erat grã. Pro huius difficultatis ſolutione afferaz in mediuz reſponſionẽ domini Boñ. qui in. 2° ſententiarum di. 28. diſtinguit triplex bonuz: quod homo poteſt operari. Primũ moralis cõditiõis. Secundũ diſpoſitionis. Tertiũ ordinationis. Primũ bonum eſt cũ actus tranſit ſup materiam debitã. nõ tñ ordinatur ad finem vltimũ ad ſummum bonũ ad beatitudinẽ: ſiue ad ipſum deum. ſicut cum q̃s non propter deũ: nec vt preceptis eius obediat: ſed tantum q̃a ratio dictat: ſubuenit miſero ⁊ indigenti: fideliter ſeruata reſtituit. iuſticiam inferioribus adminiſtrat: ⁊ huiuſmodi. vt teſtatur phs in lib. pol. d. q̃ homo eſt animal politicum: q̃r indiget diuerſaruz operationum. ideo natura permiſit. nos ſimul habitare vt alter alteri ſubueniret. ⁊ ideo dicit. P. Solitari⁹ homo aut deus aut beſtia. Ad talia bona põt liberum arbitrium abſq; gratia exire cooperante ſibi deo: ſicut cooperatur alijs creaturis. Naz ſine primo agẽte nullum agens põt agere. Secũdũ bonuz dr̃ diſpoſitionis: ⁊ eſt illud quod fit ꝓ amore dei lȝ extra charitatem. qđ q̃dem de cõgruo diſponit ad finem vltimum: vt dicet in ſequẽti ſermone. In tale bonum non poteſt liberum arbitrium abſq; munere gratie gratis date per quod illuminetur dirigatur ⁊ excitetur: vt velit aliquid facere: quod ſit deo placitum.

Tertium bonum dicitur ordinationis. qđ ſcilicet ordinatur in finem ⁊ fit in charitate. ⁊ in hoc nõ põt liberum arbitriuz lapſum abſq; auxilio grẽ gratum facientis. Ex hac ergo diſtinctione reſpondeo ad obiecta in contrarium: q̃ lȝ homo poſſit operari bonum morale. ſicut fecerunt gentiles ⁊ phi abſq; grã dei nõ tamen bonum meritorium: ſiue ſit meritorium merito congrui. ſiue merito condigni. Et ſic etiam ſoluuntur rationes oppoſite: que concludunt de bono morali non meritorio.

Secundo nonnulli dubitant de gratia ipsa circa liberalitatem. vtrum scilicet deus det gratiam ipsam facienti quod est in se ex necessitate aut ex liberalitate. Et ꝙ ex necessitate arguendo posset ostendi sic. Primo qꝛ Augustinus super illud. 2. ad Thi. 2. Negare seipsum nõ põt ait. Cũ sit iustus nõ põt negare suã iusticiã. ergo cũ sit bon⁹ ꝛ misericors nõ põt negare suã bonitatẽ ꝛ misericordiam qꝛ ꝓnior ẽ ad largiẽdũ de mia ꝛ bonitate ꝙ ad puniẽdũ de iusticia. si ergo nõ põt suam iusticiã negare facientibus malum: multomagis nec suam misericordiam illis qui requirunt eam. Sed qui facit quod in se est: requirit bonitatem eius ꝛ misericordiã: ergo de necessitate dat illi. Secundo qꝛ Aug. sup illud ad Ro. 5° iustificati ex fide pacem habeamus ait. Deus recipit cõfugientes ad se. Aliter in eo esset iniquitas: ergo impossibile ẽ ꝙ nõ recipiat fugientes ad se: qꝛ impossibile est ꝙ in eo sit iniquitas: sed faciens quod in se est cõfugit ad ipsum: ergo necesse est ꝙ ipsum recipiat. Sed ipsum recipere est ꝑ infusionem grẽ. ergo ꝛc̃. Tertio impossibile ẽ summã veritatem mẽtiri: sed necesse hꝫ implere illud qḋ dicit: sed dicit ꝙ ↄuertenti ad ipsum conuertet se. Zacharie. i. conuertimini ad me ꝛ ego conuertar ad vos. ergo cum faciens quod in se est conuertat̃ ad ipsam veritatem primam: necesse est ꝙ deus conuertat̃ ad illum: sed hoc nõ est nisi ꝑ grãm ergo ꝛc̃. Soluit̃ h̃ qḋ ſm Alex. in tertio volumine sũme ꝙ deus dat grãm suam sola liberalitate: ꝛ cum cõcludit̃ ex his que dicta sunt ꝙ dat illaꝫ de necessitate: distinguenda est duplex necessitas. Prima vocat̃ coactionis ꝛ ꝓhibitionis: qua aliqua res cogitur vel prohibetur esse vel nõ esse. ꝛ h̃ nullo mõ cadit in deo. Scḋa necessitas dr̃ imutabilitatis que deo conuenit: ꝛ sic dicimus necesse ẽ deum esse imortaleꝫ: nõ ꝙ aliqua vis cogat eum esse immortaleꝫ: ꝛ necesse est nõ esse iniustum: non ꝙ aliqua vis ꝓhibeat eum esse iniustuꝫ. sed qm̃ nulla res põt facere vt nõ sit immortalis: seu vt sit iniustus nõ dat igitur deus grãm de necessitate coactionis ꝛ prohibitionis: qꝛ deus non põt cogi: sed bene de necessitate imutabilitatis: qꝛ imutabiliter se habet diuina bonitas ad donũ grẽ omni volenti recipere faciendo quod in se est sicut sol imutabiliter dat lumẽ suum omni volenti suscipere. s. disposito ad hoc ꝛ se habenti in recta dispositione ad solem: que oĩa reducuntur ad illam affluentissimam liberalitatem dei qui quantũ ex se est creature rationali coopeatur vt bona sit vt bene operetur: vt deniqꝫ salua fiat. O indeficiẽs pelagus charitatis diuine: que tanta est vt omnibus se offerat nemini nem abijciat: nisi eam nolentẽ ꝛ respuentem. Hinc Cyprianus in epistola ad donatum sic suauissime loquitur. Profluens largit̃ spirit⁹ nullis finibus premitur nec vllis coercentib⁹ claustris, intra certa metarum spacia refrenatur. manat iugit̃: exuberat affluent̃ nostrũ tm̃ pect⁹ sitiat ꝛ pateat: quantũ illic fidei capacis afferimus: tantum inde gratie inundantis haurimus. h̃ ille. Quam ergo excusationem habere poterunt qui bene operari nolunt: quando deũ sciunt ad se adiuuandum paratũ. Q̃ h̃ negari non potest: cum in ꝓmptu sint tot scõꝝ exempla: qui carnem suum crucifixerunt cum vitijs ꝛ concupiscentijs ieiunãdo. orando. vigilando. oberrando in solitudinibus ꝛ ferocissimos cruciat⁹ ẽt vsqꝫ ad mortẽ ferendo. Homines fuerũt martyres hoĩes ↄfessores. hoĩes ẽt ꝛ delicate ꝟgines q̃ seipsas mũdũ ac tyrannos oẽs ꝛ dira tormenta superare potuerunt. Eiusdem nature erãt cuius nos sumus. tamẽ qꝛ obtulerunt corda sua dño: inuenerunt adiutoriuꝫ abundãtis gratie eius qua mediante ꝛ assistente illis reliquerunt posteris tot virtutum exempla. O vero dãnabilis multorum malicia q suam fragilitatem accusant ex qua recusant operari bonum: superaddentes ꝙ de⁹ saluat quos vult siue aliqua eorum dispositione siue cõsensu. sed audiãt Aug. in libro de li. ar. d. Qui fecit te sine te non saluabit te sine te nec cõtraria sunt eiusdem verba que in eodeꝫ libro scribũt cum asserit. Virtutem deus in nobis sine nobis operatur. quia scḋm Alex. de ales. Vnus ideqꝫ sensus continetur in omnibus. nam cum Aug. d. Deus operatur virtutem ꝛc̃. notat duo ad salutem hominis concurrentia. Causam effectiuam que est ipsa gratia dei: ꝛ causam susceptiuam seu dispositiuã que est ipsa voluntas consentiens ꝛ non repugnans. vnde verba Aug. sic exponũntur. Virtuteꝫ deus in nobis consentientibus operatur sine nobis efficientibus. Id ipsum cõplectitur primum dictum. quod sic exponitur Qui fecit te sine te efficiente. non saluabit te sine te consentiente. 3° alij dubitant circa impeccabilitatem: vtrum ex presentia gratie possit homo in hac vita esse sine peccato. Et

ſm Aug.

ſm Aug. in li°. de pfectione iuſticie. heretici
qdam arguebant. d. Aut deus vult nos eſſe ſi
ne peccato: aut cum pctõ: nõ vult q ſimus cuȝ
pctõ: qꝛ hoc inconueniens eſt. ergo vult q ſi
mus ſine peccato: in pñti vita. ergo aut poſſu
mus eſſe ſine pctõ: aut deus vellet aliqd qd nõ
poſſet eſſe: quod eſt incõueniẽs magnum. Et
poſt multa recitata prefatus doctor Aug. fir
miter. d. q nullus in hac vita põt eſſe ſine pec
cato veniali de cõi lege: ⁊ hoc pp fomitẽ pcti q
ẽ inclinãs ad maluȝ ⁊ auertens a bono: pp qd
exclamabat apl's Ro. 7. dicẽs. Qd nolo ma
lum hoc ago. ⁊ iterũ. Uideo aliam legeȝ in mẽ
bris meis repugnãtem legi mẽtis mee. ad di
ctum vo hereticoꝝ rñdet ideȝ Aug. q nõ põt
eſſe ſine pctõ mortali in vita iſta p grãm. põt ẽt
eſſe ſine pctõ in glĩa. Quãtum vero ad pñtem
ſtatũ lȝ poſſet qs vitare peccata venialia in pti
culari: ⁊ p aliquo iteruallo tpis nõ tñ in vni
uerſali nec omni tẽpore. ideo Jo. 1. cano. c. i.
inqt. Si dixerimus qꝛ peccatũ nõ hẽmus ipſi
nos ſeducimus ⁊ veritas in nobis nõ ẽ. Et ſa
piẽs puer. 20. Quis põt dicere mũdũ ẽ cor
meũ. Et Ro. 3. Eſt aũt deus verax: ois autẽ
hõ mẽdax. Et grego. in paſtorali. Nemo ẽ q
ita viuat vt aliqtenus nõ delinquat. Et i autẽ.
de monach. ſ. triẽnij. Humana natura labi
tur ad delicta. Sed pp terea nõ ẽ diffidẽdũ de
bonitate dei: qꝛ venalia pctã charitatẽ ñ exclu
dũt: ⁊ grãm ab aĩa nõ eijciũt: neqȝ ianuã clau
dũt regni celoꝝ. De quoꝝ qlitate ⁊ cõditiõe in
tractatu de peccatis pleni⁹ erim⁹ dicturi. nunc
vo ſatis eſſe dȝ q deus bñdictus tãtam grãm
nobis confert: quãtam ſufficit ad pctã morta
lia deponẽdum ⁊ euitãdum: quãtãqȝ neceſſa
ria eſt ad virtuoſos actus exercẽdos: ideo ſalu
bre eſt cõſilium vtileqȝ remedium ⁊ documen
tum: vt perſepe inuocemus deum: eiqȝ men
tem offeramus intentione recta.

Quod facile debet eſſe vnicuiqȝ operari bo
num propter indeficiens premium eterne vi
te qd datur bene facientibus. Capitulũ. 3.

TErtio oſtẽdo facile eſſe vnicuiqȝ ope
rari bonum pp ter premium eterna
le. Promittit etenim oĩbus bñ ope
rantibus pmium eterne vite: de quo qñqȝ in
tribus accidit dubitare. p in cõdignitate. 2°. in
difficultate. 3°. in ſuperioritate. p ſolet dubitari
in cõdignitate. Utrum. ſ. aliquis poſſit de cõ
digno mereri vitam eternam. Et q nõ videt.
primo qꝛ apl's Ro. 8. ait. Non ſunt cõdigne
paſſiones huius tẽporis ad futuram gloriam
que reuelabitur in nobis. Et idem ad Titum
3. c. Nõ ex operib⁹ iuſticie que fecimus nos:
ſed ſm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit
p lauacrũ regenerationis ⁊ renouationis ſpi
ritus ſancti quaȝ effudit in nobis abunde per
Jeſuȝ xp̃m ſaluatoreȝ nrȝ: vt iuſtificati grã ipi
us hrdes ſimus vite eterne. 2°. arguitur per
deũ glo. Ro. 6. ſup illo vbo. grã dei vita eter
na: que ſic inqt. Poſſet recte dicere. Stipen
dium iuſticie: vita eterna: ſed maluit dicẽ grã
dei vita eterna. vt itelligeremus deum in eter
naȝ vitã p ſua miſeratione nos pducere non
meritis nr̃is. Et his vbis apparet q hõ nõ
mereat ex cõdigno vitã eternaȝ. qꝛ illud qd ex
cõdigno qs merer nõ eſt ex miſeratione dei. 3°
obijcit: qꝛ illud meritum videt eſſe cõdignũ
qd equatur mercedi. ſed nullus pñtis vite ac
tus põt equari vite eterne: que cognitionem
⁊ deſiderium noſtrum excedit. Excedit etiam
charitatẽ vel dilectionem vie: ergo nõ põt ho
mo mereri vitam eternam de cõdigno. In
oppoſituȝ adhuc poſſe dicit: qꝛ illud qd reddit
ſm iuſtum iudiciũ vr eſſe merces condigna.
Sed vita eterna reddit a deo ſm iuſtum iudi
ciuȝ. iuxta illud aplĩ. 2. Timot. 4. In reliquo
repoſita eſt mihi corona iuſticie quam reddet
mihi dñs in illa die iuſtus iudex. Ergo vr q
homo mereat vitã eternam ex cõdigno. Rñ
deo ad iſtam. q. ſm. Tho. in. et. q. vltima. q
op⁹ meritorium hoĩs dupl'r cõſiderari poteſt.
Uno modo ſm q procedit ex libero arbitrio.
Alio mõ ſm q pcedit ex grã ſpũs ſci. Si cõſi
deret ſm ſubſtãtiaȝ opis: ⁊ ſm q pcedit ex li
bero arbitrio ſic nõ põt eſſe cõdignitas pp ma
ximã ineqlitatem: ſed ẽ ibi cõgruitas pp quã
dam eqlitatem pportionis. Uidet. n. cõgruũ
vt hoi operãti ſm ſuã vtutem deus recõpen
ſet ſm excellẽtiam bonitatis ſue. Si aũt loqua
mur de ope meritorio ſm q pcedit ex grã ſpi
ritus ſci: ſic ẽ meritoriũ vite eterne ex cõdigno
qꝛ tunc valor meriti attendit ſm vtutem ſpũs
ſci mouẽtis nos in vitã eternã: ſm illud Joh.
4. ſiet in eo fons aque ſaliẽtis in vitã eternã
Attẽdit ẽt pciũ operis ſm dignitatem grẽ p
quam hõ cõſors fact⁹ diuine nature adoptatur
in filiũ dei cui debet hrditas ex ipſo iure adop
tionis: ſm illud aplĩ Ro. 8. Si filij ⁊ heredes
Ad primam ergo auctoritatem aplĩ dicẽdum
q loqtur de paſſionibus ſcõrum ſm eoꝝ ſub
ſtãtiam. Ad auctoritatem ⁊ ad dictum glo.

respondeo q intelligunt quantū ad primā cām perueniendi ad vitam eternā que est miseratio dei. Meritū autē nostrū est eam subsequens.

Ad tertiū dicendū q gratia spiritus sancti quā in presenti habemus et si nō sit equalis glorie in actu: est tamē equalis in virtute: sicut ē semen arborū in quo est virtus ad totā arborē similiter per gratiā inhabitat hominē spiritus sanctus qui est sufficiens causa vite eterne vnde dicitur pignus hereditatis nostre. 2. Corin. 1. Et solet dubitari de premio vite eterne i difficultate. Utrum qui cū maiori difficultate ope operatur bonum magis mereatur et ampliore dono glorie remuneretur a deo. Et omissis obiectionibus que pro vtraq parte fieri possent dico cum doc. seraphico. Bon. in libello quodā qui apologia pauperū aduersus calumniatorē intitulatur ab ipso: q triplex ē difficultas

Prima ex genere operis sicut difficilius est omnia vendere et pauperibus erogare quā minimū aut minutū de suis bonis erogare pauperibus. Et difficilius est pati mortē pro christo quā absq ipsa quoscunq alios labores. Talis difficultas simpliciter auget meritū quia magis meretur qui maius operatur bonū. Et de hac dicit Hiero. ad Exuperantium hec vba. Nudū christū nudus sequere durū grāde difficile: sed magna sunt premia. Secūda difficultas ad bene operandū ē ex circūstātia extrinseca originē trahens: sicut difficilius est abstinere a cibis et ieiunare vbi multi sunt cōuiuātes et comedentes quā in solitudine. Et hec difficultas per accidens auget meritū: quādo scilicet quis tales occasiones abstinentia retrahentes euitare nō potest. Sed si quis huius temptationes declinare nollet nō propterea q difficili⁹ operatur bonū: magis meret. Hinc Hieronymus aduersus Vigillantiū: qui ei dicebat: cur pergis ad heremū respondit: vt te non videā: vt te nō audiā: vt tuo furore nō mouear: vt tua bella nō patiar: ne me capiat oculus meretricis et pulcherrima ad illicitos deducat āplexus. Respondebis hoc nō est pugnare: sed fugere. Sta in acie aduersarijs armatus obsiste: fateor in becillitatē meā: nollo spe pugnare victorie: ne perdā aliquādo victoriā: si fugero gladium euitaui. Tertia est difficultas ex vitio psone agentis proueniens: sicut difficilius ē seruare castitatem ei qui diu libidini deseruiuit q̄ illi qui cōtinēter vixit: et talis difficultas meritū non auget: quod Hieronym⁹ expresse testatur in epistola ad Eustochiū ad quā sic scribit. Soror tua Blesilla etate maior sed proposito minor. Septimo mense post acceptū maritum vidua est. O ifelix humana cōditio et futuri nescia: nā virginitatis coronā et nuptiarū perdidit voluptatē: et q̄q̄ sm pudicitie gradum teneat quas illā existimas per momēta sustinere cruces spactantē quottidie in sorore quod in se videt amisisse: et cū difficilius experta careat voluptate: minorē tamen cōtinentie habere mercedem. hec ille. Tertio dubitari solet circa bonū eterne vite in superioritate: an superius sit copiosius et affluentius bonū quibuslibet temporalibus bonis: et quia de illo diffusius tractaturi erimus loco suo: pro presenti sufficiat audire sic dicentē Greg. in omelia. Si cōsideremus fratres carissimi q̄ et quāta sunt que nobis promittunt in celis: vilescunt animo oia que habent in terris. Terrena nāq substantia supne felicitati cōparata: pondus est nō subsidiū: tpalis vita eterne vite cōparata: mors est pot⁹ dicenda q̄ vita. Ipse. n. quottidianus defectus corruptionis qd ē aliud q̄ quedā plixitas mortis. Que autē lingua dicere vel qs itellect⁹ capere sufficit illa supne ciuitatis quāta sint gaudia: angelorū choris iteresse: cū beatissimis spiritibus glorie cōditoris assistere: pñtē dei vultū cernere: incircūscriptū lumē videre: nullo mortis metu affici: incorruptionis ppetue munere letari. hec ille. O vere bonū desiderabile: bonū amabile: bonū quietū: bonū psectū: bonū ab omni malo separatū qd deus pijssimus parat laborantib⁹ pro suo amore. O bonū indeficiēs bonū excedēs q̄cūq tpalia cōmoda: q̄libet hui⁹ seculi blandimenta: qd negligentes peccatores et miseri p momentanea hui⁹ tpis breuissima prosperitate amittunt. Quid dici potest magis ingratū q̄ dei iugū refugere ad qd sequitur tā copiosa merces. O surdi. o stulti et tardi corde ad credendum: nō sit vobis difficile operari bonū: nō vos terreat actus virtutum. Estote fortes estote cōstantes ad beneficiendū et audite vocem benigni iesu clamantis in euangelio Math. 5. c. Merces vestra copiosa ē in celis Ad quā nos perducat ipse filius dei qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat per eterna secula seculorū. Amen.

Feria secunda post dñicā in. 70. de qualitate cōditionib⁹ seu regula bonorū operū qb⁹ peccatores scientes quid eos oporteat facere ad penitentiam animantur. Sermo. .2.

m **Ulti sunt uo**cati pauci vo electi: iteruȝ vbi supra. Existimaui necessariū eē his q volūt bñ facere scire q̄liter habeāt in bonis opib⁹ regulari: qm̄ dubia ⁊ pplexitates que sup id possent oriri faciūt quādoqȝ ignorantes viā dñi ⁊ salutis ꝓpte accepto ꝓposito bono deficere. Quare in p̄senti sermone de cōditionib⁹ bonoꝝ operū dicere statui vt sic null⁹ excusare se possit. s. nescire qd sibi esset agēduȝ Declarabim⁹ itaqȝ q̄ operari bene volentib⁹ expediat noscere vt ex h̄ magis excitet̄ vnusqsqȝ ad opa virtutis amplectenda: quoniā ad illa vocat deus peccatores q nisi nouerint illoꝝ ordines: de electorū numero eē minime pñt. Jccirco ad tria cōsiderāda de bonoꝝ operū necessitate ⁊ qualitate sermo est extendendus.

Primū dicitur extrinseca operatio.
Secundū exemplaris imitatio.
Tertiū charitatiua informatio.

Quod ad bene operādū cū facultas adest necessarius est actus extrinsecus: nec sufficit intētio sola. Capitulum. .I.

p Rimo cōsiderādū circa regulā necessariaȝ bonoꝝ operū dicit̄ extrinseca opatio. Pro cuius declaratione queritur. Utrū ad bene operādū necessarius sit act⁹ extrinsecus. Et videt̄ ꝙ nō: ⁊ ꝙ sola intētio bene operādi sufficit ad salutē ꝓbat̄ p sanctoꝝ dicta. Jnquit. n. Greg. in omel. Nūq̄ȝ vacua ē manus a munere cū archa cordis repleta fuerit bona voluntate. Et Ber. de h̄ ait. Jntētio sufficit ad meritū: bona actio requirit̄ ad exemplū. Et glo. super illud p̄s. Diri ꝯfitebor aduersū me votū pro opatione iudicat̄. Et Aug. 14. q. 5. c. sicuid. deus itterrogat cor nō manū. Et Joh. Criso. 22. q. 5. c. qui periurare. deus nō ex opibus iudicat sed ex cogitationib⁹ ⁊ ex corde. Et de pe. di. I. c. si cui. §. sequenti. voluntas remuneratur nō opus. Et. 15. q. 6. c. si a sacerdotib⁹ Magis inspector cordis est deus q̄ȝ operis: et voluntas pro facto reputat̄. sicut patet: in. c. homicidioꝝ. in. c. omnis in. c. nūquid. in. c. noli. in. c. homicidiū. ⁊ in. c. si ꝓpterea. de pe. dis. I. Jstis ⁊ similib⁹ auctoritatibus quidā inherētes dicūt homini nō esse expediens vt laboret i actibus extrinsecis bonoꝝ operū: sed sufficit habere cor bonū ⁊ mentē bene dispositā. Sed in cōtrariū induci possunt alia dicta sanctoꝝ. Ait. n. Jacob. 2. c. Fides sine operib⁹ mortua est. Et Ambro. in li. de offi. Nō satis est bene velle sȝ etiā bene facere: nec satis iterū bene facere nisi id ex fonte bono ꝓcedat: hoc est ex bona volūtate ꝓficiscatur: que v̄ba notant̄. 86. di. i. c. nō satis. Et Paulus ad gal. 6. Dum temp⁹ habemus operemur bonū. ⁊ Apoc. 22. inducit̄ de⁹ iudex omniū. d. Ecce venio cito ⁊ merces mea mecū est dare vnicuiqȝ ſm opera sua. Et apoc. 14. dicit̄ de bonis. Opera. n. illorum sequūtur illos. Et Math. 16. c. Reddet vnicuiqȝ ſ ȝ opa sua. Ex qbs omnib⁹ colligit̄ ꝙ astringunt̄ eēs salutē volentes acquirere nō solū ad bene volēduȝ intrinsecus: sȝ etiā ad bene operādū extrinsecus. Jnsup presens euāgeliū explicat manifeste ꝙ operarijs tantū domin⁹ mercedē tribuendaȝ designat. Pro huius q̄stionis solutiōe: notanda est sententia. d. Bon. di. 40. scēdi. vbi ait. ꝙ volens operari bonū aut pōt i actū extrinsecū: aut nō pōt. Si nō pōt: volūtas reputatur pro facto: ⁊ intentio bona sufficit ad eius meritū: q2 vt dicit̄. ff. de re. iu. l. ipossibiliū. Ad impossibile nemo tenet̄: ⁊ hoc attestat̄ Grego. in omel. supra Math. Estimatione regnū dei nō hȝ: tantū valet q̄tū habes: q̄tum potes. Si vero qs dicit se velle operari bonū ⁊ potens illud nō operat̄ credens ꝓficere decipit seipsum q2 talis voluntas semiplena est ⁊ pigra: nec rationē v̄tutis hȝ nisi ducat̄ ad op⁹. O quot sunt tali errore delusi: qui cū admonent̄ vt bene faciant rñdere solent: sufficit nobis intentio nostra: sicut dicit vsurarius volens vsuras restituere ⁊ nō restituens: sufficit mihi intentio mea scio ꝙ bonā habeo voluntateȝ: ⁊ tamē illā non exequit̄ in re. Sic faciunt adulteri: sic fornicatores: sic alij peccatores quaȝ plurimi. O miserabileȝ errorē quo fit vt insensati ⁊ stupidi suas infirmitates sanare nō curant.

Q̄ volentes bñ operari debent sequi xp̄ȝ in generali. s. quo ad obseruātiā diuinoꝝ p̄ceptoruȝ ex debito: ⁊ ꝯsilioꝝ de ꝯsilio. Capitulum secundum.

s Ecundū cōsiderandū circa regulaȝ necessariā ⁊ qualitatē bonoꝝ operū dicit̄ exemplaris imitatio. Ubi dubiū merito declarādū occurrit. Utrū. s. necessariū sit volenti bene facere sequi christū in operib⁹ bonis ea faciendo q̄ ipse fecit. Et pro vna parte ꝓbo ꝙ sic p dicta sanctoꝝ. Jnquit eniȝ Petr⁹. I. c. 2. Xp̄s passus ē pro nobis vobis relinquens exemplū

Exemplũ vt sequamini vestigia eius. Et Ioh. I. cane. 2. c. Qui dicit se in christũ credere dz quo modo ille ambulauit: ⁊ ipse ambulare. Et Augusti. in lib. de doctrina xp̄iana. Ex sacramẽto vnctionis xp̄ianoꝝ omniũ vocabulũ descendit ⁊ nomẽ: qd̄ nomẽ ille frustra sortitur qui xp̄m minime imitatur. Et Greg. in omel. Qui vestigia xp̄i dedignantur sequi qua temeritate sperant ad eius claritatis gaudia cõtuenda puenire. Et in. c. cũ venisset. extra. de sacra vnct. A xp̄o christiani dicuntur: tãq̃z vncti deriuant̃ ab vncto vt oẽs currant in odorẽ vnguentoꝝ illi⁹ cuius nomẽ oleuz ẽ effusuz. Et Iohis. 8. xp̄s ipse dicebat. Ego suz lux mũdi: q sequit̃ me nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumẽ vite. Et Ioh. 13. Exemplũ. n. dedi vobis vt quẽadmoduz ego feci ita ⁊ vos faciatis. Ergo p auctoritates predictas ꝯcludere possum⁹ homines de necessitate teneri ad seruãda opera xp̄i: ⁊ sic cũ xp̄s fuerit pauper ⁊ multi sint diuites: christus virginitatez seruauerit multi sint cõiugati: xp̄s per noctes orauerit: multi in suis lectulis dormiant: xp̄s sine calciamẽtis incesserit: multi calciamenta deferant: xp̄s passus fuerit ⁊ mortu⁹ in cruce violenta morte atq̃z terribili: ab omnibus derelict⁹: multi moriant̃ morte naturaliter inter manus ⁊ amplexus caroꝝ. Ergo tales ⁊ omnes alij q vitã suã aliter ducunt q̃z xp̄s salui esse nõ pñt. Et ex ꝯsequẽti sequeret̃ q̃ dãnabit̃ totus mundus: ⁊ q̃ nec sancti essent in paradiso: q: nec ipsi fecerunt q̃ fecit xp̄s. Non fuit ad calumniã flagellatus Paulus vt xp̄s. Nõ spinis coronatus Petr⁹. Nõ clauis cõfixus paulus primus heremita. Nõ nudus pendens in cruce iter duos latrones magn⁹ Antoni⁹. Nõ felle ⁊ aceto potatus Hiero. Nõ derisus a trãseuntibus Aug. Igit̃ cũ ipsi ⁊ alij aliũ moduz in suis operib⁹ aliãq̃z regulaz tenuerint q̃z xp̄s nõ sunt beatitudinem assecuti si auctoritates ad hanc partẽ inducte aliter sanius nõ exponãtur ⁊ intelligantur. Pro altera parte arguere possumus q̃ nõ sit necessariũ ad salutez sequi xp̄m iesum: neq̃z teneamur opera eius facere. Et arguo sic. Vnusq̃sq̃z tantũ operari bonũ meritoriuz põt quantũ cõmunicat̃ ei gratia. Sed nulli cõmunicat̃ tãta gratia quãta cõmunicata fuit anime xp̄i. Ergo nullus tenet̃ imitari christuz q: illud impossibile esset. Ad solutionez huius difficultatis induco dominũ Bon. d. in apologia pauperꝝ: q̃ in christo contingit reperire triplices actus.

Primi respiciunt dignitatẽ excellẽtie.
Secũdi cõdescensionẽ misericordie.
Tertij informationẽ vite perfecte.

Aug9 ait. Nihil est ita simile actibus demonū
sicut litigare. Et pꝟ. 16. Homo peruers9 su
scitat lites. Et. 18. Labia stulti miscent se rixis
ꝛ os eius iurgia prouocat. Et iterum. 16. Uir
impi9 fodit malū ꝛ i labijs eius ignis ardescit
Et. 17. c. Sēper iurgia q̄rit mal9: angelus au
tem crudelis mittetur contra eum. 2° abo/
minanda est cōtentio pp honorationē. Est qui
dem homo q contentiones fugit dign9 honoř
Unñ puer. 20. Honor est homini q separat se
a cōtentionibus. Omnes autem stulti miscēt
se cōtumeliis. Et Pau. 2. Thi. 2. Stultas āt
ꝛ sine disciplina questiones deuita: sciens q
generant lites. Seruum autem dñi non opor
tet litigare: sed mansuetum esse ad omnes do/
cibilem patientem cum modestia corripientē
eos qui resistūt veritati. Quanti autem meri
ti sit apud deum nō contendere: clarū esse po/
test per illud q legitur in vitis patrum. Qd
orāte sancto Machario vox insonuit ad eum
d. Nondum ad mensuram duarum mulierū
venisti q̄ habitant i proxima ciuitate. Cūq3 q̄
fuisset Macharius: ꝛ inuenisset eas: conuer
sationē earū interrogauit. Ipse vero dixerūt

q erant

q erāt mulieres duorum fratrum: et per qn qz annos simul fuerāt nec verbum contētiosū fecerant: nec vnqz aliqua earuz dicto vel facto aliam contristauerat. Quod audiens Macha rius bene edificatus recessit. 3° est abominā da contētio pp derinationez. Ab illa siquidem sepe deriuātur plurima scādala odia dissensio nes rixe: qñqz post verba venitur ad vbera. Propterea dr Ecc. xi. ab vna scintilla augetur ignis: et a doloso augeī sanguis. Ec. 28. Lis festinans effundit sanguinem.

Qd non est contendendum cū potētiorib⁹ se: nec cum diuitibus: neqz cum loquacibus et linguosis. Capitulum. 3.

Tertiū mysteriū cōtēplādū de contētio ne dr determinatio. Naz licet non sit cū aliquo cōtēdendū: veritamē sapiēs enumerat tria hominum genera. Primi sunt potentes. Secūdi locupletes. Tertii lingua ti. Primi cū quib⁹ nō ē litigandū neqz con tendenduz sunt potentes. Vnde. Ecc. 8. Nō litiges cū homine potente ne forte incidas in manus illius. Potentes autē dicuī oēs super bi vel superiores dñi prelati et parentes cū qui bus non est contendendum. Secūdi sūt lo cupletes et diuites. Vnde Ecc. vbi. s. dicitur. Nō cōtēdas cū viro locuplete ne forte cōtra cō stituat tibi litem. Multos perdidit aurum et ar gentum: et vsqz ad cor reguz se extendit et con uertit. Et licet periculosum sit cū talibus contē dere verbis: tamen periculosius est litigare fa ctis. O quot pauperes voluerunt cum diuiti bus in iudicio cōtendere: siue p possessionib⁹ ab eis occupatis siue pro pecuniis et aliis reb⁹ vsurpatis: et tandē diuites preualuerunt. Vñ eniz dicit sapiens puer. 19. Diuitie addūt ami cos plurimos: a paupere aūt et hi q̄s habuerit separantur. Et hysidorus. xi. q. 3. c. paup. ait. Pauper dū nō hz quid offerat: nō solū audiri cōtēnitur: sed ēt ꝯ veritatē opprimiī. Cito vio latur auro iusticia nullāqz reus pertimescit cul pā quā rēdimere nūmis estimat. Nec tantum pauperib⁹: verū ēt et diuitib⁹ huiusmōi litigia sūt dānosissima. qm̄ vt ait Crisosto⁹ li. 4. epi stolarū. Lōga qō litigātiū nō tā auget primo nia q̄z euertit. Tertii cū qb⁹ nō ē cōtēdēduz sūt hoīes linguati et sine rōne loquentes. Vñ Ecc. 8. c. Nō litiges cū hoīe linguato: et ñ stru as in ignē illius ligna. Sūt de huiusmōi gene re mlieres garrule loq̄ces et litigiose Vix vna dom⁹ repitur ī q̄ nō sit huiusmodi pestis ma cula. Cōtēdit mlr nūc cū vno: nūc cū alio: nūc cū viro: nūc cū socru: nūc cū nuru: nūc cū vici na: et sic cōtentio illi velut cib⁹. De hac sapiēs pu er. 19. dicit. tecta iugiī perstillantia litigiosa mulier. q. d. Qd̄ q habitat in domo pstillante qñ vult declinare stillicidiū ī vno loco inuenit in alio: ita q nō inuenit requiē. Sic et ille q mu lierē hz litigiosā ī domo. Ipsa eadē ē venenū amarissimū turbās oīa bona: q: vt scribiī pro uer. 17. Melior ē buccella sicca cum gaudio q̄z dom⁹ plena cū iurgiis. Quis nā valet exp̄mer q̄t odia aut scādala exorta sūt: et in dies oriri vi denī inter p̄rē et filiū: iter frēm et frēm: iter vi cinū et vicinū pp cōtētiōes mulierū. sed audiāt viri q sensu et rōne mulieres superare debēt sa lubre cōsiliū qd̄ illis dam⁹. Si ī domo sūt duo germani simul cohabitātes et inuenerint litigā tes vxores caueant ne et ipsi litigent: sz potius vnusqsqz aduocet suaz et vbis vel factis corri gat illā put necessitatib⁹ viderit expedire. Sic faciant viri vxorib⁹. sic p̄rfamilias subditis su is. Iustū nāqz ē inuicē supportare et nō oī ver bo cōtrariū referre sermonē. Ideo apostolus Eph. 4. d. Obsecro vos ego vinctus in dño: vt digne ambuletis vocatiōe qua vocati estis cū oī humilitate et māsuetudine cū patiētia suppor tātes inuicē in charitate solliciti seruare vnitatē spiritus ī vinculo pacis: quā nobis largiaī de⁹ cōcedēs hic grām et in futuro glām. Amen.

Dominica tertia in quadragesima in mane de ira dei que efficax remediū eē pōt ad inducē dum hoīes ad pñiām. Sermo. 38.

Venit ira dei ī filios diffidē tie. Doctoris gēti um verba sunt ista originaliter ad Eph. 5. c. et ī epistola pñtis dñice. Efficacissimū remediū arbitrat⁹ sū peccatorib⁹ vt ad penitētiā redeāt ante illor fa ciē pponere terribilitatē et horrorem iracūdie dei. Nā vt Aug⁹ ait. 4. li. de doctrina xp̄iana Plerosqz incredulos misericors dei patiētia lōga peccare facit itrepidos: q: deū nō arbitrāī peccatorū suor vltorē. Nos igiī huic periculo prouidere volētes: in pñti sermone de ira dei erimus vba facturi. Et lz mult̄ infectū gustū habentib⁹ grauia sint huiuscemodi vba: tñ hu milib⁹ et deuotis videbūtur animarū languēti um medicina. Inqt. n. Aug⁹. 23. q. 4. c. ipsa quoqz pietas. Molestus est medicus furenti frenetico: et pater indisciplinato filio. Tamen non ppterea neganda ē infirmo medicina: nec

a filio disciplina est auferenda. Ad hec vocati sumus vt clamem⁹ ⁊ arguamus ⁊ detestemur delicta: annunciemusq; tremēda iudicia dei. ꝑ Esa. enim. 58. c. dominus ait. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuā: ⁊ annūcia populo meo scelera eoꝝ. Propterea vtar verbis Hiero. ad Palmachiū ⁊ oceanū. d. Adulari nō possū ne ⁊ fratrez meū decipiā: ⁊ me sermo percutiat Salomonis qui ait. Verba adulatorum mollia sunt ⁊ hec feriunt interiora vētris. Pro salute itaq; ⁊ correctione peccatorū ꝺ ira dei secure loquimur de: qua tria mysteria principalia erūt contēplāda.

Primū dr̄ contemplabilitas.

Secundum terribilitas.

Tertium propinquitas.

Quod pleriq; contēnūt irā dei. vel quia cogitant deum non esse: vel q2 credunt ipsuz nō irasci: vel quia diu expectauit illos deus.

Capitulum. .I.

P Rimum mysterium contemplāduz ꝺ ira dei dicitur contēptibilitas. in q̄ videre libet quare ē q̄ multi audiētes loqui de tremenda ira dei illa nō timent: sed potius vt experientia docet ridendo contēnunt. Et colligi possunt huius erroris tres principales rationes. Prima dicitur stulte cogitatiōis. Secunda false opinionis. Tertia diuturne expectationis. Prima rō quare a multis non timetur ira dei: dicitur stulte cogitationis: quoniam stulte cogitant deū non esse. Pro qbus querimus. Vtrum possit aliquis cogitare non esse deum. Et videtur q̄ non: q2 vt ait Ansel. Deus secundum ai cōceptionem est quo nihil melius nihilque maius excogitari potest. Sed maius est quod non pōt cogitari non eē: q̄z qꝺ pōt. Ergo cuz deo nihil maius possit cogitari deum esse: ita est quod nullo mō pōt cogitari ñ esse. Sed contra arguitur per tertiū Joā. Damas. Dicit enim sic. In tantū preualuit perniciosa malicia hominū: vt dicant nō eē deuz. Et Tullius li. i. de natura deoꝝ ait. Quidā dixerunt totā de diis immortalib⁹ opinionez factā eē ab hominibus sapientibus reipublice causa. vt quos rō nō posset eos ad offiīn regiū ducerent. Rñdet. d. Bon. di. 8. primi li. q̄ cogitare cum assensu aliquid non esse pōt ꝯuenire dupliciter. aut ex defectu intelligētis. aut ex defectu intelligibilis. Defectus intelligentis est cecitas vel ignorantia ob quā: q2 ignorat rem cogitat ipsam non eē. contingit autē dupliciter esse cognitionem de aliquo ente. s. si ē. ⁊ quid est. Intellectus autem noster deficit in cognitione diuine veritatis q̄tuz ad cognitionē quid est. non aūt q̄tum ad cognitionez si ē. Et hoc ait Dama. Cognitio existendi deū nobis nālr̄ est inserta. Et augustinus de fide ad petrum. nihil tantum non. [illegible] mens q̄tum deum eē ⁊ se. Et Vgo de sancto Vic. Sic de⁹ ab initio cognitionē suā in hoīe tēperauit: vt sicut nunq̄ quid eēt possit ignorari. Quia ergo intellect⁹ noster nunq̄ deficit in cognitione dei si ē: ideo nec pōt ignorare ipsum esse simpliciter. Quia vo deficit in cognitione quid ē: ideo frequenter cogitat deum eē quod nō ē: sicut idolum vl creaturam: vel nō eē quod ē: sicut deū iustum. 2° pōt cogitari aliqd nō eē per defectum a parte intelligibilis. ⁊ huiusmodi defectus potest esse duplex. aut defect⁹ presentie. aut defect⁹ euidentie. Defectus presentie: vtpote q2 nō semp non vbiq;: non vbiq; totaliter quod nō semp est: sed aliqñ ē: aliquando nō. aliquādo vo pōt cogitari nō esse. Similiter de eo quod nō ē vbiq;: q2 eadem rōne qua pōt cogitari non eē hic: potest cogitari non esse alibi. Similiter ēt ꝺ eo quod fm partem adest fm partem abest. De⁹ autem est totus ⁊ vbiq; ⁊ semp. ideo non pōt cogitari non eē. Hanc rationem assignat Anselmus in libro contra insipientē. Non solum pp defectum presentie pōt aliquid cogitari non eē: sed ⁊ propter defectum euidentie: quia non est euidens in se ⁊ in probando. Sed deum eē est veritas euidens in se ⁊ in probando in se: quia est quo nihil maius excogitari pōt. In ꝓbando vo quia ⁊ ductu rōnis hoc probarunt philosophi. ergo non potest cogitari nisi insipienter ⁊ stulte q̄ non sit deus. Vnde Dauid i ps̄ ait. Dixit insipiens in corde suo non ē de⁹. Stultus ergo ē qui cogitat vel dicit non ē de⁹ quem cōfitetur intellectus rōnis nāle lumen. Vnde bern. in li. de diligendo deum. Inexcusabilis est oīo infidelis si non diligit deū toto corde. Clamat nēpe intus eius innata iusticia: q2 se ex toto illum diligere debet: cui se totū debere nō ignorat. hec ille. Clamat deum esse oīs creata nā angeli hoies celum ⁊ terra ⁊ oīa que in eis sunt. Vnde Aug. in li. de vtilitate credendi ait. Non enim frustra intueri oz ⁊ inaniter ordinem celi pulchritudinem siderū: vl vicissitudines temporum: in quoꝝ cōsideratione non curiositas est exercēda: sed gradus ad eterna faciendus. Et Job. 12. Interroga iumēta ⁊ docebunt

docebunt te: et volatilia celi et indicabũt tibi. Loq̃re ire et r̃ndebit tibi: et narrabũt pisces maris. Quis ignorat q̃ omnia hec manus domini fecerit. Mirabilis certe in tanta rerũ varietate ordo reperitur. Est q̃dem ordo situalis siue localis: q2 quelibet creatura tenet suũ locũ f̃m suã dignitatez. Nã terra et terrena sicut viliora in imis locata sũt. Aqua vt dignior ei p̃eminet. Aer vt pfectior superior ẽ. et ignis ita actiuus et calid9 a nobis elongatur sup alia elementa situat9. Celi incorruptibiles. sol et luna et stelle lucẽtes in speris suis altissime collocate sunt. Et celum empyreum nobilissimũ vbi gaudent sancti cũ x̃po sup̃mũ omniũ ẽ. Subsequitur et alius ordo q̃ tẽpus potest dici. Ordinatissime eni sol facit cursũ suũ p signa zodiaci infra annũ itegrum. Et sic transeũt tẽpora veris. estatis. autumni. hiemis cum effectib9 suis. Transeũt et dies naturales eadẽ tẽporis mensura ad motũ p̃mi mobilis cõpletum. et ea que in hyeme mortua videbãtur in vere reuiuiscũt et in estate fructificãt. Predicat insup deũ esse sacra scriptura tã veteris q̃z noui testamẽti et oĩs scriptura et philosophoꝝ et poetaꝝ omniũq3 gentiliũ. O qualis dementia illoꝝ ergo qui tante veritati acquiesceř nolũt. Tales vtiq3 sũt qui dei iracundiã nõ formidãt. Secunda ratio q̃re a multis nõ timeř ira dei. dicitur false opinionis. Nã cũ multi negař nõ possint esse deũ: opinãtur tñ false q̃ i illo ira cadeř nõ põt. Dicũt nanq3 deũ esse clemẽtissimum: iram vero clemẽtie fore cõtrariã: iõ nec i deo cadere posse. Pro quib9 dicit Lactanti9 i p̃ncipio libri de ira dei. Aiaduerti sepe donate plurios id estimare q̃d nõnulli phoꝝ putauerũt: non irasci deum: quoniã benefica sit tantũmodo nã diuina. nec cuiq̃ nocere prestãtissime atq3 optime ꝯgruat ptãti. Arguũt et scđo modo tales. q2 nulla passio cadit in đo sed ira ẽ passio q̃dã. ergo nõ cadit i deo. 3° cõfirmãt errorẽ suũ. q2 oẽ peccatũ a deo ẽ remouẽdũ. sed ira ẽ vnum ex septẽ vitiis capitalibus. ergo ẽ a deo remouẽda. Verũtñ cõtra sic tenentes sũt auctoritates et dicta siue scripture sacre siue gentilium et moraliũ philosophoꝝ. Vnde Exo. 15. In multitudie glorie tue đposuisti omnes aduersarios nr̃os. Misisti irã tuam q̃ deuorauit eos. Et 32. c. Moyses ad deum orãs ait. Quiescat ira tua: et esto placabilis sup malicia ppl̃i tui. Et. 4. Reg. 22. Magna ira dei succensa ẽ cõtra nos. Et Deutero. xi. c. Irat9 domin9 claudat celũ et pluuie nõ descẽdunt. Et. 2. Paral. 12. dr̃ de filiis isrl̃. Q2 humiliati sunt auersa ẽ ab eis ira domini. Et. 24. c. facta ẽ ira dei contra Iudã et hierusalem. Et Iob. 9. c. Deus cui9 ire resistere nemo potest. Et Dauid in p̃s. 2. Apprehẽdite disciplinã nequãdo irascat dñs. Et p̃s. 6. Domine ne in furore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripias me. Et p̃s. 17. fũdamẽta montiũ conturbata sũt et commota sũt quoniã iratus ẽ eis. Et p̃s. 77. Ira dei ascẽdit i israhel. Et p̃s. 78. Effunde irã tuam in gẽtes que te nõ nouerũt. Et p̃s. 89. Quis nouit potestatem ire tue et pre timore tuo iraz tuã dinumerař. Et Ecclesiastes. 5. Ne dicas coram angelo nõ ẽ prudentia ne forte iratus dñs dissipet cũcta opera tua. Et esai. 5. Iratus est furor domini in populo suo. Et es. i. 4. Plãgite et vlulate: q2 nõ ẽ auersa ira furoris domini a nobis. Et Treñ. 4. Cõpleuit dñs furorẽ suũ: et effudit irã indignationis sue. Et Osee. 5. effundaz quasi aquam iram meam. Et Naum. i. Vlciscens dominus in hostes suos et irascẽs inimicis suis. Et Ro. i. Reuelatur ira dei de celo. Et Ro. 3. Nunquid iniqu9 ẽ de9 qui infert irã. Et. i. thes. 2. peruenit ira dei super illos vsq3 in finẽ. Et Apoc. 15. Cõsum ta ẽ ira dei. Et. 16. c. Audiui vocẽ magnã de celo dicẽtẽ septẽ ãgelis. Ite et effũdite septẽ phialas ire dei i terrã. Et Valeri9 maxim9 li. i. Lẽto eni gradu ad vindictaz sui diuina procedit ira: tarditatẽq3 supplicij grauidate cõpẽsat. Et Ouidius de arte amãdi. F lectitur iratus voce rogãte de9. Et ag9. li. 18. de. ci. dei. c. 12. Apollini delphico isttitũti sũt ludi musici: vt placareř ira ei9 q̃ putabãt afflictas esse sterilitate grecie regiones: q2 nõ defenderũt tẽplũ eius: q̃d rex Danaus cũ easdẽ terras inuasisset bello icendit. Et i. i. li. ybi. s̃. c. 2. dicit de Iunone que apud gẽtiles colebař p dea. Apud virgilium nẽpe Iuno inducit infesta troianis: eolo ventoꝝ regi aduersus eos irritãdo dicere. Gẽs inimica mihi tyrrhenũ nauigat eq̃r. Iliũ in italiã portans victos que penates. Hec ille. Et idẽ Virgl9 cõmemorat in p̃ncipio p̃mi libri eneidos. ob irã Iunonis eneã profugũ fuisse cũ reliqs troianis. d. Arma viruq3 cano troie q̃ p̃mis ab oris Italiã fato profugus lauinaq3 venit Litora mu'tũ ille et terris iactat9 et alto Vi superũ seue memorẽ iunonis ob iraz. At et Valerius maxim9. li. i. rubrica de neglecta religiõe. multa narrat de iratis diis. Nos vo.

talia exẽpla nõ inducimus: vt errores gẽtiliũ
cõprobem⁹: sꝫ tñ vt ostendam⁹ q̃ etiã fꝫ illos
ira ponẽda sit in deo. Pro solutione itaqꝫ ob
iectorũ tria sũt notãda. Primũ fm Boñ.i.3.
sen.di.33.ꝛ Ric.i.4.dis.26.ꝛ Tho.i.parte
di.22.q̃ quãdocũqꝫ dr̃ aliquid de deo quod
nobis denotat passionẽ: de deo dr̃ fm effectũ
ꝛ nõ fm passionis defectuꝫ. Odiũ ergo amor
ira ꝛ similia q̃ in nobis sũt passiones: i deo di
cũtur fm effectũ quo ad nos: vt tũc dicaẽ odire
cũ effectũ odii nobis exhibet: tũc irasci cũ effe/
ctum ire nobis ostẽdit. Ipse aũt deus stabilis
manẽs sine passiõe aliqua dat cuncta moueri.
Scdm notandũ q̃ nõ oĩa q̃ fm nomẽ sonãt
virtutẽ dicũt virtutẽ in re. nec oĩa que secũdũ
nomẽ sonãt vitiũ dicunt illud in re. Propterea
inqt iuuenalis. fallit enim vitiũ specie virtu/
tis ꝛ vmbra. Et Seneca ad Lucillum. Vitia
i nobis sub virtutũ nomie repũt. Et Greg.
41.di.c.sepe vitia.ait. Sepe vitia se igerũt ꝛ
virtutes esse mentiũtur: vt tenacitas psimonia
effusio largitas crudelitas zelus iusticie remis
sio pietas velit videri. Ideo nõ oẽ qd̃ dr̃ ira vitiũ
est aut peccatũ. Tertiũ notandũ fm Boñ.in
3.di.15.q̃ triplex est ira. Quedã est pter ratio
nis imperiũ.p̃am⁹.s.iracundie mot⁹. Secun
da ira est cõtra ratiõis iperiũ: quãdo qs cõcita/
tus in irã passionẽ rationẽ subijcit sequiturqꝫ
inordinate ipetũ ire. Tertia est ira q̃ est fm ra/
tionis imperiũ: quãdo quis irascitur secundũ
q̃ merito irasci debet. Sic merito irascunẽ pa/
tres filijs improbis: ꝛ prout exigit illorũ malicia
ordinate corrigunt eos. Sic irascunẽ p̃lati ꝛ do
mini quilibet subditis inobedientib⁹. Sic ira/
tus est xp̃s quãdo eiecit omnes vẽdẽtes ꝛ emẽ
tes de tẽplo. Dicim⁹ ergo q̃ de⁹ q est clemẽtissi
mus sine sui mutatõe sine passione sine pecca/
to sua exigentẽ iusticia irascit sepe peccatores
obstinatos in ira cõculcans quãdo eis effectus
ire demonstrat. Hi sunt guerre pestilentie tẽ/
pestates grandines: sterilitates terre: fames
terremot⁹ terrores de celo ꝛ signa magna. O
p̃sumptuosi peccatores: audiuistis iam q̃ falsa
est opinio vestra. Dicebatis eniꝫ q̃ nõ irascit
de⁹. Et ecce tot preconia scripturarũ clamãt irã
dei ab oĩbus esse timẽdã. Tertia rõ quare a
multis nõ timeẽ ira dei dicit diuturne expecta
tionis. Cõsueuit equidẽ deus ,pp̃ter longani/
mitatẽ suã sufferre peccatores iniquos p tpa lõ
ga: vt sic per dulcedinẽ eius attrahanẽ ad peni
tentiã. Sed inde multi sumunt audaciã ꝛ dete
riores facti irã dei nõ existimant. Verũtamen
vt ait Hiero.i expositiõe Hiere. q̃to maior
est numerus tẽporũ quibus obliuiscimur deuꝫ
tanto maior est pena peccati quod nec longitu/
dine temporũ potuerit edomari.

Quod terribilis est ira dei eo q̃ seuit i puu
los ꝛ in iustos atque orationes supplicantium
spernit ꝛ abominatur. Capitulũ. .2.

Secundũ mysteriũ cõtẽplandũ de ira
dei dicit terribilitas. Cõsiderãdum
nãqꝫ est q̃ cũ irascitur de⁹: ꝛ ,puocaẽ
etiã ad tẽporaliter flagellandũ hoies sibi rebel
les: seuer⁹ est ꝛ terribilis valde maxie pp tria.
primo pp puulorũ punitionẽ. 2° pp iustorũ affli
ctionẽ. 3° pp orationũ detestationẽ. Primo
de⁹ irat⁹ est terribilis pp puulorũ punitionem.
Punit nãqꝫ puulos pueros ꝛ innocẽtes ,pp̃ter
pctã parẽtũ: perierũt nãpe ꝛ suffocati sunt in di
luuio oẽs isãtes: ꝛ puuli quotquot reperiebanẽ
in mũdo. Adusti sunt in sodomis ꝛ incẽdio cõ
cremati oẽs q erãt in vteris matrũ ꝛ q sugebãt
vbera. Et tñ sepi⁹ vexabaẽ mũd⁹ aut fame: aut
pestilẽtia: aut qualibꝫ alia aduersitate: ꝗ nõ nisi
,pp̃ter pctã veniunt paruuli q ea nõ cõmiserũt
puniunẽ pro illis. O formidabilis dei iusticia
o tremẽda dei iracũdia cur eos q te nõ leserunt
exterminas: paruulos cur tã acriter punis: et
ꝗ debit nisi puniꝰ q̃ ,pp̃ter peccata parentuꝫ.
Sed hic oritur dubiũ. Vtꝝ filij propter pecca
ta parentũ puniri possint. Et videẽ q̃ nõ. Nã
per Ezech.18.c.deus dixit. Filius nõ porta/
bit iniquitatẽ patris: ꝛ pater nõ portabit iniqui
tatem filij: iusticia iusti super eũ erit ꝛ impietas
impij erit sup eũ. Et extra de his que fiũt a ma
iore parte capituli.c. Quesitum. in glo. dicitur.
Peccata suos debent tenere auctores. Et idẽ
C. de penis.l.sancimus.ꝛ.C.ne vxor p ma/
rito.l.ob maritorũ.ꝛ.xi.q.3.c.illud.ꝛ de sen.
exco.c.a romana.§.vltimo.ꝛ.56.di.c.sꝯ.Et
Augustinus ait.1.q.4.c.nullus. Nullus cri
men maculat nesciẽtẽ. Ad hoc facit ibidẽ.ca.
placuit.ꝛ.c.iudei. Sed ꝯtra arguitur q̃ Exo.
20.deus dixit. Ego sum dñs de⁹ tuus fortis ze
lotes visitans iniquitatẽ patrũ in filijs i terciã
ꝛ quartã generationẽ eorũ qui oderũt me. Ad
idẽꝫ facit.c.vergentis.extra de hereticis.ꝛ idẽ
habeẽ extra de filijs p̃sb. nõ ordinandis.c.i.c.
ad presentiã.c.p̃sentiũ.c.cõquerente.ꝛ.c.quo/
niaꝫ.ꝛ.i.q.4.§.itẽ dr̃. Chã peccãte Chanaan
fili⁹ ei⁹ maledicit. Rñdet dñs Boñ.di.33.se/
cũdi li.q̃ duplex ẽ punitio: vna eterna: alia tẽ/
poralis

pozalis: filij nõ puniũt ꝑ pctõ parẽtũ pena eter
na. Vñ Anſel. de cõcepta ꝟginali dicit ꝙ paru
li nõ dãnant ꝑ culpa Ade tñ: ſꝫ ꝑ culpa ꝓpria
quã habẽt. lꝫ nõ habeãt eã agẽdo: ſꝫ hñdo.
Puniunt tñ filij ꝑ pctõ parẽtũ pena tpali eo ꝙ
filij ſunt aliqd pris. Et hoc pꝫ ꝑ ſacrã ſcripturã i
pluribꝰ exẽplis. Ideo dicit Greg. i. q. 4. c. paru
los. Paruulos ſodomitarꝫ nõ excuſauit igno/
rantia qn ꝑ paterno ſcelere celeſti igne cõſume
rent. Sed hoc igne pena illis diminuta eſt qbus
ſucceſſio paterni ſceleris eſt adempta. Pariter
etiã demonſtratã eſt peccatis parentũ paruulos
aliquãdo corporaliter flagellari. Secũdo deꝰ
iratus eſt terribilis ꝓpter iuſtorꝫ afflictionem.
Affligit etiã ꝛ ſepe bonos cũ malis. Sꝫ dubi
tatur hic. Vtrũ poſſit eſſe in aliquo pena ſine cul
pa. Et videt ꝙ nõ: quia Ambro. ait. Quicquid
patimur peccata nr̃a meruerunt. ꝛ Grego. d.
in collecta. Nulla eis nocebit aduerſitas ſi nul
la dominet iniquitas. Sꝫ cõtra eſt illud Job.
17. Nõ peccaui ꝛ in amaritudinibꝰ moratꝰ ocu
lus meus. Et Jo. 9. Quis peccauit hic aut pa/
rentes eiꝰ vt cecus naſceret. Et rñdit xp̃s. Ne
qꝫ hic peccauit neqꝫ parẽtes eius. Et exponit
Augu. ꝙ hoc nõ dicit qꝛ nõ peccauerit: ſꝫ qꝛ ce/
citas nõ erat pena peccati. Preterea ꝑ pecca/
to originali nõ meret qs niſi ſemel mori. Sed
Lazarus nõ tñ fuit mortuus ſemel: ſꝫ bis: er/
go videt ꝙ aut mors prima aut ſecũda fuerit ei
abſqꝫ merito peccati inflicta. Itẽ xp̃s nullũ
habuit peccatũ: ꝛ tamẽ in eo fuit pena. Rñdet
Boñ. di. 36. ſecundi li. ꝙ malũ pene duplici/
ter poteſt ordinari. Vno modo ad malũ culpe
quod puniendo ordinat. Alio modo in cõpa/
ratione ad bonũ qd deus elicit ex illa pena. Si
ergo aliqua pena infligat cuius ordinatio prin
cipaliter conſiſtat in cõparatione ad malũ culpe
puniendũ: neceſſe eſt aliquã culpã preceſſiſſe:
nec tantũ preceſſiſſe: ſed etiã aliquo modo cõ/
municari inſeꝑabiliter. Pena enim aut eſt di
recte ordinata ad puniẽdũ: aut eſt ordinata pn
cipaliter ad malũ excludẽdũ. Primo mõ ẽ pena
infernalis. 2o mõ eſt pena purgatoria. primo mõ
pena requirit pñtiã culpe ſecũdũ deformitatẽ
ꝛ maculã. Secũdo modo requirit culpe pñtiã
ſm reatũ ꝛ ſequelã. Si autẽ pena infligat prin
cipaliter ꝓpter ordinẽ quẽ hꝫ ad bonũ qd inde
elicitur. Aut ergo propter bonum proprium:
aut propter alienum. Si propter bonum pro
prium: ſic requirit ꝙ in ſubiecto illo aliquãdo
uerit culpa ꝛ ꝙ poſſit eſſe de futuro. Si autẽ
propter bonum alienum: ſic ſufficit pene vt in
erit culpa in alio qꝫ in eo qui punit. i eo vꝫ ꝑ q̃
pena illa ſuſtinet: p quẽ modũ fuit i xp̃o cuius
mors ꝛ paſſio ordinata erat ad redimẽdũ genꝰ
humanũ ꝛ liberãdũ ꝛ reparandũ a lapſu in quẽ
ceciderat ex pctõ primi parẽtis. Et ſic pꝫ ꝙ ois
pena aliquo mõ reſpicit culpã. Sꝫ q̃dã vt pñſen
tẽ in ſe vtpote pena infernalis. Quedã vt preteri
taꝫ in ſe ſꝫ pñſentẽ i reatu ꝛ ſequela: ſicut pena pur
gatoria. Quedã vero ſolũ vt preteritã: ꝛ hoc i eo qui
punit. Et ſic eſt ois pena iuſtorꝫ excepto xp̃o.
Quedã vero reſpicit culpã nõ in ſe: ſed i alio: ſic
in xp̃o. Põt etiã pena ordinari ad bonũ qd in
de elicit. Et ſic põt eſſe in aliquo ſine culpa ta/
lis pene meritoria: qꝛ illud malũ pene recõpen
ſatur p maius bonũ qd inde elicit ſicut patet in
ceco nato: in Job: in Lazaro: in Tobia: ꝛ in q̃
libet viro iuſto. hec Bo. Alex. aũt i. 2. ſumme
allegãdo Joã. Dama. dicit. Cõcedit deꝰ iuſtũ
incidere i calamitates ꝓp multas cauſas. Pri
ma eſt vt eã q̃ in ipſo latet ꝟtutẽ alijs maniſe/
ſtaꝫ faciat: vt Job. 1. Secũda ẽ vt nõ ex recta cõ
ſcientia cadat per ſuperbiam: vt in Paulo. 2.
Corin. 12. Tertia vt alij erudiantur: vt in La
zaro ꝛ diuite Luc. 16. Quarta propter gloriaꝫ
dei: vt in ceco nato Joh. 9. Quinta propter ze
lum alterius ſiue imitationem: vt gloria eius
qui paſſus ẽ magnificata in pugna alijs paſſio
fiat ſpes future vite vt in martyribꝰ: ad Heb.
xi. c. Propterea dicit Auguſtinus. li. i. de ci.
dei. c. 8. Hec cum ita ſint: boni ꝛ mali pariter
afflicti ſunt: non ideo ipſi diſtincti non ſunt: qꝛ
diſtinctum non eſt quod vtriqꝫ perpeſſi ſunt.
Manet enim diſſimilitudo paſſorum etiam in
ſimilitudine paſſionum. Et licet ſub eodem
tormento non eſt idem virtus ꝛ vitium. Naꝫ
ſicut ſub vno igne aurum rutilat palea fumat:
ꝛ ſub eadem tritura ſtipule comminuũtur: fru
menta purgãtur: nec ideo cum oleo amurcha
confunditur: quia eodem preli pondere expri
mitur: ita vna eademqꝫ vis irruens bonos ꝓ
bat: purificat: eliquat: malos damnat: vaſtat ꝛ
exterminat. Vnde i eadem afflictione mali de
um deteſtantur atqꝫ blaſphemant. boni autem
precantur ꝛ laudant. Tertio deus iratus ter
ribilis: eo ꝙ qñ poſt diuturnam expectationeꝫ
prouocatur ad iracundiam non exaudit obſti/
natorum voces peccatorum prout plene dixi/
mus in ſermone de impedimẽtis orationis.

Quod cognoscitur ira dei propinqua: tunc cum peccata sunt consumata: tum cum peccatores sunt obstinati: tum cum illam prophete: et amici dei pronunciant et comminantur.

Capitulum. .3.

t Ertium misterium contemplandum de ira dei dicitur propinquitas. Quamuis enim nesciamus certitudinaliter quam propinqua sit ira dei ad flagellandum peccatores: possumus tamen id cognoscere ex coniectura signorum. Sunt autem de hoc tria principalia signa. Primum peccatorum consummatio. Secundum populorum obstinatio. Tertio prophetarum annunciatio. Primum signum ad cognoscendum seu timendum ne propinqua sit ira dei est peccatorum consummatio. Quando consummata sunt peccata et impleta est mensura. Possunt autem notari septem signa consummationis peccatorum: quibus signis adimpletis nihil aliud nobis expectandum et timendum est quam ira vindicta flagellum et vltio diuina. Primum est horribilitas peccatorum multorum. Secundum multitudo peccantium. Tertium impunitas manifestorum scelerum: Quartum animaduersio in peccatis. Quintum affectio ad scelera. Sextum studium peccandi. Septimum longa perseuerantia in peccatis. Que conditiones explicantur Gen. 6. c. Prima conditio seu primum signum: quia in mundo tempore diluuij erant magna peccata et horrenda nimis propterea dicitur. Videns autem deus quod multa malicia: Quod verbum manifeste ostendit horribilitatem et turpitudinem multorum peccatorum. Secundo communiter homines talia perpetrabant: propterea subditur hominum. Tertio insuper peccata illa inuerecunde et impune fiebant: ideo subiunctum est: esset in terra. i. manifesta erant et impunita. Quarto fiebant peccata tota mentis animaduersione: ideo additur: et cuncta cogitatio. scilicet non partim: non diuisim: sed in malis integra et coniuncta. Quinta fiebant tota cordis affectione: ideo subditur: cordis. Sexta perpetrabantur toto studio: ideo subditur: intenta esset ad malum. Septimo fiebant perseueranter: propterea additur: omni tempore. Timeo satis ne hec signa verificentur in nobis. Tempore namque isto nefandissima scelera committi solent: nec a paucis: sed a multis: neque puniuntur aut corriguntur: quonia illi ad quos spectat corrigere vel punire deteriores sunt aliis. Et non est veritas non iusticia neque rectitudo in filiis hominum. Fiunt peccata cum animaduersione mentis cum omni affectione: studio ac perseuerantia. O stulti populi cur non timetis. Cur non expauescitis: cur ad penitentiam redire negligitis. Audite psal. dicentem. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit arcum suum tetendit et parauit illum. Secundum signum propinquitatis ire dei dicitur populorum obstinatio. Quandocunque populi peccatores obstinantur et obdurantur in corde non moti beneficiis dei non comminationibus non predicationibus non signis non denique vllo alio modo: signum forte est quod prope est eis flagellum dei. Est de hoc exemplum obstinatissimi populi iudeorum quem deus deleuit propter obstinationem suam. Nam post multa mala a iudeis perpetrata christus viuens in carne in medio ipsorum vocauit eos ad penitentiam vita miraculis et doctrina. Ipsi vero noluerunt audire ipsum. In dominica autem oliuarum cum introisset hierosolymam: vt dicitur Luc. 19. c. Videns ciuitatem fleuit super illam dicens. O ciuitas ampla. o ciuitas regia. o ciuitas digna: plena populo: affluens diuitiis et abundans peccatis. Venient dies in te et circundabunt te inimici tui vallo: et circundabunt te: et coangustabunt te vndique et in terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt: et non relinquent in te lapidem super lapidem eo quod non cognoueris tempus visitationis tue propterea dicit Hieronym. in questionibus ad Helbidiam. In tantum autem hierusalem amauit dominus vt fleret eam et plangeret et pendens in cruce loqueretur. Pater ignosce eis quia nesciunt quid faciunt. Itaque impetrauit quod petierat: et datum est eis tempus penitentie vsque ad .42. annum. Post quod perseuerantibus in blasphemia egressi sunt duo vrsi de siluis romanorum Vespasianus et titus: et eos interfecerunt atque lacerauerunt. hec ille. Die autem qua crucifixus est iesus dei filius conuersus ad mulieres que plangebant et lamentabantur eum dixit. Filie hierusalem nolite flere super me: sed super vosipsas flete et super filios vestros: quia venient dies in quibus dicetis. Beate steriles que non genuerunt: et vbera que non lactauerunt. O ferrea. o lapidea. o adamantina iudeorum corda. Nec verba xpi

bis christi crediderunt: nec susceperunt testimonium apostolorum: qui magna virtute predicabant resurrectionem magistri sui: sȝ in dies crudeliores facti persequebantur ecclesiam: lapidauerunt Stephanum: interfecerunt iacobum iustum: ⁊ Paulo conuerso miraculose ac ceteris predicantibus christum impijssime restiterunt. Voluit tamen deus anteqȝ iraȝ suaȝ inferret in eos terroribus ⁊ signis celi illos ad penitētiam vocare. Et vt meminit Josephus in libris de bello iudaico. ⁊ Eusebius in historia ecclesiastica. ⁊ Policratus in libro de nugis curialium. Stella quedam sub forma gladij stare visa est: quasi imminens desuper ciuitati. Cometes crinalibus flammis per totuȝ annum visus est ardere. Luna eclipsim ꝑ duodecim noctes passa est continuas: cum die festi plurimi conuenissent octaua die mensis aprilis noctis tempore hora nona tātus fulgor luminis araȝ templumqȝ circumdedit: vt dies clarissimus videretur: mansitqȝ spacio hore dimidie: hoc quidem ignaris prosperum visum est: sed probos peritosqȝ doctores portentuȝ exitiale non latuit. Janua templi que erat ad oriētem cum esset ere solido induta tanti ponderis ꝙ vix a viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur repente hora noctis sexta ꝑ seipsam aperta est quāuis ferreis vectibus teneretur. Die. xi. mai prope occasuȝ solis: visi sūt currus ⁊ quadrige in omnem regionem per aerem ferri ⁊ armatorum cohortes nubibꝰ cōmisceri. In nocte penth. sacerdotes ingressi templum ad diuina officia celebranda: primo senserunt quosdam strepitus: ⁊ paulo post audierunt voces clamantes. Discedamꝰ ab his sedibus. Ante quartum annum belli in die festi tabernaculorum: quidam rusticus ⁊ plebeꝰ Jesus nomine: filius Ananie repente clamare cepit. Vox ab oriente vox ab occidente vox a quattuor ventis: vox super hierosolymaȝ ⁊ templum. vox super sponsos ⁊ sponsas. vox super vniuersum populum. Sicqȝ indesinenter die ac nocte clamabat per vicos ⁊ plateas discurrendo. Et flagellatus ac percussus etiaȝ ante iudicem flagris vsqȝ ad ossa laceratus vt taceret: ipse quolibet die cum eiulatu semꝑ illōd replicabat addens. Veh hierosolymis. Veh masculis ⁊ femellis. Nec vnqȝ in tot prodigijs atqȝ signis ille dure ceruicis populus errores suos corrigere voluit. Ob quam obstinationem altissimus deus in illos iram suam effudit. O quis explicet sine singultibus. Quis audiat sine lachrymis. Quis consideret sine timore ciuitatis hierosolymitane excidium et desolationem. Refert namqȝ Josephus in. 6. libro de bello iudaico: ꝙ Titus ⁊ Vespasianus cum exercitu validissimo a romanis missi in die solemni pasce: quando etiam ex circūiacentibus locis innumerabilis populus inerat hierosolymam ciuitatem obsederunt: feceruntqȝ in circuitu vallum munitissimum: ita vt nullus ciuitatem exiens illud pertransire posset. Ob quam causam in breui ciuitas fame cepit vrgeri: tantumqȝ inualuit penuria rerum ꝙ propter famem hec que referam dicit iosephus fuisse mala secuta. Primo ꝙ predones per ciuitatem discurrentes vi intrabāt domos ⁊ rapiebant si quid ibi inuenissent comestibile. Secūdo ꝙ filij ex ore parentū et ecōuerso violenter stricto gutture masticatum cibum extrahebant: ⁊ velut rabidi comedebant.

Tertio ꝙ etiam fimum boum aliaqȝ vilissima sumpserunt in cibuȝ. Quarto ꝙ multi contendebant exire vt herbas colligerent: ⁊ capiebantur a romanis: ⁊ tantus numerꝰ fuit captiuorum vt tute custodiri non possent: quapropter statutum fuit vt euulsis eorum oculis aut amputatis illorum manibus compellerentur sic ad ciuitatem redire. Quinto ꝙ quāplures diuites ne iocalia sua peruenirent ad manus romanorum: quos verisimiliter credebāt ciuitatem debellaturos illa deglutierunt. Cuius rei fama cum deuenisset ad aures romanorum cōmiruit eos vt existimarent captiuos iudeos quos tenebant gemmas in ventre adhuc retinere. Quare vna nocte duoruȝ milium patefacta sunt viscera. Sexto ꝙ multi formosi iuuenes in via in plateis publicis: in proprijs domibus fame afflicti improuisa morte cadebant. Septimo ꝙ inuēte sunt mulieres que proprios filios comederunt. Vnde refert Josephus de quadam: ꝙ cum non haberet ad comedendum: lactantem filium i manibus tenens dixit. Infelicis matris infelicior fili in bellorum fame: in direptione: cui te reseruabo. Veni ergo nunc o mi nate: esto cibus: matri predonibus furor: seculis fabula. Ex his dictis filium iugulauit ⁊ coxit: ⁊ dimi

dium comedens partem alteram occultauit. Et ecce continuo predones odorem carnis cocte sentientes in domũ irruerunt: et nisi carnẽ proderet mortem minantur. Tunc illa detegens infantis membra. Ecce inquit vobis partem optimam reseruaui. At illos tantus horror inuasit q nec loqui potuerunt. Et illa: meus est inquit hic filius: meuz est peccatum: securi edite: quia prior ego comedi quem genui. Illi vero trementes et territi discesserũt. O quot erãt in ciuitate illa amara spectacula: vbi videbantur quotidie tot morientes. O quot infantes et pueri extendentes manum ad vbera matrum et panem petentes ad pedes illarum mortui deficiebant. O quot erant ibi flebiles voces. qt lamenta. quot singultus. quot gemitus et suspiria. Clauserat eis deus et strinxerat venaz misericordie sue. Tandem post biennium capta fuit ciuitas et in predam data et muri et edificia quelibet solo equata: et vt iosephus refert decies centena milia iudeorum fame et gladio perierunt: et nouem milia vendita fuerunt. O si possem in talem ascendere speculam: de qua omnem italiam cernerem: omnesqz meam vocem possent audire: profecto clamarem. O italia plange. o italia time. o italia caue ne propter obstinationem tuam in te deseuiat ira dei. Vocauit ipse te multis annis donauit amplis beneficiis. Misit ad te predicatores suos. Terruit te signis et prodigiis. Sensisti terremotus pestilentias et temporum sterilem conditionẽ. Comminatus est tibi deus. Etc. Certe hoc fecit vt te induceret ad penitentiam. Et tu in dies durior efficeris in peccatis et malicia perseuerando: fiunt iam vbiqz vsure publice. Omnia fedata sunt spurcissimis viciis carnis et ignominione sodomie. Superbia pomparum iam occupauit omnes ciuitates et terras. Blasphemie dei periuria mendacia iniusticie violentie oppressiones pauperum et similia superabundant. O italia decora. o regio diuitiis plena. Noli contemnere deum: noli exacerbare maiestatem eius. Tertium signum propinquitatis ire dei dicitur prophetarum annunciatio. Cognoscimus propinquam dei irã: quando per prophetas suos deus illam pronunciat. Diebus autem istis multa dicuntur pronunciata per sanctam Brigidam que spiritu claruit prophetico: per sanctum Methodium: et per nonnullos alios. Ego autez que dã ipsorum etiam originaliter legi cuz illa dare non intelligam non audeo quicquam temere diffinire. Opto et tamẽ omnes populos vt cessent a via sua mala: ne forte si in illa perseuerauerint repente superueniat ira et indignatio dei: a qua ipse nos liberet qui est benedictus et laudabilis per infinita secula seculorum. Amen.

Dominica tertia in quadragesima infra diem. de vitio et peccato discordie: quod nullo pacto stare potest cum veritate penitentie: ob qđ penitentes ab illo sibi maxime cauere debent.

Sermo. .39.

Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: et domus supra domum cadet. Verba sunt redemptoris nostri originaliter. Luc. xi. c. et in euangelio presentis dominice. Nõ potuit efficacius aut clarius explicari qz perniciosum sit malum aut graue discordia damnata: qz in verbis domini nostri iesu christi que dixit contra phariseos: Et licet sua sufficienter intent o ostendere demones concordes esse ad omnem maliciam hominumqz perditionem: veruntamen nos intelligimus dissensiones quelibet regna validissime exterminare. ad hoc autem astutus diabolus innititur: vt charitate abiecta cum discordiis odiis et dissensionibus deum omnipotentem offendamus. Ea propter pro vtilitate penitentium in presenti sermone contra discordie vitium stilum nostrũ exacuemus: quoniam redemptor noster amarum illius effectum qui est regnorum desolatio aperuit in verbis allegatis in themate: in quibus de discordia tria mysteria erunt declaranda: videlicet.
Primum dicitur originatio.
Secundum distinctio.
Tertium offensio.

Quod tres possunt esse radices vel originales cause damnabilis discordie. vana gloria videlicet: auaritia: vel stulticia siue leuitas.

Capitulum. .1.

Primũ

p Rimū mysteriū. declarādū de discordia dr̄ originatio: i q̄ vidēdū ē q̄ sūt discordie originales cause. Et assignari possūt tres cause. prima dicitur vana gloria. secunda dicitur auaricia. tertia dicitur stulticia. Prima causa discordie dicitur vana gloria. Secūdum enim Gregorium. 31. moraliū. discordia est vane glorie filia. Nam vt dicit Tho. 2. 2. q. 37. discordia importat quandam disgregationem voluntatum: inquantum scilicet voluntas vnius stat in vno ⁊ voluntas alterius stat in altero: q̄ autem voluntas alicuius in ꝓprio sistat. prouenit ex hoc q̄ aliquis ea que sūt sua prefert his que sunt aliorum. Quod cum inordinate fit pertinet ad inanem gloriā ⁊ ad superbiam. Et s̄m circūstantias potest eē peccatum mortale aut veniale. Sed aliquis posset arguere q̄ discordia non est peccatum. Nā Actuum. 23. Paulus posuit discordiam inter phariseos ⁊ saduceos: quod non fecisset si fuisset peccatum. Item dicitur actuum. 15. facta est dissensio inter paulum ⁊ Barnabam. Sed tho. respondet ad primuz. q̄ causare discordiam per quam tollitur mala concordia est laudabile: ⁊ hoc modo fecit paulus. christus etiam de seipso dicit Math. 10. c. Non veni pacem mittere sed gladium. Ad secundum dicit tho. q̄ discordia que fuit inter paulū ⁊ Barnabam: fuit per accidens ⁊ nō per se. Vterqȝ enim intendebat bonum. sed vni videbat̄ hoc esse bonum. alii aliud. quod ad humanum defectum pertinebat. nec erat talis controuersia in his que sunt de necessitate salutis. Sed hic oritur vnum dubium: vtrum auditores diuersorum magistrorū tenentium diuersas opiniones excusetur a peccato: si opiniones suorum magistrorū tenent quādo nō sunt bone. Et respondet Tho. in quodlibetis: q̄ si diuerse opiniones doctoruȝ sacre scripture nō sunt contra fideȝ vel bonos mores absqȝ periculo auditores vtrāqȝ opinionem sequi possunt: sicut varia fuit opinio inter Augu. ⁊ Hierony. de obseruatione legaliuȝ ante diuulgationē euangelij. In illis vero que pertinent ad fideȝ vel bonos mores: nullus excusatur si sequatur erroneam opinionem alicuius magistri. In talib⁹ enim ignorantia non excusat. Alioquin immunes a peccato fuissent qui secuti sunt opinioneȝ arrij Nestorij ⁊ aliorum heresiarchar ū. Nec possunt excusationem habere propter simplicitatem si in talibus opinionem erroneaȝ sequātur. In talibus namqȝ dubijs non est de facili prestandus assensus: sed potius vt dicit Augustinus in. 3. de doctrina christiana. consulere quis debet regulam fidei quā de scripturarum planioribus locis ⁊ ecclesie auctoritate ꝑceperit. Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestum scripture testimonium siue contra illud quod publice tenet̄ s̄m ecclesie auctoritatem non potest a vitio erroris excusari. Concordat Monaldus ⁊ Hostien. Aliqui tamē sunt qui aliquando fuerūt in varia opinione doctorum anteqȝ per ecclesiam fieret determinatio. Et pro illo tempore potuerunt excusari qui vnam vel contrariam tenebant. Sed postqȝ determinatum est per ecclesiam ⁊ firmata altera earuȝ: hereticum esset contrarium sentire: sicut est exemplū de paupertate christi: de qua ante iohem. 22. erant varie ⁊ contrarie opiniones: vtrū xp̄s cuȝ apostolis habuit aliquid in cōmuni. Sed determinatuȝ fuit per ipsum Johem. 22. immo per ecclesiaȝ q̄ habuit eo q̄ Joh. 4. dicitur. Discipuli eius abierunt in ciuitateȝ vt cibos emerent. Et Joannis. 12. de iuda dicitur: fur erat ⁊ loculos habens ea que mittebantur portabat. Et hoc ipsum dicitur. 12. q. i. ca. habebat. Qui ergo cōtrarium assereret pertinaciter hereticus haberet̄. Addit Ho. q̄ q̄n sūt diuersa iura opiones. s. nec ꝯ deū nec bonos mores: huī maior s̄nia ē p̄ferēda ceteris parib⁹. ex̄ d̄ trāsa. c. q̄ als Stādū ē ei q̄ meliori inniti r̄oni. di. 20. §. i. ex̄ de ferijs. c. capellan⁹. Adde ēt q̄ i his q̄ ꝓcernūt foꝝ cōscie i dubijs tutior via ē eligēda: ex̄ d̄ spōsalib⁹. c. iuuenis. Nec tn̄ d̄ facili ꝯtria opio ē reprobāda. Scd̄a cā discōdia dr̄ auaritia. Inqt Sene. i li. d̄. 4. vtutib⁹. Quietissime viuerēt hoies sup trā si h̄ duo ꝓnoīa tollerent̄ meū ⁊ tuū. Et Plato i Phedrone. Propi pecuniarū possessionē vniuersa bella nob̄ fiūt. Et Salusti⁹ i catilinario. Impij ⁊ diuitiaꝝ cā bella atqȝ certamina oīa īter mortales sūt. Et Lu. li. 5. Certamē mouistis opes. Videm⁹ h̄ ꝑ expiētiā oī die: q̄n ꝓp auariciā fili⁹ discordat a p̄re: frater a frē ⁊ amic⁹ ab amico. Tertia cā discōdie dr̄ stulticia. Sūt nāqȝ mlt̄i stulti ⁊ leues q oīa credūt q̄ a susurronib⁹ eis dicunt̄. Susurratio siqdē aptissimū ē instr̄z ad discōdias seminādas ꝓpterea dixit sapiēs, puer. 26. Cū d̄fecerit ligna extinguetur ignis: ⁊ susurrone subtrato iurgia

cõquiescüt. Et. Ecc. 28. c. Susurro ꝛ bilinguis
maledict⁹. Multos. n. turbauit pacẽ habẽtes.
Lingua tertia multos cõmouit: ꝛ dispsit illos
de gente in gentẽ: ciuitates muratas diuitũ de
struxit: ꝛ domos magnatoꝝ effodit: Virtutes po
puloꝝ cõcidit: ꝛ gẽtes fortes dissoluit: mulie/
res viratas eiecit: ꝛ priuauit illas laborib⁹ suis
Qui respicit illã nõ habebit requiẽ: nec habe/
bit amicũ i quo requiescat. Flagelli plaga liuorẽ
facit: plaga aũt lingue cõminuet ossa. h ibi. Quis
naꝫ sufficeret enumerare discordias q̃ exorte
sunt inter ciues inter vicinos inter dños inter
pplos inter vxoreꝫ ꝛ viꝝ: inter fratrẽ ꝛ fratrẽ
ꝓpter susurrantes. O lingua ignita: o lingua
venenata: o lingua immanior ꝛ crudelior omni
fera pestifera. Tu lingua susurronũ instrm es
diaboli. Tu illius sagitta vulnerãs: tu ei⁹ acu/
tissimus ensis. Propterea susurratio ponit in
ter grauia pctã q̃ execrat de⁹: de qb⁹ sapiẽs dic
ꝓuer. 6. c. Sex sunt q̃ odit dñs ꝛ septimũ dete
stat aĩa ei⁹: oculos sublimes: linguã mẽdacẽ:
manus effundẽtes innocẽtẽ sanguinẽ: cor ma/
chinãs cogitatiões pessimas: pedes veloces ad
currendũ in malũ: pferentẽ mẽdacia: testẽ fal/
lacẽ: ꝛ eũ qui seminat inter fratres discordiaꝫ.
Sed culpabiles adhuc sunt illi qui a susurroni
bus sibi cauere aut nesciunt aut nolunt.

Quod triplex est discordia damnabilis: sci/
smatice prauitatis: ciuilis partialitatis: ꝛ ipora
bilis societatis. Capitulum. 2.

Ecundũ mysteriũ declarandũ de di/
scordia dr distinctio. Distinguit. n.
triplex discordia dãnabilis ꝛ picculo/
sa: vꝫ. Prima ẽ scismatice prauitatis. Se/
cunda ciuilis ptialitatis. Tertia iporabilis.
societatis. Prima discordia ẽ scismatice pra
uitatis. Est autẽ scisma vitiũ quo qs sũmo põti
fici subesse recusat ꝛ mẽbris ecclesie subiectis
cõicare nõ vult. Scisma siquidẽ grecũ est no/
men qđ latine scissurã sonat: vt dicit. 24. q. i. c.
scisma. Est aũt pctm̃ mortale: qꝛ cõtrariat cha/
ritati ecclesiastice vnitatis. Est aũt differẽtia in
ter heresim ꝛ scisma: qꝛ heresis opponit dire
cte ꝛ p se fidei. vt dic Tho. 2. 2. q. 29. ꝛ scisma p
se opponit ecclesiastice vnitatis charitati. Vñ
Hiero. 23. q. i. ca. inter scisma. Inter scisma.
ꝛ heresim h arbitror interesse q heresis puer/
sũ dogma hꝫ: scisma aũt ab ecclesia separat. Cõ
tra scismaticos dicit i. c. i. de summa tri. ꝛ fide
catho. Vna est fideliũ vniuersalis ecclesia ex/
tra quã nullus oĩo saluat. Et. 24. q. i. ca. loqt.

Cyprian⁹ ait. Loquit dñs ad Petrũ. Ego d
co tibi qꝛ tu es Petr⁹ ꝛ sup hãc petrã edifica.
bo ecclesiã meã. Sup vnũ edificat ecclesiã. Et
qꝫuis apostolis oĩb⁹ post resurrectionẽ suã pa/
reꝫ potestatẽ tribuat ꝛ dicat. Sicut misit me pr̃
ꝛ ego mitto vos. Accipite spiritũ sanctũ: tamẽ
vt vnitatẽ manifestaret vnitatis eiusdẽ origi/
neꝫ ab vno incipientẽ sua auctoritate disposuit
Ad idẽ ẽ. c. alienus. c. oĩb⁹. c. quoniã vetus.
pfata cã ꝛ q̃stione. Sed hic orit vnũ dubium.
Quid cũ duo vel plures sunt in ecclesia gerẽ/
tes se p papa ꝛ qlibet hoꝝ hꝫ suã sequelã. Quis
coꝝ dicet scismaticus cũ suis sequacibus. Rñ
deo: aut cõstat aut cõiter tenet q qlꝫ coꝝ intru/
sus ẽ. i. nõ canonice elect⁹. Aut cõstat vnũ co
ruꝫ canonice ꝛ rite electũ: videlicet a duab⁹ pti
bus cardinaliũ ꝛ sine violentia: ꝛ postea alt⁹ sup
inductus. Aut dubitat qs illoꝝ sit canonice vl
rite elect⁹ vn⁹ vel alter. Et i pmo casu null⁹ co
rũ ẽ papa: sꝫ qlꝫ coꝝ ẽ scismaticus cũ his q scie/
ter sequunt ipsuꝫ: ꝛ excõicati sunt ipso facto. ex
tra de elect. c. lꝫ. Et de h loquit. ca. si duo. 79.
di. vbi dr. Si duo forte cõtra fas temeritate cõ
certãtiũ fuerint ordinati i sũmos põtifices nul
lũ ex eis futurũ sacerdotẽ. i. summũ pontificẽ p
mittim⁹. Sꝫ illũ solũ in sede apostolica pmãsu
rũ censuimus: quẽ ex numero clericoꝝ. i. cardi/
naliũ noua ordinatiõe diuinũ iudiciũ ꝛ vniuersi
tatis cõsensus elegerint. Nec obstat q h statuit
Honori⁹ augustus: ꝛ ad ipatorẽ nõ spectat sta
tuere aliqd de electionib⁹ ecclesie: sicut nec de
reb⁹ alijs ecclesiasticis. vt. 96. di. c. bñ. qꝛ vt dr
in glo. i pfato. c. Si duo. Honori⁹ fecit illđ ro
gatu ecclesie: ꝛ ecclesia approbauit: ideo rõne ap/
probatiõis statutũ illud valet ꝗ si fecisset ecclesia
Quãdo ergo cõstat nullũ coꝝ canonice electũ:
vt qꝛ nõ a cardinalib⁹: sꝫ ab alijs i quo casu loq
tur. c. si qs ex epis. ꝛ. c. si qs pecunia. 99. dis.
Vel si a cardinalib⁹: nõ tñ a duab⁹ ptib⁹ cardi
naliũ: vt in. c. lꝫ. de electi. q tali adhereret sci
smaticus est: ꝛ p cõciliũ pridendũ eẽt cũ cardi
nales huiusmodi eẽnt. Alias si ipsi cardinales
alium eligerent ille esset verus apostolicus.
Et nota q ex hoc q electio pape symoniace
facta esset a cardinalibus: dũmodo alias rite
cessat nõ potest nec tollit quin sit verus papa.
Et similiter quãtũcunqꝫ criminosus ꝛ irregu
laris esset electus: vt. d. glo. in. c. si qs pecunia
In secũdo casu. s. cũ constat vnũ canonice ele/
ctuꝫ ꝛ postea alius se intrudit: sicut cornel⁹ pa/
pa qui Fabiano successit: ꝛ post eum canonice
electũ

creati Nouatianus quidā papā se fecit: vt dr
7.q.i.c.sanctus ē.⁊.c.nouatianus. Tūc p̄m⁹
ē verus papa: ⁊ secūdus apostaticus ⁊ scisma
ticus cū sequacib⁹ ei⁹. Sic sub Eugenio 3° fa/
ctū ē scisma tpe beati Bernā. Nā ipo eugenio
rite electo ali⁹ intrusus ē: sȝ meritis ⁊ labore sā
cti Bernā. scisma illud ablatum fuit remanēte
Eugenio in apostolica sede. Deinde sub Jo.
22. factum est aliud scisma. Nā cū ipse declara
ret fore hereticos qui assererent christum nihil
habuisse in cōi ēt mobile: quidam fraticelli nū
cupati de opinione: dixerunt ipsuȝ papā Jo.
hereticum cum successoribus ⁊ sequacibus ei⁹
⁊ fecerunt alium papam Pisis. Greci autē
circa annum domini nongentisimū sc ma fa/
cientes in heresim inciderunt de spiritu sancto
damnatam de summa trinitate ⁊ fide catholica
c.i.li.6. Sed reducti fuere ad ecclesie vnitateȝ
tempore Eugenii quarti. In tertio vero ca
su cum dubium est quis hoꝝ duorum sit cano
nice electus: puta qꝛ electio primi dr facta per
metum qui cadit in constantem virum: deinde
a duobus partibus cardinalium: postmodum
ab eis fit electio sine violentia ⁊ metu quocun
qȝ sicut accidit casus circa annos domini.1380.
nam mortuo Grego.xi. cardinales debētes
ꝓcedere ad electionem successoris: vt dicitur
fuerunt a romanis comminati ꝙ occiderētur
si non eligerent italicum aliquem. Elegerunt
igitur archiepiscopum barensem qui tunc erat
rome: exprimentes ei ꝙ eligebant eum ad vi/
tandum periculum se fingebant eligere. Ele/
cto ergo ille qui vrbanus.6.dictus est: ille vt
fertur dixit: ꝙ si volebant eum eligere volun/
tarie eligerent quia intendebat esse papa. Pu
blicato igitur Vrbano papa ⁊ a cardinalibus
ipsis adorato ⁊ consecrato de consensu eoruȝ
ac principibus christianitatis: ac per eos signi
ficato ꝙ canonice esset electus: inde ad aliquot
menses ipsi recesserunt ab eo: ⁊ fugientes ad
ciuitatem fundensem q̄ est in principio regni:
ibi elegerunt alium qui dictus est Clemēs.6.
qui transtulit curiam suam in Auinione. illū/
qȝ venerata est pro papa tota frācia ⁊ hispania
⁊ cathalonia. Alteri vo.s. vrbano adhesit ita
lia alemania ⁊ vngaria: perseuerauitqȝ h̄ pe/
simū scisma vltra.30.annos. Cū ergo h̄ esset
dubiuȝ ex ignorantia facti: qꝛ exceptis cardina
libus ⁊ paucis aliis tunc p̄ntib⁹: ceteri scire n̄
poterāt si talia sic processerunt vel aliter cuȝ di
uersi diuersimode referrent: ⁊ partim etiam
ignorantia iuris: qꝛ dubium erat apud peritis
simos: vtruȝ fuerit talis metus qui cadere pos
set in constantem viꝝ vel non: vel ēt qꝛ p⁹ ele
ctionem habuerunt tempus ad recedendum:
⁊ non fecerunt: imo p signa expressa ostēderūt
voluntarie ⁊ libere factam electionē. In illo g̃
scismate illi proprie erant scismatici: qui scien/
tes factum ꝯ iura vel contra cōsciam faciebant
ducti amore vel odio vel cupiditate vel ambiti
one. Alii vero excusabantur ēt adherēdo ei q
non erat verus papa: quem inde ipsi credebāt
verum. Et quāuis vna pars excōicaret alterā
tū qui simpliciter inherebāt excusari videban/
tur. Durante vero illo scismate post Vrbanū:
successit ex altera parte Bonifacius nonus.
Bonifacio successit Inno.6. Inno. Greg.
12. ex alia parte Clementi successit Benedict⁹
13. Sub his aūt.s. Grego.12. ex vna parte: ⁊
Benedicto ex altera factum ē aliud scisma an/
no dñi.1410. Nam recedentibus cardinalib⁹
ab vtroqȝ papa: ⁊ conuenientibus Pisis: cō
cilium celebrantibus depositis illis duob⁹.s.
Greg. ⁊ bene. sub eadem videlicet ratione: qꝛ
dicebantur scandalizare facto suo publico totā
ecclesiam: cum non vellent conuenire insimul
in aliquo vno loco vt promiserāt ⁊ iurauerāt:
demū creatus est Pisis Alexander papa qui
fuit Petrus de candia ordinis minorum: cui
successit Jo.23. bononie electus. Et cuȝ pene
omnes reges ⁊ pricipes christianitatis dimis
sis Greg. ⁊ Bene. obediētiā dedissent Ale
xandro ⁊ successori suo: tū adhuc maximū du/
bium erat vtruȝ cā pp quā creatus fuit Alex.
videlȝ. qꝛ Greg. ⁊ Bene. scādalizabāt ecclesi
am eēt va: nihilominus ex q̄cūqȝ triū ptiū crede
bat simpliciter suum verū papā: ⁊ nō alios mo
tus conscie dictamine: paratus ēt adherere al
teri si hoc sibi constaret excusatus creditur a vi
tio scismatis ⁊ sententiis eius: cuius signum ē
ꝙ in qualibet obedientia erant multi peritissi
mi ⁊ sancti viri. nam sub Vrbano ⁊ Bonifa
cio fuit sancta Brigida ⁊ sancta chaterina de
senis. Sub Clemente ⁊ benedicto ex alia par
te fuit beatus Petrus de lucimburgo clarus
miraculis. Sub benedicto etiam fuit sanctus
Vincentius de ordine predicatorum. Tandē
congregato concilio constantie: Greg. prefa/
tus sponte renunciauit per Carolum de mala
testis suum in hoc procuratorem. Jo.23. fu/
gam arripuit: sed captus per imperatorē redi
it: ⁊ tandem depositus fuit. Benedictus etiā

q nec venit nec mittere voluit: depositus fuit: vbi
creatus fuit dns Oddo de columna cardina/
lis qui fuit Martinus papa .5. Secunda est
discordia ciuilis partialitatis: quādo ciues relic
tio amore cōmunis boni: cōuertentesqȝ om/
nia ad ꝓpriū cōmodū discordant ad inuicem.
Nā vt inqt Ar. 2. politi. Ciuitas quedaȝ cō/
municatio est. Et ibidē. Politica est ordo qui
daȝ inhabitantiū ciuitatē. Quādo ergo ciues
nō reguntur sm ordinē nec sunt cōiūcti: ad
dissensiones veniunt. Tales sunt hodie quasi
in omnibꝰ ciuitatibus italie tyrāni qdā de qbꝰ
dici pōt q̄ sapiens ait ꝓuer. 29. Homines ho/
mines pestilentes dissipant ciuitatē. Et vt idē
ait. xi. c. In benedictione iustoȝ exaltabitur ci
uitas: ⁊ ore impiorum subuertetur. Impij eq/
dem ⁊ partiales nō reipublice: sed proprie vti/
litati semp inuigilant. Contra quos ait. Cassio
dorus li. 3. epistolaȝ. Nobilissimi ciuis est pa
trie sue augmenta cogitare. Et Tullius in pri
mo de officijs. Omnino q̄ reipublice presunt
seruent duo precepta Platonis. Vnuȝ vt vti
litatem ciuiū sic tueantur vt quecunqȝ agūt ad
eaȝ referāt obliti cōmodoȝ suoȝ. Alteruȝ vt to
tum corpus reipublice curent ne dum partem
aliquā tueantur reliquas deserant. Vt enim tu
tela sic procuratio reipublice ad eorum vtilitatē
qui commissi sunt: nō ad eorum quibus cōmis
sa est: gerenda est. Qui autē parti ciuiū consu
lunt partem negligunt: rem perniciosissimam
in ciuitatem inducunt seditionē atqȝ discordiā.
Hinc apud athenienses magne discordie orte
⁊ in nostra republica non soluȝ seditiones: sed
etiam pestifera bella ciuilia: que grauis ⁊ for/
tis ciuis in republica dignus principatu fugi
et atqȝ oderit: tradetqȝ se totū reipublice: neqȝ
opes aut potentiā cōsectabitur: totāqȝ eā sic tue
bitur: vt omnibus consulat nec nō criminibus
falsis in odiuȝ aut inuidiā vocabit: omninoqȝ
ita iusticie honestatiqȝ adherescet: vt ea ꝯseruet
q̄uis grauiter offendat: mortēqȝ appetat po/
tius q̄ȝ deserat illa q̄ dixi. Miseria oino ē am/
bitio honoruqȝ cōtentio: de qua preclare ē apd
eūdē Platonē. hec ille. Nā ⁊ antiqui romani
etiā pp rempublicā domesticas iniurias dissi/
mulabāt. Vn̄ Valerius ma. li. 4. rubrica de
moderatiōe. Stagippus tecates hortantibꝰ ami/
cis: vt grauē i administratiōe reipublice ⁊ emu
luȝ sibi vehementer aduersariū: sed alioquin ꝓ
buȝ ⁊ ornatum viruȝ qualȝ rōne vel tolleret vel
submoueret: negauit se facturū ne quē in tute/
lam patrie bonuȝ ciuis locū obtineret malus ⁊
improbus occuparet: seqȝ vehementi aduersa
rio vrgeri q̄ȝ patriā egregio aduocato carere ꝑ
optauit. In eodē libro Valeriꝰ rubrica. Qui
ex inimicis iuncti sunt amicitia: aliud refert exē
pluȝ. Emilius inquit lepidus bis consul ⁊ pō
tifex maximus splendoreqȝ hoȝ par vite graui
tate diutinas inimicitias cū Fuluio flacco eiuf
deȝ amplitudinis viro gessit: quas simul vt cē
sores renunciati sunt in campo deposuit existi
mans eos nō oportere priuatis inimicitijs dis
sidere: qui publice summa iuncti essent ptāte.
O dānosum virus in ciuibus italie a diabolo
disseminatū. Iā iā vbiqȝ partialitates abundant
propter quas omne bonū publicū penitus de/
structū est ⁊ euersum: omnisqȝ iusticia cōculca
ta ⁊ abiecta. Tertia est discordia importabi/
lis societatis eorum qui insimul cōueniunt aut
in vna domo aut in vicinia aut in religione aut
in aula principis aut in quecunqȝ collegio qui
discordant: nec vnus aliū recto oculo respicere
videntur: eo q̄ nesciunt seruare regulaȝ Pauli
dicentis ad Eph. 4. Cū omni humilitate ⁊ mā/
suetudine cū patientia supportantes inuiceȝ in
charitate solliciti seruare vnitatē spiritus i vin
culo pacis. O infelix tps hmōi conditio in q̄
ad modicū tollerare socius nescit sociuȝ: frater
fratrem: primus primū suum. Vix domꝰ re
peritur in qua nō regnet diabolus discordie:
vix etiā vt sic dicam aliqua cōgregatio eoȝ qui
vocanē iusti. Vbiqȝ secte vbiqȝ dissensiones
vbiqȝ voluntatū ⁊ aioȝ cōtrarietates. O quā
tos decipit ꝑsumptio ꝓpria ⁊ superfluꝰ elata opi
nio: qui dū suas discordias imo ⁊ odia ignita
cōsiderāt formā sibi cōfingūt: dicūt taȝ zelo ⁊ cha
ritate odire ad discordare. Taceo qd̄ scio qd̄ vi
di quotidie quotidie de multis q̄ sancti reputan
tur exploȝ. Vnū dico q̄ vbi cōcordia nō ē: nō
habitat ipse xp̄s. Dixit. n. Math. 18. Vbi fue
rint duo vel tres cōgregati in nomine meo: in
medio eoȝ sum. Et Ecc. 25. sapiens notabili/
ter est locutus. In tribꝰ inquit beneplacitū est
spiritui meo que sunt grata corā deo ⁊ homini
bus. Cōcordia fratrum: amor proximorū: vir
⁊ vxor bene sibi consentientes.

Qd̄ discordia offendit omne bonuȝ homi/
nis: spirituale. s. corporale ⁊ tpale. Cap. .3.

t Ertiū mysterium declarādū de discor/
dia dr̄ offensio. Offendit nāqȝ discor
dia tria desiderāda bona. Primum
bonū spirituale. Secūdū bonū corporale. Ter
tium

tium bonū temporale. Primū bonū quod offendit discordia dicitur spirituale bonū. s. anime: nā nullū est peccatū adeo graue qd discordantibus nō fiat facile. Ex illa siquidē puenerunt ire: rixe: odia: inimicitie: et lites: cōtentiones: mendacia: periuria: blasphemie: homicidia: obstinationes: et cōtemptus sacramentoꝝ ecclesie. Propter illā pleriqꝫ p annos et ānos nec confiteri nec cōmunicari curant. Propterea figurata est discordia p bestiam de q Joh. Apo. 13. ait. Vidi de mari. i. de amaro corde discordātiū: bestiā ascendentē. i. discordiā habentē capita septē. i. septē capitalia vitia: et cornua decē. i. transgressionē decē p̄ceptoꝝ: et super cornua eius diademata decē. i. gloriaꝫ de malo: quoniā discordātes et ptiales letantur in malis suis. Secundū bonum qd offendit discordia dicit̄ corporale. Facit namqꝫ discordia cor discordātiū triste. Et vt dicit̄ puer. 17. Animus gaudens etatē floridā facit. Spiritus tristis exsiccat ossa. Et Ecc. 30. Jocūditas cordis hec ē vita hoīs: et itex ibi. Ante tp̄s senectam adducit cogitatus. Tertiū bonuꝫ qd offendit discordia dicit̄ tp̄ale. Vt eniꝫ Salustius ait i iugurtino. Cōcordia pue res crescunt: discordia maxime dilabunt̄. Et Tulli⁹ ď amicitia. Que dom⁹ tā stabilis q̄ ciuitas tā firma q̄ nō odijs et dissidijs fundit⁹ possit euerti. Patet h̄ p expiētiaꝫ i romane reipublice desolatōe. Cur distructa: cur desoluta: cur ad nihilū deducta romanoꝝ gloria atqꝫ potentia. Fatua certe falsaqꝫ fuit opinio eoꝝ q dixerūt romā defecisse. eo q ibi acceptat⁹ sit cultus xp̄i: ob qd indignati ipsoꝝ dij ciuitatē ipsam odio graui sunt psecuti. Et lꝫ Aug. satis copiose cōtra sic dicentes disputet in li. de ci. dei. Tamē nō desunt poete et historiographi q dicūt romanoꝝ regnū āplissimū fore depditū pꝑter ciuilia bella. Propterea Lucan⁹ in pncipio pꝛimi sui libri sic ait. Bella p emathios pluſq̄ ciuilia campos. Iusqꝫ datū sceleri canim⁹ populūqꝫ potentē. In sua victrici cōuersum viscera dextra. Cognatasqꝫ acies et rupto federe regni. Certatuꝫ totis cōcussi virib⁹ orbis. In cōe nefas iFestis obuia signis. Signa pares aqlas et pila minātia pilis. Quis furor o ciues q̄ tāta licētia ferri Gentib⁹ inuisis latiū pbere cruorē. Cūqꝫ supba foret babylon spoliāda tropheis. Ausonijs vmbraqꝫ erraret crassus inulta. Bella geri placuit nullos habitura triūphos. Heu q̄ntuꝫ terre potuit pelagiqꝫ parari. Hoc quē ciuiles hauserunt sanguine dextre. Vnde v. nit titā: et nos vbi sidera fundit. Quaqꝫ dies medius flagratib⁹ estuant horis. Et q̄ bruma rigēs et nescia vere remitti. Astringit scythicū glaciali frigore pontū. Sub iuga iaꝫ seres iā barbar⁹ isset arates. Et in. 2. li. ait. Sūmuꝫ brute nephas ciuilia bella fatemur. Qui igit̄ cōsiderat romane vrbis interitū de qua dicitur. Roma quāta fuit ipsa ruina docet. Facile cognoscere poterit quāta sit discordie vis ad nocenduꝫ ad perdēdū ad destruēdū: et annihilādū omne regnū. Sꝫ adhuc nobis se offerūt exēpla tot florentissimaꝝ ciuitatū italie: in qb⁹ vident̄ palatioꝝ ruine desolationes viaꝝ et plateaꝝ: paucitas ppl'oꝝ: et pristine dignitatis ac felicitatis antique oimoda diminutio. O Bononia studioruꝫ mater. o Janua regina maris. o Parma o Esculū. o Placētia. o Asi. siū. o Viterbiuꝫ O alie ciuitates et terre q̄ discordijs et ptialitatibus locū dedistis. Vbi est gloria vr̄a: vbi populi multitudo: vbi antique diuitie. O discordia maligna. o discordia detestādā. Propter illā nēpe ciuis insurrexit in ciuē: frater i fratrē amicus in amicū: et platee ciuitatū humāo sanguine sunt madefacte: atqꝫ in dies ciuitatū cōditōes deteriorate ex eo q omne regnū vt dn̄s est in principio in se ipsum diuisum desolabit̄ a qua desolatione liberet nos xp̄s iesus dei filius qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Feria secunda tertie hebdomade in quadragesima: de diuitijs a quaꝝ cupiditate: amoreqꝫ inordinato retrahendi sunt penitentes q cupiunt eternas et celestes diuitias possidere.

Sermo. 40.

Jecerunt illum extra ciuitatem. Scribuntur hec verba originaliter. Luc. 4. ca. et in euangelio hodierno. Horribile satis est audire q nazareni eiecerunt christum foras materialem ciuitatem: sed multo magis detestabile est q christiani ipsum de suo corde repellant. Et licet multa sint vitia atqꝫ peccata propter que christus a multis contemnitur: vere tamen vnum est satis generale auaricia. s. propter quā pauci sunt hodie qui christum velint habere. Vt eniꝫ dicit̄ Hiere. 2. ca. A maiore vsqꝫ ad minorē omnes student auaricie: et a propheta vsqꝫ ad sacerdotem cuncti faci-

uní dolum. Est autem auaricia immoderatus
amor pecunie: vt dicit Aug. p pecuniā intel/
ligendo quecūqz tpalia bona que possideri pos
sunt. Nam. i. q. 3. c. totum. dicit. Totum quic
quid homines habent in terra: omnia quoruz
domini sūt pecūia ē. Propterea vt homines
ad veram pniam per diuitiarum cōtemptum
preueniāt i pñti i sermōe d̄ diuitiis erim⁹ lo. u
turi: i quo tria mysteria erūt declaranda
Primū dr̄ damnatio.
Secundum conditio.
Tertium malignatio.

Q d̄ amor inordinatus diuitiarū repbendit
z damnat v̄bo z exemplo tā a scis q̄z a philo/
sophis moralibus. Capitulum. .i.

Rimū mysteriū declarādū de diuitiis
dr̄ dānatio. Dānat siquidē non solū a
scis: verū etiā gētilib⁹ z moralib⁹ philosophis.
Et vt clarius hēat q̄ritur vtrū diuites diuitias
hñtes aut hr̄e volētes possint eternā salutē acq
rere. Et q̄ nō arguitur. Primo p testimonia
scārum scripturarum. Deide p dicta z exēpla
philosophoz. Inqt sapiēs Ecc. 3. c. Si diues
fueris nō eris imunis a delicto. Et puer. 28.
Qui festinat ditari n̄ erit innocens. Et Dauid
ps. 33. Diuites eguerūt z esurierūt. Et. i. Thi.
6. Qui volūt diuites fieri icidūt i tēptationē z
laqueos diaboli z desideria mlta stulta z noxia
q̄ dmergūt hoies i iteritū z pditoz. Et Jac. 6.
c. Agite nūc diuites plorate vlulātes i miseriis
vestris q̄ aduenient vobis. Diuitie vestre pu/
trefacte sūt: z vestimēta vestra tineis cōesta sūt.
Aurū z argentū vestrū erugiauit: z erugo eoz
i testimonium vobis erit z manducabit carnes
vestras sicut ignis. Et Agu. in. li. 83. q. Cha
ritatis venenū ē spes adipiscēdoz. Et Hier.
ad Eustochiū. Diuinis euāgeliū vocibus in/
tonat. Nēo pōt duob⁹ dñis seruire. Et audeat
q̄squā xp̄z mēdacē facere do z mamone fuien
do. Vociferat ille sepe. Qui vult venire post
me abneget semetipsū z tollat crucē suaz z seq̄t
me. Et ego onust⁹ auro arbitror me xp̄z seq.
z idē ad Julianū ait. Diuitē purpureū gehē
ne suscepit flāma. Lazarus paup plen⁹ vlceri
bus carnes putridas lābebāt canes: z vir de
micis mēse diuitis miserā sustinebat aiam: in
sinu Abrahe recipit: z tanto patriarcha parēte
letat. Difficile imo impossibile est vt pñtibus
qs z futuris fruat bonis: z hic vētrē. z illic mē
tē ipleat: vt d̄ diuitiis trāseat ad diuitias: vt in
vtroqz seculo prim⁹ sit: vt z i celo z in terra ap

pareat gloriosus. hec ille. Et scis scōrū xp̄s
Luc. 6. c. ait. Veh vobis diuitibus q hētis cō
solationē vestrā. et idē Math. 5. Beati iquit
pauperes spū qm ipsoz est regnum celoz. Et
Math. 16. Facil⁹ est camelū itrare p foramen
ac⁹: q̄z diuitem itrare i regnū celoz. Genitrix
v̄o ei⁹ v̄go scissima. Lu. 2. c. sic cecinit. Esu
rientes ipleuit bōis z diuites dimisit inanes.
Sancti ēt dānabiles fore diuitias xp̄s z sci exē
plo pariter z ope demōstrarūt. Paup siqdez
xp̄s expaupere mrē natus vsqz ad patibulum
crucis paupez vitā duxit. Vñ Ber. i smone
quodā ait. O iuz bonoz eterna i celis affluētia
suppetebat: sed paupertas non inueniebat in eis
Hāc itaqz dei filius cōcupiscēs descēdit vt eā
sibi assumeret z sua estimatione illā faceret pre
ciosā. De paupertate aūt xp̄i dixit i smone de na
tiuitate. Pauperes adhuc ipse voluit eē aplos
suos: p quibus dicit Crisogo. sup Math. Si
bonū eēt aurū h vtiqz dedissz aplis xp̄s: q tūs
ineffabilia cōtulit bona. Nūc aūt nō solū nō de
dit s; etiā hr̄e prohibuit. Vñ z Petr⁹ i pau/
pertate gloriat dicēs. Aurū z argentū nō ē mi/
hi. Ubi insup atqz gētiles suo modo dānabi/
les z piculosas eē pdicāt diuitias tpales: z illas
fatētur noxias. Vñ Tulli⁹ in p de officiis ait.
Pecunie fugiēda cupiditas ē. Nihil ē eni tā
angusti animi tāqz pui q̄z amat diuitias. nihil
honesti⁹ magnificentiusqz q̄z pecuniā cōtēnere.
Et Seneca ad Luciliū. Aude hospes ptēnere
opes: z te quoqz dignū finge do. Nemo aliis
est deo dignor q̄z q opes ptēpsit. Et idē i libro
de trāquillitate animi iducit exēplum de verba
Zenonis. zeno iquit noster cū omnia sua audis
set submersa. Jubet me dixit fortuna expedi/
tius philosophari. Et Valeri⁹ maxim⁹ d̄ Ana
xagora dixit: q̄ cū p⁹ lōgā pegrinationē redis
set in patriā: oiaqz sua dissipata vidisset retulit.
Nō eēz ego salu⁹ nisi ista p̄iissēt. Et d̄ Crate
thebano dicit Hier. ad Paulinū. Et ponitur
12. q. 2. c. glia epi. Crates ille theban⁹ hō quō
dā ditissim⁹ cū ad phādū athenas pgeret ma/
gnū auri Pōdus abiecit: nec putauit se posse
z virtutes simul z diuitias possidere. Et con
tra Jouinianum idem sic loquitur. Leguntur
plurimi philosophorum diuitias non tantum
contempsisse: sed etiam abiecisse: quasi impe/
dimentū sapiētie z virtutis. Fecit h Socrates
quem omniū phoz secte tanq̄ sapientie z vir
tutis vnicū fontem venerantur. Et Lact. li. i.
di. isti. ait. Nā z abiecisse quosdā res familia
res suas

rẽs suas renunciasse vniuersis voluptatibus
cõstat vt solã nudãqȝ vtutẽ nudi expeditiqȝ se
querent. Cõcludimus ergo ꝑ oia dicta ꝙ di/
uites cũ quibus virtutes stare nõ possũt eternã
salutez nõ hẽbũt. Sȝ ꝯ obiici põt. Dicit enim
ꝓuer. 13. redemptio aie viri diuitie ꝓprie. Et
ꝓuer. 17. Propter inopiã multi deliquerũt.
Et Salustius in catilinario. Semꝑ in ciuita
tate qbus opes nulle sunt bonis inuident: ma/
los extollũt: vetera odere: noua exoptãt: odio
suaꝝ reꝝ mutari oia studẽt. Et Ar. 4. Ethi.
Diuitie sunt vtiliũ. Et. 2. rheto. Vnũ aliquid
necessarioꝝ ẽ substãtia. Et idẽ. O is indigẽtia
mala est. Et. i. politice. Res possessa organuz
est ad vitã. Et. 2. politice. Confert multitudo
substãtie. Et in euangelio Luc. 19. de Zacheo
diuite ꝛ ꝓncipe publicanoꝝ xp̃s dixit. Hodie
huic domui salus a deo facta est. Et Math. 8.
c. Centurionẽ sub se milites habẽtẽ nõ dãna/
uit: sȝ potius approbauit fidẽ eius. d. Nõ iue
ni tãtã fidẽ in israel. Rñdeo ad hãc q̃stionẽ ꝙ
diuitie possunt haberi cũ peccato: ꝛ absqȝ pctõ.
Cũ pctõ habent triplici rõne. Prima dicit in
ordinate affectionis. Secunda impie iniustifi/
cationis. Tertia indebite dispensatõis. Pri/
ma rõ q̃re. dãnabiles sunt diuitie dicit inordi/
nate affectiõis: cũ qs ad illas inordinate afficit
cõstituens in eis beatitudinis finẽ. Et sic itelli
gunt oẽs auctoritates q̃ videntur cõcludere ꝙ
diuites saluari non possunt. s. qñ diuitias dili/
gunt tãq̃ȝ summũ bonũ ꝑuipendentes deum.
Vnde in p̃s. Diuitie si affluant nolite cor ap/
ponere. Et Seneca ad Lucillũ. Diuitiaꝝ tibi
possessionẽ nõ interdico: sed efficere volo vt il/
las intrepide possideas. Quod vno cõseq̃ris
mõ si te etiã sine illis beate victuꝝ ꝑsuaseris tibi
ꝓpterea Aug. li. i. de ci. dei. c. 10. ait. Cũ apo/
stolus dicit. Qui volũt diuites fieri incidũt in
tẽptationẽ ꝛc. ꝓfecto in diuitijs cupiditatẽ re/
prehẽdit: nõ facultatẽ: quã ꝓ̃cipit alibi dicens.
ꝓ̃cipe diuitib[9] hui[9] mũdi nõ supbe sapbe neqȝ
sperare in incerto diuitiaꝝ: sed i deo viuo qui ꝓ̃
stat nobis oia abundãter ad fruẽdũ. Et Hie.
ad Saluinã de Nebridio ꝛ viduitate. Nec di/
uiti obsunt opes si eis bñ vtat: nec pauperem
egestas cõmendabiliorẽ facit si inter sordes ꝛ
inopiã peccata nõ caueat. Vtrũqȝ nobis testi/
moniũ ꝛ Abrahã patriarcha ꝛ quottidian a exẽ
pla suppeditãt quoꝝ alter i sũmis diuitijs ami/
cus dei fuit. Alij quottidie in sceleribus depre
hensi penas legibus soluunt. De Abrahã in/
sup idẽ ad Pamachiũ ita scribit. Diues erat
Abrahã auro argẽto pecore possessione: multã
qȝ familiã habebat ita vt ad subitũ nunciũ arma
re posset exercitũ iuuenibus electis. Et q̃tuor
reges qui fugerant in Dclan secutus occide
ret: tñ post crebrum hospitalitatis officiuz dũ
homines non recusat suscipere meruit deum.
hec ille. Damnatur ergo non diuitiarum pos/
sessio: sed illarum nimius superfluusqȝ amor.
Sunt aũt hec amoris vitiosi tria principalia si.
gna. Primum cũ quis sine rerum indigẽ
tia plus debito i diuitijs acquirendis se occu/
pat ꝛ affligit. De quo dicitur. Ecclesiastes. 4.
c. Vnus ẽ ꝛ secũdũ nõ hȝ: nõ fratrẽ non filiũ.
ꝛ tamen laborare non cessat nec satiantur ocu:
li eius diuitijs: nec recogitat. d. Cui laboro ꝛ
fraudo animam meã bonis. In hoc quoqȝ va
nitas est ꝛ afflictio pessima. Secundũ signuz
ꝙ quis inordinate dilig t diuitias est cum illas
quibus ipse non egit ꝑꝑ deum pauperibus di
spẽsare recusat. Et de hoc diffusius loquemur
in sermone de elemosyna. Tertiũ signuz ẽ
cum quis se diuitiarum seruum facit. Nã sũt
nonnulli qui diuitias etiam ad proprium cõ/
modũ necessitate vrgẽte exponere nolũt. No
ui ꝛ ego Joh. fusco venerabil eccl'ie scẽ Marie
maioris de vrbe canonicũ ditissimuz q̃ȝplura
beneficia habentez: eratqȝ ei substantia multa:
abundabat vino frumẽto armentis ꝛ pecunijs
Remanserant etiã ei argentea vascula idumẽ
ta pãni libri ꝛ alia plurima bõa quõdã fratris
eius cardinalis sancti Marci. Ipse tñ miser
ꝛ miserior ceteris: auaricia victus panẽ ꝛ aquã
sepius comedebat. Mulam cui insedebat ne
famulũ precio detineret ipse solus gubernabat
ad dormiendũ sine lumine accedebat: calciat[9]
incultum lectũ intrabat. Dum infirmabat vir
post multos dies cuȝ mori iam temere incipe/
ret medicum aduocabat. Vestes antiquas et
laceratas deferebat: nec caloribus aut frigore
a labore poterat detineri: pro vno denario
pauperes suffocabat. Semper discurrebat
semper circuibat anxius ꝛ sitibundus ad the/
saurizandum. Crudelis aliis crudelior sibi ini
micissimus deo. O reprobanda conditio. o fe
ralis natura. o deniqȝ reprehensibile malum:
amare plus diuitias q̃ȝ deum q̃ȝ proximuz q̃ȝ
propriam animam: q̃ȝ etiã ꝛ corporalem vitã.
Propterea Seneca in li. de beata vita ait. Di
uitie apud sapientem virum in seruitute sunt:
apud stultum in imperio. Secunda rõ q̃re

dānabiles sūt diuitie dicit̄ ipie iiustificatiōis. qn̄ aūt iniuste acquiruntur: aut iniuste possident.

Tertia rō dicitur indebite dispēsationis: qr̄ dispensantur aut his qb⁹ dispensari nō debent. ꝛ de hoc dicent⁹ i sermone de elemosina. aut qn̄ expēditur ꝓdigaliter in his i qbus expēdi nō debēt vt in sup̄fluis edificiis cōuiuiis ꝛ in dumentis ꝛ silib⁹. Absq; peccō hn̄tur diuitie cū retinētur in vsum: nec ꝓp illas offēdit deus aut ꝓximus: s; hn̄tur aut per iusta lucra acqsite: aut p̄ hereditariā successionē: illisq; hō vtitur moderate nō cōstituēdo in eis finem vltimū.

Quod diuitie affligūt eos q illas imodera te amāt labore timore atq; dolore: ōre potius sunt contēnēde qz̄ diligēde. Capitu. .2.

s Ecūdū misteriū de diuitiis declarādū dr̄ cōditio. Repiuntur siquidē in diui tiis cū plus debito diligūtur tres pessi me conditiones. Prima dr̄ laboris. Scd̄a dr̄ timoris. Tertia. dr̄ doloris. Prima cōditio dr̄ laboris. Affligūt.n. diuitie se dilig̃tes tri plici labore. Prim⁹ dr̄ mētalis. Scd̄s corpo ralis. Tertius cōscientialis. Primus dr̄ la bor mētalis: qr mēs eoꝝ qui diuitias amant: nūqz̄ pōt eē quieta: eo q̄ cū in diuitiis sacietatē querāt illā in eis nūqz̄ inueniunt. Propterea dicit sapiēs Ecclesiastes.5. Auarus nō iplebi tur pecunia. Et Hiero. ad Demetriade vir gine. Diuitiarū amor insatiabilis ē. Et Am b̄r. 47. di. c. sicut hi. Nec sacietas vnqz̄ nec finis adheret cupiditati. Et boetius in. 2. Si quātas rapidis flatib⁹ icitus pōtus versat are nas. Aut quot stelliferis edita noctibus celo si dera fulgent. Tātas fundat opes nec retrahat manum pleno copia cornu. Humanum mise ras haud ideo genus cessat flere querelas. Et Seneca ad Lucillū. Vidisti aliqn̄ canē missa a dn̄o frusta panis aut carnis apto ore captātē. Quicqd excipit, ꝓtinus integꝛ deuorat ꝛ ad spē venturi hiat. Idē euenit nobis qcqd expectan tib⁹ fortuna ꝓiicit id sine vlla voluptate dimit tim⁹ statī ad rapinā alterius attoniti ꝛ erecti. Et idē ad eūdē. Cōgerātur i te qcqd multi lo cupletes possidēt: ꝛ vltra priuatū pecunie mo dum fortuna te proueheat: auro tegat: purpura vestiat: ꝛ ad hoc modus deliciarum ꝛ opū te perducat: vt terram marmoribus abscondas: non mō habere sed calcare diuitias liceat. Ac cedant statue ꝛ picture: ꝛ quicquid ars vlla lu xurie elaborauerit maiora cupere ab his disces Naturalia enim desideria infinita sunt ꝛ falsa opinione nascentia: vbi desināt non habent. Et Iuuenalis. Crescit amor nummi: quan tum ipsa pecunia crescit. Quid igitur prodest ei qui multas habet diuitias si non quiescat vl contentatur. Inquit enim Cicero in parado xis. Contentum esse suis pactus maxime sunt certissimeq; diuitie. propterea magis diues ē qui scit cōtentari in paucis qz̄ qui in multis sp̄ animo angustiantur ꝛ eget. Unde seneca ad Lucillum. Breuissima ad diuitias per contē ptum diuitiarum via est. Et iterum ad eūdē. Qui cum paupertate bene conuenit diues est. Et iterum ibi de contemptu pecunie multa dicū tur ꝛ longissimis orationibus hoc precipitur. vt homines in animo non in patrimonio pu tent eē diuitias: cumq; locupletē esse q paup tati sue coaptatus est. Et iterum ibi. Quid na rantis: quid stupes: pompa est. Ostenduntur ille res non possidentur. Ad veras potius cō uerte diuitias. Disce paruo esse cōtentus ꝛ il lam vocem magnus atq; animosus exclama. Habeamus aquam habeamus polentam.

Secundus labor quo diuitie se diligentes a͡fligunt est corporalis. Propterea ait Oratius. Impiger extremos mercator: currit ad in dos. Per mare pauperiē fugiens per saxa per ignes. Et sapiēs Ecclesiastes. 2. c. Cuncti di es eius pleni sunt laboribus ꝛ erūnis. Ter tius labor dicitur conscientialis: de quo Au gustinus in sermone de innocentibus. Lucrū inquit in archa: damnū in conscientia. Quis nam quot peccatis oneretur auarorum consci entia miseria. Ob cupiditatem namq; fiunt ra pine furta symonie violentie depredatiōes vsu re fraudes proditiones iniustitie: ꝛ vt sic dicā omnia mala atq; facinora. Unde Virgilius i 3. Eneidos ait. Quid non mortalia pectora co gis auri sacra fames. quasi dicat. ad omnia ma la. O vorator animarum auaricia. o ardens ignis cupiditatis. O pestiferum venenum sa lutis. Magna siquidem incredibilisq; multi tudo gentium propter auaritiam demergitur in infernum. Secunda conditio pessima di uitiarum dicitur timoris. Cruciant nempe se diligentes timore continuo. Nam qui nimis ad diuitias afficitur semper est pauidus: ti met inimicos: non minus formidat amicos: non confidit in vxore: non i filiis nec in fortis simis seris. Abscondit sepe aut in terra aut in ter muros p̄ timore pecunias. Terretur ad so nitum venti: ad motum fenestre: ad saltū mu

ris suspicando semper omnia latrones eē. In
itineribus ei arborum vmbre terrorem incu/
tiunt: ꝛ vbiqꝫ semper viuit suspect⁹. Propte/
rea exclamat Boetius in .2. de consolatiōe di
cens. O preclara opū mortalium beatitudo:
quā cū adeptus fueris securus eē desistis. Et
Iuuenalis dicebat. Cantabit vacuus coram
latrone viator. Propterea beatus franciscus
paupertatem cōplexus latrones non timuit dū
irruerūt i eū qn̄ ibat in pncipio cōuersiōis sue
de Assisio versus Eugubiū. ꝓpterea de illo
dn̄s Boñ. sicut dicit i rūsorio. Dum seminu
do corpore laudes decātat gallice zelator noue
legis latronib⁹ in nemore rn̄det sic ꝓphetice.
Preco sū magni regis. Audit i niuis frigore
ꝓiectus iace rustice futurus pastor gregis.

Tertia conditio diuitiarū dr̄ dolor. Afficiūt
nēpe dolore incredibili se diligētes cum diuit
tuntur aut relinquūtur in morte. Nam moriē
tes nihil de illis secū ferre pñt. Vn̄ Dauid in
ps. Dormierūt somnū suū: ꝛ nihil inuenerūt
oēs viri diuitiarū i manib⁹ suis. Et Io. 17. c.
Diues cum dormierit nihil secum affert: ape/
riet oculos suos ꝛ nihil inueniet. Appreben/
det eum quasi aqua inopia. Et vt Greg. inqt
3. moraliū. Nūqꝫ sine dolore perdit qd̄ cum
amore possidet. Propterea q diuitias estimāt
sicut debēt si illas aut viuētes pdāt: aut moriē
tes deserāt nō cōtristātur. Propterea Tulli⁹
in paradoxis ait de Biante penneo. Necnon
illum laudo sepe sapientem qui nominatur vt
opinor iter septē cuius cū priam priēnē cepis/
set hostis ceteriqꝫ ita fugerēt vt multa de suis
rebus secum asportarent: cū eēt admonitus a
quodam vt idem ipse faceret, ego inquit facio.
Nam omnia mea mecum porto. Ille hec ludi
bria fortune: nec sua putauit que nos etiaꝫ bo
na appellamus.

Quod maligni sūt diuitiarū amatores eo
ꝙ subiciūt se terre vilissime: ꝛ deueniāt a regu
la ois creature: efficiunturqꝫ similes idolatris
Capitulum. .3.

Tertium mysteriū declarandū de diui
tijs dr̄ malignatio. ē quidē peccatū ma
lignū diuitias inordinate diligere: qꝛ
auaritia ab auri cupiditate nūcupat. Grauitas
aūt eius apparet ex triplici rōne. Primo rō
ne subiectionis. 2° rōne deordinatiōis. 3° rōe
idolatratiōis. Primo apparet grauitas aua
ritie rōne subiectionis. Vt. n. inquit Tho. 2.
2. q. iiꝫ. Omne peccatū ex hoc ipso ꝙ ē maluꝫ
in aliqua corruptiōe seu priuatione alicui⁹ bōi
cōsistit. Inquātū aūt ē voluntariū consistit in
appetitu alicuius boni. Dupliciter ergo ordo
peccatorꝫ pōt attēdi. Vno° ex parte boni qd̄ p
peccatū cōtēnitur vel corrūpitur: qd̄ quāto ma
ius ē tanto peccatū grauius est. Et sm̄ h̄ pec/
catum qd̄ ē ꝯ deum est grauissimuꝫ. Alio mō
pōt attendi grauitas peccatorū ex pte boni: cui
inordinate subditur humanus appetit⁹: quod
quanto minus ē ac vilius tanto peccatū defor/
mius. Inter oia aūt bona exteriora infimuꝫ
ē ꝛ ifimū quod spectat ad tpales diuitias. Nā
si recte cōsideremus quid sit argētū. quid aurꝫ
quid gemme. qd iocalia q̄libet preciosa: qd do
m⁹. quid alta palatia. quid famulorꝫ turba. qd
greges. quid armenta. qd deniqꝫ omnia que
diuitie vocari solent: profecto inueniemus nō
aliud eē preter terraꝫ. Terra aūt i ordine crea
turarū infimum hꝫ locum atqꝫ vilissimum eā/
qꝫ calcādā deus pedib⁹ hominū dedit. Vnde
Hierony. ad Demetriadē virginem ait. In
actibus apostolorū qn̄ dn̄i nr̄i iesu xp̄i feruebat
cruor. ꝛ recens erat i credētib⁹ fides: vēdebāt
oēs possessiones suas ꝛ ponebāt precia ad pe
des apostolorū: vt docerēt pecunias eē calcan
das. propter hoc insuper Seneca ad Luciluꝫ
ait. Nihil natura quo auariciam nostram irri/
taret posuit in aperto. pedibus aurum calcan/
dum ac premendum dedit. ꝛ quicquid est pro
pter quod calcamur ac premimur. Illa vul/
tus nostros erexit ad superos ꝛ quicquid ma/
gnificum mirūqꝫ fecerat videri a suspicientib⁹
voluit ortus occasusqꝫ ꝛ properantis mundi
volubilem cursum tardos siderum incessus
si compares toti citatissimos si cogites quanta
spacia nunquam intermissa velocitate circume
ant. Alia deinceps digna miratu siue per or/
dinem subeunt: siue subitis causis mota prosi
liunt: vt nocturni ignium tractus celi patescen
tes colūnas ac trabes defect⁹ solis ac lune inut
eē obstātū: hec supra nos iura disposuit. Au
rum quidē ꝛ argētū q̄si male nobis ꝯmitterēt
abscōdit. Nos fortune mala nostra tradidim⁹
nos in lucē per que pugnarem⁹ extulim⁹ nec
erubescim⁹ summa apud nos haberi: que fue
rūt ima terrarum. hec ille. Secundo apparet
grauitas auaricie ratione deordinationis. De
ordinat siquideꝫ auaricia homines vt peiores
fiant qualibet alia creatura. Nam vt dicit Au
gustinus. Iudicium maximum diuine bo/
nitatis est quod quelibet creatura cogitur dare

seipsum. Auari vero omnia vellent appropiza/re sibi. Cōtra quorū parcitatē et crudelitatem ad proximos dicemus in sermo ne de elemosyna.

3° apparet grauitas auaricie ratione idolatra/tionis. Unde Paulus Eph. 5. d. q auaricia est idolorū seruitus. Quod secundum Nicolaum de lira intelligendū est per quandā cōformitatē: quia ita se habet auarus ad nūmū sicut ad idola ido latra: ppterea q auari omnē spem suā et confi dentiā ponunt in diuitiis. Hec ē itaq3 illa aua ricia nequissima perditiōis mater: pietatis ini/mica: corruptrix animarū: esca diaboli: et mate/teria ois pctī: quā q sequit̄ eijcit a se xpm: q no bis sit ppitius vt valeamus sua gratia terrena omnia conculcare atq3 ad regna properare ce/lestia: vbi sanctis associati benedicemus xpm gloriosum et laudabilem per infinita secula secu lorum. Amen.

Feria tertia tertie hebdomade in quadrage ma: de execrando et periculosissimo peccato sy monie: propter quod nō parum damnificatur atq3 confunditur ordo ecclesiastice hierarchie.

Sermo. .41.

Quecunq3 solueritis sup terram erūt soluta et in celo. Verba sunt re de ptoris nostri originaliter Math. 18. c. et in euāgelio hodierno. Cō tulit saluator noster ministris ecclesie et sacerdo tibus suis inestimabilē dignitatē cum fecit eos spiritualiū dispensatores. Ideo tāto grauius esti matur si quādo peccant eorū delictū: qui plura donorū dei incremēta sumpserūt. Maxime au tē dānat̄ in illos vitiū symonie qd et auaricia p cedere nosciī. Illud siqdē ē cā multorū malorū et cōfusionis damnosissime in ecclesiastica hie rarchia: ob eā cām in p̄senti sermone cōtra vitiū symonie nō nulla erimus disceptaturi: de quo cōtemplamur tria mysteria pncipalia.

Primum dicitur diffinitio.

Secundū inductio.

Tertium punitio.

Quid sit symonia et vnde denominat̄: et q̄re est peccatū graue: et qd intelligitur p spirituale aut spiritualibus annexum. Capitulū. .1.

Primū mysteriū cōtēplādū de symo/nia dicit̄ diffinitio: et Rica. in. 4. di. 25. et Tho. 2. 2. diffiniunt illā sic. Sy mōia est studiosa volūtas emendi vel vendēdi aliquid spirituale vel spirituali annexum. Que diffinitio cōtinetur implicite in. c. q studēt. i. q. 1. Pro clariore aūt declaratōe notabimus tria. primo denominationē. 2° rōnē. 3° determina/tionē. Primo cōsideremus denominationē. Nā symonia denominat̄ a symone: de quo hr̄ act. 8. c. q cū vidisset q p impositionē manus apo stolorū dareī spūs scūs: obtulit eis pecuniā. d. Date mihi hāc ptātē vt cuicūq3 imposuero ma/nus accipiat spm sanctū. Petrus aūt dixit ad eū Pecunia tua tecū sit i pditōe et c. Sz nō vr q sit cōueniēs ista denominatio: eo q Simō no luit vēdere spūalia: sz emere. Et vt hr̄. 4. Reg. 5. Giezi spūalia vendidit Naamā syro: ergo nō magis debet dici symonia q̄z gezia. Rūdet Ric. vbi supra: q cōuenientius nominat̄ symo/nia q̄z gezia: q vitiū tā emptiōis q̄z vēditiōis q̄si ad voluntatē fuit i Symone mago. Ad h̄ enim voluit emere pecunia donū spūs sancti: vt postea alijs venderet. Si tñ distincte loq volu mus possumus vendētes spūalia appellare gezi tas et ementes symoniacos. 2° cōsideremus rōnē quare spūaliū emptio siue vēditio sit illici/ta. prima est ex pte vendētis. Scda ex pte emē tis. Tertia ex pte venditōis. Pria rō est ex pte vendētis: q ille q vendit supra spūalia nō ē illorū dñs sz dispensator. Vñ. 1. Cor. 3. c. apls dixit: sic nos existimet hō vt ministros xpi et di spensatores misteriorū dei. Scda rō ē ex p/te emētis. Ille q emit rem multo minore precio q̄z valeat iniuste emit. Sz spiritualia sunt tante nobilitatis et pfectiōis: et p cōsequēs valoris q nulli p̄cio temporaliū rerum possent adequari. Unde et de sapientia que est res spūalis: dicit̄ Sap. 8. c. Preciosior est cunctis opibus et om/nia que desiderātur huic nō valent comparari.

Tertia ratio est ex pte venditōis: q q vtitur aliquo actu ad illud: seu alio modo q̄z ordina/uerit deus inique facit: et tanto peius quanto il lud est in se dignius. Ordinauit autem deus spiritualia gratis conferri debere hominibus per ministros eius: quod christus declarauit dicens. Mathe. x. c. Gratis accepistis gratis date: scilicet sacramenta: et alia spiritualia. Un de in concilio Tolletano. i. q. i. c. quicqd dicit̄. Quicquid inuisibilis gratie consolatione tri/buitur nunquam questibus vel quibuslibet premijs venundari penitus debet dicēte domino. Gra/tis accepistis gratis date. Et sic colligitur q symonia pp dicta pctm̄ est mortale. Et supad/ditur rō q nullus dz excōicari nisi p mortali pec cato: vt dictum est in sermone de inobedientia. Sz pro symonia debet quis excommunicari.

Unde. i. q.

Unde.i.q.i.c.quicūq3 sacros dr̄. Annathe/ma danti.i.fiat ſm gloſam anathema accipienti ſymonia. Tertio cōſideremus determinationem: quid intelligitur per ſpūalia aut ſpiritualibus annexa. Et ſm doctores ſpūalia dicūtur ſacramēta.ſ.baptiſmus: chriſma: euchariſtia: ordo: penitētia: extrema vnctio: ⁊ bñdictio nuptiarū: ꝓ quibꝰ dare pecuniā vel recipere vt preciū eorū eſt prohibitū: q2 ſymonia. Annexa vo ſpūalibus dicitur dedicatio eccleſiaꝝ conſecratio virginū: ⁊ aliarum reꝝ pertinētiū ad cultum diuinū: benedictio abbatuꝫ: abſolutio ab excōicatiōe vel aliis cenſuris eccleſiaſticis: electio prelatorum eccleſiaſticoꝝ: cōfirmatio eoꝝ: renunciatio: viſitatio ipſoꝝ prelatoꝝ: correctio criminū vel deſiſtere a correctione in iudicio eccleſie: cura aiarū: ingreſſus religiōis ſeu monaſterii: eccleſia ſeu beneficiuꝫ ſimplex vel curatū prebenda: dignitas eccleſiaſtica. vt archidiaconatus. prepoſitura epatus ⁊ huiuſmodi. offiū ſepulture vel locus eccleſie cōſecratus ad ſepulturā: vel vbi iā eſt ſepultus aliqs: capelle: ius pronatus: ius pcipiendi decimas. Officia eccleſiaſtica vbi ē aliquid iuriſdictiōis ſpiritualis vt economus. Vicedominꝰ ⁊ huiuſmodi: ferre ſniam in iudicio eccleſiaſtico. pmutatio dignitatis eccleſiaſtice vel beneficii ⁊ ſilia. Paciſci ergo ꝓ his ſymonia eſt. Vn̄ dr̄ i.q.2.c.quā pio. Ceſſet ois pactio ceſſet ois cōuentio.ſ.emptiōis aut vēditiōis. Notādū tñ ꝙ ſi quis ſine pactione expſſa vel exactione cōferat aliquid ſpūale. ſpūaliter hac intētione vt pp illud recipiat tpale: puta audit cōfeſſionem: vel dicit miſſam: vel confert ordinem ſiue bñficium ⁊ ſilia principaliter: q2 ſperat pp hoc ſe habiturū pecuniā: vel aliud preciū. Et ſilr qui dat tpale principaliter vt recipiat ſpūale. puta euchariſtiā ordinē ſacrū bñficium ⁊ huiuſmōi ſymoniā cōmittit mētalē q̄ mortale ē ſꝫ Ric. Tho. Ray. Hoſti. ⁊ Inno. Sꝫ tal' ſymonia mentalis tolliť p pniam. ex̄ de ſymonia. c. mandato. Ubi aūt nō ſit pactio vel exactio vel principalis intentio ad tpalia i collatiōe ſpūaliū vel receptiōe: ſed gratis ⁊ elemoſynaliter deť aliquid ⁊ accipiatur ad ſuſtentationem nature vl' reuerentiam ſacramentoꝝ vel ad ſeruandum laudabilē cōſuetudinem: licite ⁊ ſine ſymonia dari ⁊ accipi pōt. Vn̄ Gre.i.q.2.c.ſicut epſ. ait. Eius oblatio nullā culpe maculaꝫ igerit q̄ nō ex ambientis petitiōe pceſſit. Nec ſimoniaci ſūt tm̄ q ſpūalia vēdūt vel emūt. ſed ēt illi qui i his mediatores ſūt: quos eccleſia grauiter punit: ſicut pꝫ.i.q.2.c.ſicut epm.

Qd' pecunia ē mā inductiua peccati ſymonie: qūo pecunia accipitur multipliciter ⁊ multiplici munere. Capitulū. 2.

S Ecūdū myſteriū ↄtēplādum de ſymonia dr̄ inductio. Eſt nāq3 huiuſmodi ſceleris mā i ductiua pecunia: ſumēdo pecuniā large. vt in ſermone precedēti dictum ē pro oi eo ꝙ pōt tpaliter poſſideri. Pōt ēt pecunia dici quicqd precio tpali eſtimari poteſt ſeu mēſurari. Nō ſolum pecunia numerata i monetis auri argenti ⁊ eris: vel ea q̄ cōiter cōſueuerūt emi vel vendi vt vaſa aurea: vl' argētea aialia agri ⁊ huiuſmōi: ſed ēt pces ex qbuſ acqriť fauor popularis ⁊ obſeqa tpaliter pſtita Unde dicit Greg.i.q.i.c.ſūt nōnulli. Cum virū iuſtū ꝓpha deſcriberet ait. Beatus q excutit manus ſuas ab oi munere. Q2 aliud eſt munus ab obſequio: aliud a manu: aliud a lingua. Munꝰ ab obſequio: aliud a manu: aliud a lingua. Munus ab obſequio ē ſeruitus indebite impenſa. Munus a manu pecunia ē. Munus a lingua fauor.ſ. mūdanus. Et p quodlibet hoꝝ munerū cū interuenit i ſpūalibꝰ committitur ſymonia vt ibidē Greg. d. Et ad idē i.q.3.c. ſaluator. Urbanus ait. Quiſqs res eccleſiaſticas.i.ſpūalia q̄ dei dona ſūt: nō ad hoc ad qd' inſtitute ſūt: ſꝫ ad propria lucra munere lingue. vel indebiti obſeqii: vel pecunie largiatur vel adipiſcitur ſymoniacus ē. Et q̄tuꝫ ad munus a lingua ſciēdū ꝙ ſi qs plātus confert bñficiū eccliaſticū ſeu dignitatē eccliaſticā: vel aliqd' ſacrm ad preces alicuiꝰ hac intentiōe pncipali vt eius precibꝰ cōferenti laus vel fama acquirať: vel vt ſuiū exhibeatur ſymōiā cōmittit. Et ſi pces porrigūť ab alio ꝓ idigno d' bñficio curato vl' ſimplici: ⁊ ille q porrigit ⁊ q exaudit ſymōiaꝫ ↄmittit: ſi ad pces factas pricipaliter. Si āt pces porrigūť ꝓ digno: ⁊ ad idoneitatē reſpicit. nō ad preces principaliter: nec rogās nec conferens male facit nec ſymoniam committit. Si vo quis pro ſe preces porrigat de beneficio ſimplici nō reputatur ſymonia ſi alſ ē dignus. Nā ſi indignus ſymoniacus reputatur. Et ſimiliter ſymoniam inducunt preceſ ꝓ ſe porrecte de beneficio curato. ēt ſi alias ſit dignus: quia ratione ambitionis ⁊ preſumptionis reputatur eoipſo indignus ſm beatum Tho. in.4. di.25.ꝗ.2.2.q. cēteſima. ⁊ Ray. in ſumma ſua. q̄tū ad munus ab obſequio re

putatur symonia qñ quis seruiret alicui prela/
to obsequio inhonesto. Sed quo ad obsequia
honesta videlicet ordinata vel ad vtilitatẽ ec/
clesie vel prelati rõnabilẽ nõ reputatur symo
nia: ita tamen q̃ non principaliter seruiens fa
ciat propter illud consequẽdũ. Unde Greg.
ait. Ecclesiasticis vtilitatib⁹ deseruiẽtẽ ecclesia
stica oz remuneratiõe gaudere. 12.q.2.c. eccle
siasticis. Munus a manu ẽ cuz daẽ pecunia ⁊
huiusmodi. Ubi tñ notãdũ q̃ pecunia põt da/
ri ⁊ recipi licite, p̃ tẽdẽli ⁊ sine symõia quinq̃ rõ
nibus. p̃ rõne permutatiõis. 2° rõne sustẽtatio
nis. 3° rõne, puocatiõis. 4° rõne punitiõis. 5°
rõne redĩmẽde vexatiõis. Primo rõne pmutati
onis. pbaẽ sic. Qui vult remissionẽ peccatoꝝ
cõseq̃ dꝫ si põt elemosynas facere. Un̄ Danie
lis. 4. Pctã tua elemo͛ynis redime. Et Am
brosius de pe. di. i. c. medicina. Peccatis mis
venũdatus es redime te pecunia tua. Dꝫ etiã
qs, p adeptiõe eterne vite tp̃alia cũcta dare. iuxta
illud Math. 6. facite vobis amicos de mãmo
na iniquitatis. Scdo põt dari pecunia rõne
sustẽtatiõis: sicut sacerdos, p missa quã dicit re
cipit pecuniã vel p̃bẽdã: nõ q̃ illã accipiat, p cõ
secratione eucharistie. vel, p orõnib⁹ ⁊ h⁹i. q̃ si
p̃ciũ: sꝫ vt stipẽdiũ sue sustẽtatiõis. Un̄ Aug.
i.q.i. in. c. iudices. ait. Accipiũt necessitatis su
stẽtationẽ a pplo: mercedẽ ministratiõis a deo
sic ⁊, pphe antiq̃ testi si aliqñ recipiebãt aliq̃d i
, pphetando accipiebãt in modũ elemosyne ad
sustẽtationẽ nõ ad preciũ, pphetie. Tertio
põt dari pecunia ⁊ accipi rõne, puocatiõis. Et
sic dant elemosyne paupib⁹ ad iducẽdũ eos ⁊
excitãdũ vt orẽt, p benefactorib⁹ suis: nõ loco
p̃cii: q: orõ spũalis ẽ ⁊ appreciari nõ põt. 4°
rõne punitionis. Exigiẽ qñq̃ ab eo q absoluiẽ
ab excõicatiõe pecunia nõ, p ipsa absolutiõe: q:
hoc eẽt symonia sed i punitionẽ. 5° rõne re
dimẽde vexationis. Nã anteq̃ ius acq̃ratur
alicui in bñficio vel dignitate nõ lꝫ dare ad re/
dimẽdã vexationẽ suã: q: eẽt symonia: sꝫ post
quã fuerit adept⁹ et ius sibi acq̃situ vexationẽ
sibi iniuste factã super beneficio vel dignitate
licet pecunia redimere: sed non iustam vexati
onem vt si iuste accusaretur ⁊ huiusmodi.

Qualiter puniũtur symoniaci: tũ per priua
tionẽ gratie diuine: tũ p suspensionez ordinis
⁊ bñficii symoniace susceptoꝝ: tũ et p obligatio
nẽ ad restituendum. Caplm. 3.

t Ertiũ mysteriũ cõtẽplãdũ de symonia
dr̃ punitio. Puniẽ ẽ. n. hoc pctũ mul
tiplici pena. prima dr̃ grẽ dei perditio. Scda
iusta suspensio. Tertia restitutionis obligatio.

Prima pena dr̃ gratie dei pditio. Unde
i.q.i.c. q studet. Greg. nazãzenus ait. Iudas
oium redẽptorẽ vẽdidit: mox laqueo suspẽsus
eãdẽ redẽptionis grãm non obtinuit ⁊ merito
q: nemo põt retinere qđ vẽdidit. Symon etiã
magus cũ eãdẽ grãm spũs sci emere vellet: dã
natiõis sue sniam audiuit a Petro. dicit etiaꝫ
Aug. i.q.i.c. Sicut. q̃ ignis sacrificii qui per
70. annos babilonice captiuitatis sub aq̃ vixe
rat extinctus ẽ antiocho. Iasoni vendente sa/
cerdotium q significauit ignẽ. i. grãm spũs sci
nõ lucere i symoniacis factis. Scda pena q̃
puniũtur symoniaci ẽ iusta suspẽsio. Sũt enim
notorii symoniaci suspẽsi ab ordinib⁹ ⁊ benefi
ciis symoniace susceptis. vt. i.q.i.c. statuimus
⁊.c. quisq̃s. Et hãc suspẽsionẽ vr̃ Amb⁹ voca
re excõicationẽ i.c. reperiũtur. i.q.i. fm glo.
Et tales s. cõferentes ordines vel bñficia ⁊ of
ficia ecclastica ⁊ illa ẽt recipiẽtes p symoniã si
sunt clerici debẽt deponi ⁊ priuari oi offo ⁊ be
neficio simplr̃ si conuincãtur de hoc in iudicio
ecclesie. Si sũt laici ⁊ mediatores symonie de/
bent excõicari. i.q.2.c. si qs. Efficiũtur ẽt isa/
mes: ⁊ qlibet criminosus admittiẽ ad accusatio
nẽ eorum. ex̃ de symonia. c. tanta. ⁊. c. si diis.

Tertia pena symoniacoꝝ ẽ restitutionis ob
ligatio. Nã fm Tho. pecunia recepta p symo
niã retineri nõ põt sed restitui dꝫ: nõ cõferenti
q: turpiter dedit: sꝫ dꝫ pauperib⁹ erogari: vel
illi ecclesie in cuius iniuriã data ẽ applicari: ⁊
h in oi symonia. Et fm Tho. ⁊ Innocẽtiũ ⁊
Ray. symoniacus q̃ ad beneficia simplicia vl̃
curata per symoniam recepta perdit fruct⁹: q:
nõ põt illos recipere: ⁊ receptos tenetur restitu
ere: deductis expensis factis in vtilitatẽ eccle
⁊ grã fructuum colligendoꝝ: ⁊ hoc q: fur est ⁊
latro in illo bñficio: in veteri aũt testõ: vt habe
tur. 4. Reg. 5. c. Giezi pp symoniã quã cõmi
sit accipiẽdo pecuniã a naam syro quẽ Helise
us propheta curauerat: lepra percussus ẽ cũ oi
bus posteris eius. Sed qd dicã. Quo me ver
tam. Qualiter v̾ba cõcludã. Audiuim⁹ ex his
que dicta sũt q̃ꝫ graue sit viciũ symonie: ⁊ tñ
hodie vbiq̃ regnat: vbiq̃ sua tela pronet. O
ecclesia dei. o sponsa decora agni imaculati xp̃i
iesu: quis in te preficit tot ignaros indoctos in
habiles ad curam animarum. Quis ordines
dignitates ⁊ beneficia tua tã multis indignis
tribuit. Audeo dicere q̃ pessima illa ⁊ truculẽ
ta belua

ta belua symonia mala hec omnia fecerit. Et ne descendamus ad particularia tm̄ vnum tenere firmiter possumus: q̄ si symonia cessaret a ministris ecclesie cūcta bene optimeq̄z dispo nerent: ⁊ aīas in peccatis alligatas absoluerēt ac de diaboli laqueis liberarent: se vero non illaquearent: sed potius velut ministri digni adipiscerentur in hoc seculo dei gratiam: ⁊ in futuro sempiternā gloriam: in qua christus viuit regnatq̄z per infinita secula seculorū. Amen.

Feria quarta tertie hebdomade in quadragesima. de cogitationibus malis ⁊ viciosis vitandis: propter quas solas ⁊ absq̄z effectu operum exterioꝝ posset hō dānari. Ser. 42.

E corde enim exeunt cogitationes male. Verba sunt redēptoris nostri originaliter Math. 15. c. ⁊ in euāgelio hodierno. Errat apud nōnullos opinio quidē satis falsa ⁊ periculosa: q̄m nō arbitrantur eē peccata q̄ p opera extrinseca nō ppetrātur: cū tm̄ fꝫ rei veritatem multo plura sint mala que latent in corde in die iudicii manifesta fiēda: q̄z ea que nunc apparēt forinsecus ⁊ videntur: hoc autē euidenter satis aperuit oīum doctor ihs xp̄s dei filius in lectione sancti euangelii. Qua pp vt qui veram penitentiam agere volunt: totaliter mūdētur: ⁊ quelibet expellantur facinora: in presenti sermone de cogitationib⁹ disseremus: de quibus tria mysteria declarabo.

Primum dicitur cognitio.
Secundum offensio.
Tertium remediatio.

Quod cogitationes cordiū certitudinalit cognosci nō pn̄t nec a demonib⁹ neq̄z ab āgelis beatis: sed bene a solo deo quē nullū latet secretum. Capitulum. I.

Primū mysteriū declarādū de cogitationibus dr̄ cognitio. in q̄ vidēdū erit q̄liter cogitationes nostroꝝ cordium cognosci pn̄t. Et hoc tripliciter. p̄ respectu demonis. 2° respectu angeli. 3° respectu dei. Primo videndum ē qualiter cogitationes hoīum cognoscuntur respectu demonis. De quo dubium esse potest. vtrum cognoscat secreta conscientie. ⁊ videtur q̄ sic. p̄ q̄ officiū demonū est accusare. Vnde Apoc. 12. Proiectus ē accusator fratruꝫ nostrorum. Ergo si in iudicio argueremur de secretissimis cogitationibus videtur q̄ he nō lateant accusatorē nostrū. Secūdo arguitur. q̄ dicit Aug⁹. 12. super Gen. ad literā. Mali angeli cogitatiōes nouerunt: q̄ multa pdicāt que nō predicarēt si cogitationes nō nouissent. Tertio arguitur ex dictis Ar. 2. de anima. Notior est operatio q̄z potentia: ⁊ potentia q̄z substantia: quia per cognitionem operationis ⁊ potentie peruenitur in cognitionem substantie. Sꝫ substantia aīe nō potest latere diabolū: q̄ nec eius operatio nec virtus: q̄ si cogitatio ⁊ affectio sunt passiones aīe: ergo nō possunt latere diabolū. Sꝫ ꝯ arguitur ex dicto Aug. d. in li. de ecclesiasticis dogmatibus. Internas aīe cogitatiōes diabolū nō videre certi sumus. Rn̄det Bon̄. ⁊ Ric. di. 8. 2. li. q̄ duplex ē cognitio. Prima certitudinalis. ⁊ tali cognitione demones nō pn̄t sciarum secreta rimari. Secūda est cognitio coniecturalis que est per aliquos motus seu p aliqua signa. Et qm̄ pauca sūt ita secreta quin prodeant in opera exteriora: vel appareant p signa exteriora faciei: vel per signa corporis q̄d diuersimode mouetur fm̄ diuersitatem affectionum. Hinc est q̄ multe cogitationes nostre deprehendi possunt a malignis spiritib⁹: nisi arceantur virtute diuina. hec aūt cognitio potius ē coiecture q̄z certe scie. Ad primū ergo argumentum dicit Bon̄. q̄ in die iudicii non solum demon erit accusator: imo etiam ⁊ cor nostrū. Vnde de exterioribus accusabit diabolus: de secretis vo ꝯscia ppria. Ad sm̄ pꝫ rn̄sio p dis. iam factā de duplici cognitione. Ad tertiū vero. s. q̄ notior est opatio q̄z suba. dicit Bon̄. q̄ verū ē de operatione extrīseca. De intrīseca autem aīa non hꝫ sp veritatem. Multe enim res sūt nobis note quarū virtutes ⁊ operatiōes nos latēt. Vel dicēdū q̄ illd̄ hꝫ locū i operatione nāli: nō in opatione voluntaria. Opatio. n. naturalis fm̄ q̄ naturalis est ita se nāliter nata est repn̄tare: nec se occultare pōt: sicut nec substātia: imo p ipsā manifestat̄ suā dū plus hꝫ de rōne actualitatis ac p h̄ manifestationis ⁊ lucis. In operatiōe aūt voluntaria secus est. Nā cū substantia nāliter se repn̄tet: sicut nāliter ē ⁊ se occultare non possit: opatio voluntaria sicut volūtate exiit in eē: ita ⁊ volūtarie manifestat̄: ⁊ ita occultari pōt. imo n̄ manifestat̄ nisi hō velit. Talia aūt sunt que latent in secreto nostre ꝯscientie. Ideo q̄uis diabolus videre possit aīam ppria ꝟtute: nō

bona facit. Primo ad susceptionē gratie p̄pa
rat. quod figuratū ē Luce xiiii. i hoc q duo di/
scipuli xp̄m cognoverūt cū eū ad hospitiū invi
tassent. Secūdo bona tēporalia multiplicat. ut
patet i illa vidua que Heliā in hospitio suo su
scepit: cui farina et oleū nō defecerūt. 3. Reg. 17.
ca. Tertio a malo temporali servat. ut patet i
Raab que recepit nuncios filiorū israel: et ideo
a morte salvata ē. Quarto christū recipit. Unū
in vitis patrū legit q quidā Martin9 nomine
monachus valde honorabilis in suo monaste
rio visitationis gratia ad aliud monasteriū ten
debat. pergens itaq̄ leprosū quēdā in via vo
lentē ad suū hospitiū redire: et pre lassitudine
nō valētē repperit. vir autē dei eiusdē leprosi la
ssitudinē miseratus palliū quo vestiebat in ter
ram protinus proiecit: et expandit: ac desuper
leprosū posuit eūque suo pallio undique cōstri/
ctū sup humerū levavit secumque reuertēs de/
tulit. Cumq̄ iā monasterii foribus appropinq̄ret.
abbas eiusdē monasterii magnis clamare voci
b9 cepit. Currite: et ianuas monasterii citius
aperite: quia frater Martinus venit portans
dominū xp̄m. Statim vero ut Martinus ad
monasterii portaz pervenit: is q leprosus esset
putabatur de collo eius exiliēs: et i ea spē appa
rens q̄ recognosci ab hoīb9 solet redēptor hūa
ni generis deus et hō ih̄s xp̄s ad celū Marti/
no aspiciēte rediit eiq̄ ascēdēs dixit. Martine
tu n̄ erubuisti me sup terrā ego te non erube
scā super celos. Qui sanctus vir mox ut esset
monasterium ingressus ei pater monasterii di
xit. Frater Martine ubi est quem portabas:
Cui ille respondens dixit. Ego si scivissem
quis erat: tenuissez pedes eius: et narrabat q2
dum eum portasset minime pōdus eius sen/
sisset. Septima elemosyna est sepelire mortu
os. Et de hac diffusius dicem9 cū agem9 de
pietate defunctorū. Ergo benigno corde ipenda
m9 nūs ,primis pietat' opa ut sic valeam9 i h
seclo acq̄rere dī grāz et i futuro sēpitna gl'iā i q̄vi
uit regnat. p dūs p īfinita secula seculorū Amē
Sabbato

Sabbato tertie hebdōade ī quadragesima. de simulato vitio adulationis quo sepius pharisei vtebantur cū christo loquētes. Ser. 45.

Ixerunt ei Magister hec mulier modo deprehēsa est ī adulterio. Simulantium phariseoꝝ verba sūt ista origialiter Joh. 8. c. ꝛ ī euāgelio hodierno Sequūtur plurimi venenosos mores virulentosq3 modos scribarū ꝛ phariseoꝝ qui xp̄m blande reuerēterq3 magistrū vocantes: eius tamē doctrinā nō solum spernebāt: verū etiā aliis vilē ꝯtēptibilē exosamq3 reddere satagebāt. Ipsorū autē vestigia retinēt adulatores q suis mellitis ℣bis veritate neglecta falsitatē fouēt. Ea propter in hoc sermone de vitio adulationis pulchra q̄dā ꝛ vtilia aperiem⁹: de qua tria mysteria sūt declaranda.

Primū dicitur diffinitio.
Secūdum offensio.
Tertium remediatio.

Quid sit adulatio: ꝛ qualiter pōt quis quandoq3 laudare aliquē cum merito: ꝛ quandoq3 cum peccato. Caplm. .I.

Rimū mysteriū declarandū de adulatiōe dicit̄ diffinitio. In quo qd sit adulatio videamus. Et ex dictis Alex. i. 2. volumie sūme pōt sic diffiniri. Adulatio ē peccatū ꝓueniēs ex s̄mone vane laudis alicui facte intētiōe placēdi. Pro cui⁹ declaratiōe notāda sūt tria. videlicet. Primū notādū s̄m Tho. ī scripto sup. li. 4. ethi. q̄ circa hūana colloq̄a ꝑ q̄ marie hoīes ad īuicē ꝯuiuūt ꝛ ꝯuersātur s̄m nature sue ꝓprietatē respectu alioꝝ aīaliū q̄ sibi ī cibis vel in aliis huiusmodi cōicāt: n̄ aūt ī collogis ī qbus ꝓprie ꝯsistit cōuict⁹ hūanus quo ad delectare aliū vl' ꝯtristare: triplex differētia reperit̄. Quidā eni sūt q in suis colloqis tenēt mediū ī laudādo vel cōtristādo. ꝛ tales vocant̄ affabiles vel amici. Quidā vero alii sūt q tenēt excessū ī contristādo: ꝛ defectū ī delectando: ꝛ tales agrestes discoli vl' litigiosi noiant̄. Quidā vero alii sūt q tenēt excessū ī delectādo ꝛ defectū in alios cōtristādo: ꝛ tales placidi vel adulatores vocant̄. Primo eniz dico q̄ qdā sūt q in suis colloqis tenēt mediū in delectādo vl' cōtristādo alios: eo q̄ tales delectāt vel cōtristāt alios sicut oportet ꝛ q̄n oportet ꝛ s̄cdz alias circūstātias: ꝛ tales sūt laudabiles ꝛ vocātur affabiles vel amici. Habēs eni hāc virtutē affabilitatis vl' amicitie: q̄ndoq3 laudat alios ꝛ delectat s̄m q̄ exigit debit⁹ ordo necessitatis ꝛ rōnis. Quādoq3 vero refugit delectare: ꝛ eligit cōtristare: ꝛ hoc duob⁹ modis. Vno modo ex ꝑte ipsius q cōtristat. puta si nō sit sibi honestū talia colloq̄a audire. vt cū aliqs loqtur ℣ba turpia. vl' ēt si sit sibi nociuū: puta cū ali⁹ loqtur in detrimētū ei⁹. Alio mō ex ꝑte illi⁹ quē ꝯtristat: puta si dicat vel faciat aliqd qđ ad ꝓpriā ipsius magnā īhonestatē ꝑtinet. vel etiā si multuꝫ sit nociuū. 2° qdā alii sūt q tenēt excessū ī cōtristando alios ꝛ defectū ī delectādo. Supabūdāt. n. ī alios cōtristādo: ꝛ volūt ꝯtrariari oib⁹ q̄ dicunt̄ vl' fiūt ab aliis. Et isti agrestes vocant̄. 3° qdā alii sūt q ī suis colloqis tenēt excessū ī delectādo. ꝛ defectum in contristando. Hi enim suis sermonibus ꝛ in rebus aliis quibus communicāt ꝛ cōuersant̄ cū aliis oīa que ab aliis dicunt̄ vel fiūt laudāt siue bona sint siue mala ad hoc q̄ delectabiles se eis exhibeāt: ꝛ ī nullo ꝯdicūt eis qb⁹ cōuiuūt ne eos cōtristēt: existimātes q̄ oportet oibus cōuiuere sine tristicia. Et tales si hoc n̄ faciūt ꝑp aliud nisi ꝑp delectationē vocant̄ placidi vel placēteri. Si aūt hoc faciūt ꝑp adipiscēdā pecuniā vel qcqd aliđ qđ pōt pecūia estimari blāditores seu adulatores vocantur.

Secūdū notādū q̄ cū adulatio cōsistat in sermone laudis alteri exhibite vt est dictū: sic hō pōt aliquē laudare bene ꝛ male: ꝑut. s. debite circūstātie seruant̄ vel ꝑtermittunt̄. Nā pōt aliqs s̄m Tho. 2. 2. q. 115. aliquē delectare laudādo euz tripliciter. primo vt deus honoret̄. Secundo vt proximus adiuuetur ne in tribulatione deficiat. Tertio vt virtus in proximo augeatur vel vt etiam conetur in bono proficere Tunc his tribus modis velle laudare aliquē vel velle placere quod est licitum et meritorium ꝛ pertinet ad rationem amicitie vel charitatis nec adulatio dici potest. Alio modo potest quis male laudare aliquem. Primo quando laudat de aliquo sibi dubio vel īcerto. Vnde Ecc. xi. non laudes virū in specie sua. Ibi glosa. Nec iuxta speciem corporis existimes qualitatem mentis. Secundo aliquis male laudat alium quando laudat de futuro. Vñ ecc. xi. Ante mortem ne laudes quenquā. Tertio aliqs male laudat aliū de illicito. s. q̄n laudat de vitio. s̄cdz illud ps. Laudat̄ peccator ī desideriis aīe sue. Vel s̄cdz alex. in. 2. sūme pōt aliquis ꝑ adulationem laudari aut respectu mali

aut respectu boni. Respectu mali duobus mo
dis. ꝑ laudando malū tanquā bonū. 2° mali minuēdo. Respectu boni fit ponendo ꝛ lau
dando bonum eē quod nō ē. aut augendo bo
num ꝛ laudando ipsū magis ꝙ̄ sit. Tertiū
notādū ꝙ adulatio aliqñ ē peccatū veniale: ali
quādo mortale. veniale peccatū ē tribus rōni
bus ſm alex. ꝛ tho. Pria rō est: cū aliqs adu
latur sola auiditate alios delectādi ꝛ non inten
tione nocēdi. Secūda ē cū aliqs adulatur sola i
tentione vitādi aliqđ malū sine alterius detri
mento. Tertia cum aliquis adulatur intentione
consequēdi bonum aliquod necessarium. Sed
peccatū est mortale duab° rōib°. Prime rōne
criminis: cū. s. qs aliquē laudat ꝺ peccato. Ta
lis agit cōtra charitatē ꝓximi: ꝙ prebet ei occa
sionem in malo perseuerādi. ꝓpterea aug° su
per illo verbo ps. Laudatur peccator. ꝛc. ait.
Hec est magna ira dei vt desit correctio ꝛ ad
sit laudatio. Adulātū enim lingue ligant aīas
in peccatis. Delectat enim illa facere in quib°
nō solū nō metuitur reprehēsor: sꝫ ēt laudatur
peccator. 2° adulatio ē peccatū mortale rōne in
tentionis: cum aliquis adulatur alicui hac intē
tione ꝛ fine vt fraudulenter siue corporaliter si
ue spiritualiter ei noceat.

Qualiter se habet adulatio in cōparatione ad homicidiū ꝛ ad detractionem: ꝛ ad illū cui fit. Capitulum. 2.

S Ecūdū mysteriū contemplādū de adu
latione dr̄ offensio. in quo aperiēdum
ē ꝙ̄ grauiter offēdit ꝛ peccat adulator.
Et ad hoc clarius itelligendū tria dubia dispu
temus. Primū dubiū. Vtruꝫ peccatū adu
lationis sit grauius peccato homicidii. Et rñ
det Alex. ꝙ adulatio ꝛ homicidiuꝫ in grauedi
ne se habēt sicut excedentia ꝛ excessa. Quod pꝫ.
ꝙ homicidiū ē grauius peccatū adulatione: du
plici rōe. Prima ē: ꝙ lingua adulatoris nō
nocet ita efficaciter sicut gladius persecutoris.
Quod pꝫ: ꝙ gladius persecutoris effectiue oc
cidit quasi sufficiens cā mortis. Lingua autē
adulatoris nō ita efficaciter nocet: ꝙ null° pōt
eē alteri sufficiens cā peccādi. Ergo cū gladi°
persecutoris sit cā mortis efficienter: ꝛ lingua
adulatoris sit cā peccādi nō efficiēter sed occa
sioaliter: ideo homicidiū ē grauius peccatum
adulatione. Secūda rō ē: ꝙ malū irrecupera
bile ē grauius malo recuperabili. Sed nocu
mētum homicidii ē irrecuperabile: nocumētū
vero adulatōis ē recupabile. ergo ꝛc. Ex alia vo
parte adulatio est grauius peccatū homicidio
duplici rōne. Prima ē: ꝙ peccatū quāto est
magis nociuū in ꝓciosioribus reb°: tāto graui°
ē. Sed lingua adulatoris plus nocet i preciosi
oribus bonis. s. in bonis spiritualib° ꝙ̄ gladi
us psecutoris q nocet in corporalib° tm̄. ergo ꝛc.
Secūda rō ē: ꝙ peccatū quāto occulti° no
cet ꝛ minus caueri pōt: tāto ē grauius: sed pec
catum adulationis occultius nocet. Mag'. n.
pōt caueri a manu psecutoris ꝙ̄ a lingua adu
latoris. ergo ꝛc. Scđm dubiū. Vtrū adula
tor ita grauiter peccet sicut ille cui adulat. Rñ
det Alex. vbi. s. duob° modis. Primo simplr
ꝛ absolute sine aliq̄ distinctione: ꝙ ille q adulat
alteri ꝛ nocet ei plus peccat ꝛ pl° nocet sibi ꝙ̄
illi cui adulat. Rō ē: ꝙ sibi nocet tāꝙ̄ sufficiēs
cā peccādi. Alius aūt nocet ꝛ ē cā peccati occasi
onalis tm̄. 2° rñdet cū distinctiōe. Nā distiguē
dū ē de illo cui aliqs adulat. Aut. n. ille nō as
sentit adulationi: aut assentit. Primo cū qs nō
assentit adulationi tūc adulator peccat mortalr
ex intētiōe inducēdi illū ad peccatū mortale ꝙ̄
tū in eo fuit lꝫ ille adulatiōi nō assentiret. Secū
do vo cū aliqs adulatiōi cōsentit ꝛ acqescit: tūc
de tali distinguo. Quia ē quidā q decipit creden
do adulatori plus de seipso ꝙ̄ sibi: ꝛ talis cum
decipit ab adulatore: minus peccat ꝙ̄ adulator.
Est alius qui nō solū credit adulatori: sꝫ ēt fo
uet ipsū ꝛ procurat vt fiat adulatio: ꝛ talis plus
peccat ꝙ̄ adulator. Tertiū dubiū. vtrū adula
tio mai° sit peccatū ꝙ̄ detractio. Rñdet Alex.
ꝙ detractio ē grauius peccatū. Primo ex pte ra
dicis: ꝙ detractio ex deteriore radice surgit ꝙ̄
adulatio. s. ex odio ꝛ ex inuidia. in qb° detra
ctor similitudinē diaboli tꝫ. Adulatio vo ex libi
dine placēdi ꝓcedit vel ex vanitate cordis. Se
cūdo detractio ē graui° peccatū ꝙ̄ adulatio ex
pte finis: ꝙ adulatio intēdit magnificare nomē
detractio vo nititur auferre vel deprimere nomē.
vel adulator ꝗrit delectationē ei° cui adulat:
detractor vo ꝗrit diffamationē ei° cui detra
hit. Sꝫ nescio qd dicā de adulatōe qñ tot inueni
untur adulatores: tot ēt adulatorib° aures beni
uolas accommodātes: quo fit: vt veritas con
culcetur ꝛ malicia superabundet.

De trib° remediis qb° ē vtēdū vt euitētur fraudes ꝛ deceptiōes adulator. Caplm. 3.

T Ertiū mysteriū declarādū de adulatōe
dr̄ remediatio. pōūt enim tria remedia ꝯ
adulatores opponi. Primū est deceptiōis ꝯsi
deratio. Secūꝫ bone ꝯscie ꝯditio. Tertiū ꝓpē

nuserie

misterie inspectio. Primum remediū ē de/
ceptionis consideratio. Ab illo enim semper
cauendum ē qui semper decipit: sed oīs adula
tor ē talis. Unde Aug⁹ super ps. Adulatio ē
fallaci laude seductio. Et idem super ps. Pl⁹
persequitur lingua adulatoris q̄z manus per/
sequētis. Et Hiero. super ps. Nihil ē quod
tam facile corrumpat mētes hominū sicut adu
latio. Plus. n. nocet lingua adulatoris q̄z gla
dius psecutoris. Et Beda super Lucā. Ipsa
peccati nutrix adulatio est que sicut oleū flam
mis ita in culpa ardentibus solet administrar̄
fomētū. Et Cassiodorus in eplis. Adulatio
blanda oīb⁹ applaudit oīb⁹ salue dicit. prodi/
gos vocat liberales. auaros parcos ꝛ sapiētes
lasciuos curiales. garrulos affabiles. obstina/
tos constantes. pigros maturos ꝛ graues. h
sagitta leniter volat: cito infigitur. Et Sene/
ca ad lucillum. Malum hoiem blande loquē
tem agnosce tuum laqueū eē. Habet enim su
um venenū blanda oratio. Et prouer. i. Si te
lactauerint peccatores ne acquescas eis. Se/
cundū remediū est bone cōscie conditio. Naz
bona cōscia semp minus extimat de se. Pro
pterea christus Luce. 17. dixit. Cum bona fe/
ceritis que precepta sunt vobis dicite: serui in
utiles sumus: quod debuimus facere fecim⁹.
Et Greg. di. 5. in. c. ad eius. Bonaꝝ mēti/
um est ibi culpam agnoscere ibi culpa non est.

Tertium remediū cōtra adulationē est pro
prie miserie inspectio vel recognitio. Unde
Greg. xi. q. 3. c. inter verba. ait. Inter verba
laudantium vel vituperātium ad mētē recur/
rēdum ē. Et si in ea nō inuenitur bonū quod
de nobis dicitur magnā tristiciam generar̄ dz
Et rursus si i ea non inuenitur mali quod de
nobis hoies loquūtur in magnam leticiam de
bemus prosilire. Et Seneca ad Lucillū. In/
tus teipsū ꝯsidera nō qual' sis alijs credas. Et
idem ad Lucillum. Alex. cū i obsidione cuius
dam vrbis circuisset muros ictu sagitte percus
sus cū repressio sanguine sicci vulneris dolor
cresceret: ꝛ crus obstupuisset. Oēs inquit iurāt
me eē filiū Iouis: sed vulnus hoc me hominē
eē clamat. Verūtamē hodie verificatur dictū
Hiero. Ad Sabinianum vbi ait. Nāli duci
mur malo ꝛ adulatorib⁹ nostris libenter faue
mus: ꝛ q̄zq̄ respōdeam⁹ nos indignos ꝛ calid⁹
rubor ora perfundat: tñ ad laudē suiimā intri
secus aīa letatur. Iccirco vt dixi paulo ante.
Languet veritas ꝛ iusticia cōculcat̄: q꞉ adula/
tio apud viros magnos ꝛ seculi huius potētes
obtinet magnū locū. Abstineamus igitur nos
ab hoc dānabili vicio: vt mereamur in hoc se/
culo participes fieri diuine gratie ꝛ in futuro
sempiterne glorie in qua viuit gloriosus deus
per infinita secula seculorum. Amen.

Dominica quarta in quadragesima in ma
ne de sacro cultu dierum festorum illorumqz
debita veneratione. Sermo. .46.

Erat proximū
pasca dies festus iudeoruz.
Scribūtur hec vba Jo. 6.
c. ꝛ in euāgelio psēti s̄ dñice
Magnificat euāgelista mi/
raculū fcm a xpo: dum sacia
uit ex paucis panibus atqz pisciculis tot multa
hominū pp circūstātiā diei festi. Cū vō inter
xpianos sacroꝝ dierum obseruantia religiosa
penitus sit extincta: quibus merito cōuenire
pōt: qd̄ esa. p. dñs ait. Klas vestras ꝛ solēnita
tes vr̄as odiuit aīa mea. Facta sūt mihi mole/
sta. laboraui sustinēs. Et cū extēderitis man⁹
vestras: auertā oculos meos a vobis. Iccir/
co in psēti sermone ꝓ reformatione presentiū
de festis extimus tractaturi: de quibus tria my
steria principalia declarabimus.
Primum dr̄ approbationis.
Secundum determinationis.
Tertium obseruationis.

Qd̄ vsus sacroꝝ festoꝝ approbat̄ ꝛ ꝯmen
dat̄ a gētilib⁹: a iudeis: ꝛ a xp̄ianis. Cap. I.
Primū mysteriū de festis declarāduz
dr̄ approbatiōis. Nā sūt multi asserē
tes vanū eē vel inutile obseruare ꝛ ce/
lebrare festa qb⁹ festoꝝ vsū approbatū tripliciter
ondem⁹. p̄ per gentiles. 2° p iudeos. 3° p xp̄ia
nos. Pmo ondim⁹ vsū festoꝝ approbatū p gen
tiles. Ipsi nāqz lz fm errores suos festa tñ so
lēniter celebrabāt. Unū Uarro i vltimo vo/
lumine reꝝ diuinaꝝ narrat q꞉ romani prima
die Januarii celebrabant festū Jani. Janus
vō fuit qdā q regnauit i ptib⁹ illis vbi ē Ro/
ma a q̄ mōs Janiculus dict⁹ est. Et ex dictis
Ouidii de fastis colligit̄ q꞉ eodē mēse celebra
bāt festū Minerue q̄ erat dea belloꝝ. Et q꞉ in
februario hēbāt festū dee felicitatis: ꝛ festū fau
ni quē dicebant deuz montiū. In martio age
bant festum Martis dei bellicum. In apri/
li festum fortune quā dicebant deā. In madio
festum dee flore: que fuit ministra Veneris ꝛ

dicebatur habere ptãtem super flores. Erant eis et alia festa que cũ breuitatis omitto. Pro quibus dicebat Tibullus. Luce sacra requiescat humus: requiescat arator. Et graue suspenso vomere cesset opus. Et Seneca ad Lucillum. Festis maxime dieb⁹ aio imperandũ ẽ: vt tũc voluptatib⁹ solus abstineat: cũ in illas ois turba procubuit. Secũdo oñdimus vsũ festoꝝ approbatũ eẽ per iudeos. Ipsis .n. festa custodienda frequenter precepit deus. Vñ Leui. 19. cap. Sabbata mea custodite ego dñs deus vester. Et .19. c. Ego dñs deus vester custodite sabbata mea et pauete ad sanctuariũ meũ. Et deu. 5. c. Obserua diẽ sabbati vt sanctifices eũ. Et Exodi .16. de mãna colligẽdo dicit. Sex dieb⁹ colligite: in die aũt septima sabbatũ ẽ dñi. idcirco nõ inuenietis. Et hiere. 17. Sanctificate diẽ sabbati sicut precepi patribus vestris. Et esa. 56. Omẽ custodientẽ sabbatum ne polluat illud: et tenẽtẽ fedus meũ adducam in mõtem sanctũ meũ: et letificabo eos i domo orationis mee. Et Ezech. 20. Ego domin⁹ deus vester in preceptis meis ambulate: et mandata mea custodite: et facite ea: et sabbata mea sanctificate: vt sit signũ inter me et vos: et sciatis qꝫ ego dñs. Hic declarãdũ tñ huius vocabuli sabbatũ notãdũ. qꝫ aliter denominãt dies a gentilibus. aliter a iudeis. aliter ab ecclia. Gentiles etenim denominãt dies a planetis. Et hoc dicit albertus magnus i suo introductorio in astronomiã. qꝫ sapientib⁹ egyptiis et caldeis v.sum ẽ qꝫ luna dñaretur in prima hora diei lune. Jõ diez illã voluerũt dñare ab ipsa luna. Et qꝫ mars dominaret in prima hora diei martis. Et mercurius in prima hora diei mercurii. Et iupiter in prima hora diei iouis. Et venus i prima hora diei ueneris. Et saturnus in prima hora diei sabbati. Et sol i prima hora diei dñice. Et sic scd'm predictos septem planetas septẽ dies hebdomade noiabãt. Hebrei denominabant dies. s. prima sabbati. scꝫ dñica die: quasi die prima post sabbatũ. Juxta illud. Vespere aũt sabbati que lucescit i prima sabbati. Et sequẽtẽ diẽ dicebãt secũda sabbati: et sic ordinate alios tertia sabbati et cetera. vsqꝫ ad sept'mũ diẽ quem appellabãt sabbatũ. Qd' s'm magistꝝ i historia scolastica et Damascenũ iterpretatur requies. eo qꝫ illo die requieuit dominus ab oĩ ope qd' patrarat: vt hẽtur Geñ. 2. c. Oñqꝫ ẽt apud hebreos tota hebdomada dr̃ sabbatũ. iuxta illud Luc. 18. Jeiuno bis in sabbato. Septimum tñ diem ꝓprie dicebant sabbatum quem ipsi sanctificabant: et vltra istũ diem habebãt ipsi iudei alias solennitates. ecclesia aũt denominat dies. s. diẽ dñicum: de quo plenius in sequẽtib⁹ dicem⁹. et diem sequẽtẽ secundam feriã. aliũ tertiã. alium quartã. aliũ quintã. aliũ sextã. et sequentem diem sabbati. Tertio oñdimus approbatũ vsũ festoꝝ p xp̃ianos. Nam sãcta mater ecclesia statuit sub precepto aliquos dies festos a fidelibus celebrandos qui ponũtur ꝑ maiori parte de conse. di. 3. c. pronũciandum. Et extra de fer. in. c. conquestus. Hi sunt oĩs dies dñici per totũ annum. Natiuitas dñi. sancti stephani. Joãnis euangeliste. Innocentũ Siluestri. Circumcisio domini. Epiphania. Tres dies resurrectionis. Ascẽsio domini. Pẽtecostes. cũ duobus dieb⁹ seqũẽtib⁹. Quatuor solẽnitates principales beate Marie virginis. s. natiuitatis. purificationis. annũciationis. et assumptionis eius. Natiuitas Joãis baptiste. duodeci apostoloꝝum. sancti Laurentii. dedicationis sancti Michaelis. oium sanctoꝝ. et sancti Martini. Celebrãde sũt ẽt ille festiuitates quas singuli epi cũ suo clero et populo indixerint celebrãdas. Insuper de cõse. di. 3. in. c. crucis. statuit Eusebius qꝫ festum crucis in tertia die mai solẽniter celebretur. In clementina vero Si deuz. de reliquiis et veneratiõe sanctoꝝ. mãdat celebrari festũ corporis xp̃i. Sũt et alia festa ꝑ cõsuetudinẽ ecclie totius introducta. sicut sancti Nicolai. sancti Antonii abbatis. et quedã alia que scd'm morẽ patrie celebranda sũt. Quare religiosus laudabilisqꝫ apꝫ et sanctoꝝ festoꝝ vsus

Quare sabbatũ mutatũ ẽ i dominicã: et cur alia festa sunt superaddita: et de peccato illorũ qui festa non custodiũt.

Capitulum. .2.

Ecũdũ mysteriũ de festis declarãdum dr̃ determinatio. In quo determinate dubitare contingit circa quedã nõ immerito aperienda: et maxime vt iudeis nos reprehẽdẽtib⁹ rñdere valeamus. Dubitat ergo de trib⁹. p° de sabbati mutatiõe. 2° de festoꝝ additiõe. 3° de peccato et offensiõe. Primo dubitatur de sabbati mutatiõe. Nã vt pꝫ ex dict. Deus mãdauit sabbatũ custodiri. Exo. insup 20. dicit. Memẽto vt diẽ sabbati sanctifices. Dicũt ḡ iudei. Cur ecclia sabbatũ mutauit in dñicã. Rñdet Alex. de ales in 3° volumine sũme. qꝫ hoc factum ẽ iuste et sancte propter tria.

Primo

Primo, pp̃ter declarationē mysterioꝝ. Secū do pp̃ exclusionem errorum. 3° pp̃ multitudinem priuilegiorū. Prima ratio est propter declarationē mysteriorū. Nam assignatio septi me diei est pure cerimonialis: et omnes cerimonie veteris legis: vt diximus in sermone de obedientia dei. vmbra erant et figura legis gratie et euangelii. Secundum aūt Aug. li. 4. super. Gen. ad lrām. dici, pbabiliter pōt obseruādū sabbatum iudeis fuisse p̃ceptū in vmbra futuri que spiritualē requiē significabat: cuius quietis ipse dominus ihs xp̄s qui nō nisi qn̄ voluit passus ē in sepulture sue mysteriū ꝯsumauit. cum ergo p sepulturā xp̄i figura sit adimpleta. nō ē amplius necessariū diē sabbati custodire: qnimo solēnizare. i. in sabbato festū facere more iudeorū ꝓhibitū est et peccatū. Vn̄ de cōse. di. 3. c. puenit. Greg9 ait. Peruenit ad me quosdā puersi spiritus hoīes: praua inter vos aliq̄ et s̄cte fidei aduersa seminasse: ita vt in die sabbati aliquid opari, phiberēt: quos qd aliō nisi antichristi p̄dicatores dixerim9: q veniēs diē sabbati atq3 dominicū ab oī faciet ope custodiri. Q̄ uia n. mori se et resurgere simulat. haberi vult in veneraitone dn̄icū diē. Et qz populū iudaizare cōpellit: vt exteriorem ritū legis reuocet: et sibi iudeoꝝ pfidiā subdat: coli vult sabbatū. Secūda ratio quare nō seruat sabbatū: sz mutatū est in dn̄icā: ē pp̃ exclusionē erroꝝ. Nam gentiles dn̄ica die ꝯsueuerāt colere et adorare solē. Vt itaq3 ab hoc errore retraherent: s̄cta mater ecclesia statuit diē dn̄icū s̄ctificandū. Tertia ratio quare sabbatū mutatū est in dn̄icā: est pp̃ multitudinē priuilegioꝝ. Vt enim dr̃. 75. di. i. c. q die dominico. Dies dominica tātis diuinarum dispēsationū mysteriis est cōsecrata: vt qcqd a dn̄o insigne ē cōstitutū: in huius diei dignitate sit gestū. In hac mūdus sūpsit exordiū. In hac p resurrectiōē et mors interiit: et vita cepit principiū. Et de cōse. di. 3. c. sabbato. dicit. diē dn̄icā ob venerabilē resurrectionē dn̄i nr̄i iesu xp̄i nō solū in pascha celebram9 verū ēt p singulas quasq3 hebdomadas ipsius diei imaginē frequētamus. Colligunt aūt duodecī priuilegia diei dn̄ice. Primū ē qz fuit p̄ma oium dieꝝ. Secūdū qz erit vltimus dies p̄sētis vite in seculi huius fine. Tertiū est qz illā nulla precessit nox. Quartū qz sicut īfra patebit: nulla ei nox subsequet. Quintū qz in ea creauit celū et terrā deus. Sextū qz in ea oēs angeli a deo creati sūt: et boni i celo glorificati fuere: et mali de celo expulsi sūt. Septimū qz s̄m Origenē in die illa p̄mo p̄cepta sūt data filiis israel. Octauum qz in illa die incarnatus est christus. Nā vt testat magister istoriaꝝ et die qua dixit deus fiat lux: visitauit nos oriēs ex alto. Et xp̄s incarnatus est. In huius mysterii et figurā datū fuit manna in dn̄ica die. sicut aīt Origenes sup exodū. Nonū qz in die dn̄ica christus destructis inferni claustris captiuā ducēs captiuitatē ac sanctoꝝ animas de limbo eripiēs triūphaliter surrexit a mortuis. Decimū qz in dn̄ica die erit resurrectio mortuoꝝ et reddet vnicuiq3 iuxta opa sua. Undecimum qz i die dn̄ica sp̄us s̄ct9 i linguis igneis missus ē i aplos. Duodecimū qz i dn̄ica die erit initiū et cōtinuatio sine fine laudum dei et dn̄i nostri iesu christi. Secundo dubitatur de festorū additiōe cur videlicet supaddita sūt vltra diē dn̄icū alia festa. Et assignari potest triplex ratio. Prima dr̃ confutationis. Secūda gratificatiōis. Tertia imitationis. Prima ratio dr̃ ꝯfutationis. Supaddita sūt sanctoꝝ festa vt ꝯfutaret error eoꝝ qui dixerūt ante diē iudicij animas sanctoꝝ nō cōcedere celū. Ad ostendēdū q tales mentiūtur statuit ecclesia sanctoꝝ suffragia et patrocinia in eoꝝ solēnitatibus implorari predicans et ꝯtestās illos in celo regnare cū xp̄o. Ad hunc ēt errorē eliminādū ecclesia cantat Gaudent in celis anime sanctorū qui xp̄i vestigia sunt se. Quod ēt colligi pōt ex dictis scripture atq3 doctorū sanctoꝝ. Nam Luc. 23. xp̄s dixit latroni. Hodie mecū eris in paradiso. Et glo. super illo verbo Luc. xi. Pueri mei mecum sunt in cubiculo ait. Pueri sunt apl̄i qui sunt in eterna requie. Et Greg. li. 4. dial. Iustoꝝ aīe mox vt hui9 carnis claustra exeunt in celestib9 sedibus recipiunt. Et extra de celebratione mis. c. cū marthe. dr̃. De s̄ctis oib9 sermē dū est qd non indigeant orationibus nostris pro eo quod cum sint perfecte beati omnia eis succedunt ad votum. Et extra de baptismo et eius effectu. c. debitum. scribitur sic. Iude9 ic ip̄z baptizās si ꝯtinuo decessisset ad patriā ptin9 euolasset. Et de pe. di. 7. c. q egerit. dr̃ Quicū q3 bene post penitentiam vixerit sicut ante penitentiam viuere debuit post reconciliationē quādocunq3 defunctus fuerit: ad deū vadit: ad requiē vadit: et regno dei nō priuabit. 2° supaddita sūt alia festa pp̃ gratificationē. Nā ex debito gratitudinis cōmemorare debemus beneficia nobis collata: sicut sunt beneficia na

nunctio: passionis: ascēsionis: ⁊ ꝯsimiliū festiuitatū: In solēnitatib⁹ etiā btē Marie virginis seruādū ē ꝑꝑ summas ꝑfectiōes quas in se habuit: ꝑꝑ innumeras gratias quas ipsa īpetrāte suscepimus. Ceteras vero solēnitates sanctoꝝ quas statuit ecclesia catholica celebrari: obseruare insuper obligamur: quia ⁊ ipsi impetrant nobis misericordiam dei. Unde Dauid in psal. ait. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi. In montes: idest in sanctos.

Tertia ratio quare vltra diē dominicā super addita sunt festa sanctorum est ꝑꝑ imitationē. vt in eorum solēnitatib⁹ illoꝝ gesta recolentes conemur eos ꝯfinitū possum⁹ imitari. Jdō Aug⁹ in sermōe de martyrib⁹ ait. Quotiensc̄ūqꝫ fratres charissimi ⁊c̄. sanctorū martyꝝ solēnia celebramus: ita ipsis intercedētibus speremus a dño ꝯsequi tēporalia bñficia: vt ipsos martyres imitando accipere mereamur eterna. Ab eis enī in veritate sanctoꝝ martyꝝ festiua gaudia celebrātur qui ipsoꝝ martyꝝ exempla sequūtur. Solēnitates enī martyrū exhortationes martyriorū sunt: vt imitari nō pigeat: quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cū sanctis ⁊ tribulationes mūdi nolumus sustinere cū illis. Qui enī sanctos martyres vel inquātū potuerit noluerit imitari: ad eoꝝ beatitudinē nō poterit peruenire. Tertio dubitatur de peccato ⁊ offēsiōe. Utrū peccent mortaliter nō seruantes festa. Et videtur q sic: qꝛ faciūt cōtra p̄ceptū dei. Hic est q in veteri lege vt habet numeri.15. Cum inuentus eēt homo colligēs ligna in die sabbati. per Moysen ⁊ Aaron reclusus est in carcerem: dixitqꝫ dñs ad Moysē. Morte moriat homo iste: obruat eū lapidibus ois turba extra castra. Cūqꝫ eduxisset eū foras obruerūt lapidib⁹ ⁊ mortuus est sicut p̄ceperat dñs. Potest tamē quis si laborat aut aliquid aliud faciat dieb⁹ festis excusari a peccato ꝓpter tria. p̄ ꝑꝑ necessitatē: vt patet extra de ferijs.c. cōquest⁹. Et in gl. ibi sup verbo necessitas vrgeat dicit: puta si res esset peritura. Et sūt plura exēpla. ff. de. ferijs. l. i. 2. ⁊. 3. Et vbi res celeritatē desiderat. ff. de dāno infec. l. i. Secūdo excusātur laborātes i festis ꝑꝑ pietatē. puta fꝫ g'o. in pall'. c. cē questus. cū debitū personarum: qꝛ in opibus misericordie dierum distinctio non est habenda: vt patet. 76. di. c. vtinā. Et de conse. di. 5. c. vniꝰ. Tertio excusant laborātes dieb⁹ festis ꝑꝑ modicitatē. q̄ñ. s. op⁹ modicū esset ⁊ paruū: qꝛ secūdum theologos. Quod modicum est ratio apprehēdit quasi nihil. Sed quis explicet quātus in xp̄ianis circa festoꝝ sanctificationē inueniat abusus. Nam cupiditate ⁊ auaricia ducti diebus festis mercata frequētāt ⁊ nūdinas: q prohibetur in. c. i. ex. de ferijs. Nonnulli etiā absqꝫ necessitate vendunt et emūt missas ⁊ alia officia negligentes cōducūt merces in curribus equis ⁊ mulis et faciūt alia opera seruilia non sine peccato. Nec illud peccatū leue putandū est quo ingratus ⁊ miser homo dedignat reddere deo partē temporis sibi cōcessi.

Qualiter festa seruanda sunt cum deuotiōe cordis oris ⁊ operis: q tamē a christianis multis nō fit imo vt cōtrariū. Ca. .3.

Ertiū mysteriū de festis dicit obseruatiōis. Obseruanda sunt festa a fidelib⁹ cū oī deuotiōe ⁊ sctificanda tripliciter. p̄ corde. 2° ore. 3° ope. Primo sunt sanctificāda festa corde: vt vnusquisqꝫ memor sit dei ⁊ bñficioꝝ eius. Nā in precepto solo de sanctificatiōe sabbati positum est hoc vocabulū memēto: ad denotādū q tali die ad spiritualē cōtemplationē anim⁹ sit reuocand⁹. hic ysidorus ait. Purgādus est primo anim⁹ atqꝫ a tēporalium reꝝ cogitationib⁹ segregandus: vt pura acies cordis ad deum vere ⁊ simpliciter dirigatur. Quoniam autē est regula a nobis tradita in tractatu de virtutib⁹ ⁊ i sermone de prudētia: in qua ponuntur septē de quibus vnusquisqꝫ memor esse debet. Insuper fm quosdā cū p̄ceptū de sanctificatiōe festi sit affirmatiuum ⁊ obliget semper: sed non ad semp: tenetur homo ex debito die dominico vel semel in hebdōada deo vacare atqꝫ deū recognoscere in aliq̄ hora: licet nō i qualibꝫ: aliter peccat mortaliter. Proinde qui est in mortali culpa ⁊ nō conterit: vel dat operā vt cōteratur in die dominico: de nouo mortaliter peccat: qꝛ transgreditur diuinū p̄ceptū: quo precipitur diebus dñicis eē vacādū deo: ⁊ mortale conteri oportet cōgruis horis vtputa dū dicitur missa vel dicuntur vespere. Tenentur autē ad propositum cōfitendi ⁊ satisfaciendi loco ⁊ tēpore opportuno. Quod qui non seruat nouā incurrit culpā trāsgressionis p̄cepti de sanctificatiōe sabbati atqꝫ obseruantie in ꝓpria culpa. Secūdo festa sūt sanctificāda ore: vt in ipsis oremus ⁊ laudem⁹ deū sibiqꝫ de susceptis bñficiis gratias referam⁹. Unde de cōse. di. 3. c. ieiunia dicitur. Die dñica nihil aliud agendum ē nisi deo vacandum. Nulla

operatio

spatio in illa die sancta agat: sed tantū in hymnis psalmis et canticis spiritualib⁹ dies illa trāsigat. Tertio sanctificāda sunt festa ope visitādo ecclesias: audiēdo diuina. De auditione vero missa dicā diffusius in s̄mone de missa. Sed vero mūdo a scandalis: qr xp̄iani dies festiuis magis inhonorant deū et sanctos q̄ diebus alijs. O quot pompis: quot vanitatibus: quot fatuositatib⁹ in diebus festiuis ornat corpus et confundit spiritus. Tunc q̄dē feliciter ē qui exquisitori excessu bellū ordinat cōtra deum. Tunc mulieres emula cōcertatione insano studio ac conatu altera alterā in vanitatibus superare cōtēdit. Tunc gestant stellas ac laminas aureas vel argenteas vario fulgore splendētes: nec nō perlas torques cingētes collū et similia. Tunc in ecclesijs dei mala plurima pp̄etrant. Tunc insiliunt homines ꝓhibitis ludis. Tūc mulieres choreis vacant et dissolutionib⁹. ppterea dicit̄ de cōse. di. 3. c. irreligiosa. Irreligiosa cōsuetudo ē quā vulgus p̄ sanctor̄ solemnitates agere cōsueuit. Populi q deberent officia diuina attendere saltationib⁹ turpib⁹ inuigilāt cantica nō solū mala canentes: s; etiā religiosorum officijs pstrepunt. Sunt et alia plurima q̄ cōmitti solent tp̄ib⁹ deo ac sanctis dicatis: nos vero conemur ab illis omnib⁹ abstinere: solēnitatesq; sacras reuerēter ac debite celebrare: sicq; impetrabim⁹ in hoc seculo dei gratiā et in futuro sempiternā gloriā: ad quā nos ille perducat q viuit et regnat in secula secular̄. Amē.

Dn̄ica quarta in quadragesima infra diez: de pietate quā viui exhibere debēt mortuis ac defunctis. Sermo. .47.

Acepit ergo iesus panes et cū gr̄as egisset distribuit discumbentib⁹. Scribuntur h̄ v̄ba Joh. 6. c. et i euāgelio hodierno. Qui de celo descendit in vterū v̄ginis sola charitate motus: ipse v̄bo pariter et exēplo docuit nos sup omnia erga nostros ꝓximos beniuolentiā pietatē q; fuare. Ecce in ꝓmptu est sacra lectio euāgelica in qua narrat̄ q̄ benigne q̄ clemēter famelicā turbā xp̄s pauit in deserto: nos v̄o si regni ei⁹ ac beatitudinis voluerim⁹ pticipes esse debem⁹ quātū possum⁹ ꝓximorū nostror̄ indigentiā miseriāq; reuelare. Quoniā ante circa defunctos multi sunt inhumani atq; crudeles: cū in suprorib⁹ dixerim⁹ de misericordia viuis exhibenda. Idcirco in p̄nti s̄mone de pietate q̄ mortuis atq; defunctis debet̄ erimus locuturi. Distinguem⁹ v̄o hāc in tres ptes p̄ncipales. Prima dicitur sepulture exhibitio. Secunda testamentor̄ executio. Tertia suffragior̄ cōicatio.

Quod defunctor̄ corpora sunt sepelienda: et qualiter ecclesiastica sepultura prodesse potest vel obesse. Capitulum. .I.

Prima ps pietatis que debet̄ defunctis dicit̄ sepulture exhibitio. Et pro huius declaratiōe tria sunt disputāda. Primū vtrū defunctor̄ corpora sint sepeliēda. Secundū vtrū ꝓsit morientib⁹ ecclesiastica sepultura. Tertiū vtrū obsit in peccato mortali decedentib⁹. Circa primū dubiū posset aliqs arguere q corpora defunctor̄ nō sint sepelienda. Nā dicit Virgilius. Facilis iactura sepulchri. Et Seneca de remedijs fortuitor̄. Si nihil sentio nō pertinet ad me iactura corporis in sepulchro. Et idē in lib. de tranquillitate animi: minabat̄ Theodoro pho mortē insepultā. Cui respondet. Sanguis in tua potestate est: sed te ineptū dico si putas meas interesse supra terrā an infra putrefieri. Inquit etiā Tullius in q̄stionibus tusculanis q Socrates et Anaxagoras crediderunt sepulturas supervacuas: nihilq; mali atq; inhonesti esse iacere cadauer squalidū abiectū et inhumatū: quē ritū seruabāt Caspij omnes. Diogenes insup. Cinicus iussit se inhumatū proijci volucribus canibus et feris. d. Quid ferar̄ mihi nil sentienti oberit laniatus. Refert adhuc Eusebius li. i. de euangelica p̄paratione q hircani rapacis generis auib⁹ ꝓijcere defunctorū corpora cōsueuerunt. Sed cōtra tales damnatos mores inhumanasq; sententias est omnis scriptura tam sanctor̄ q̄ moraliū philosophor̄. Vnde Gen. 23. laudatur de pietate Abrahā qui sepeliuit Sarā mortuā in hebron in terra chanaan: et sepeliuit eā i spelunca agri. Et Gen. 25. et 13. q. 2. c. hebron. dicitur q Isaac et Ismael sepelierunt abraham in spelunca duplici. Et Gen. 49. Jacob in extremo vite benedictione data filijs suis p̄cepit eis dicens. Ego cōgregor ad populū meū. Sepelite me cū patribus meis in spelunca duplici que est in agro hebron in terra chanaā quam emit Abrahā. Et Josue vltimo habet̄ qualiter eo mortuo sepelierunt eū filij israel in finib⁹ possessionis sue. Ibidem etiā habet̄ qualiter ossa Joseph que tulerant de egypto sepelierunt in sichem: et quomodo eleazar filiū Aaron sepelie-

runt in gabaad fratres et filii eius. Et Iudicum 16. fit mentio de sepultura Samsonis. Et 1. Reg. 25. de sepultura Samuelis. Et 2. Paral. c. 9. de sepultura Salomonis. Et 1. Machabeorum 9. c. de sepultura Iude Machabei. Et 2. Reg. 2. c. dixit David viris Iabes Galaad qui sepelierant Saulem. Benedicti vos a domino: qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul et sepelistis eum. Et 22. de decretis c. mirantur in glo. dicitur quod si quis mandaret corpus suum non sepeliri quod est contra. Marcellinus papa in detestationem idolatrie commisse non est implendum. Ut Valerius li. 5. rubrica de ingratis reprehendit athenienses quod Melciadem in carcere mortuum sepeliri non permiserunt nisi Cimo eius filius carcerem pro eo intrasset. Unde Valerius ait. nec te Cimo silentio involuam quoniam patri tuo sepulturam voluntarijs vinculis emere non dubitasti. Et idem Valerius lib. 1. in rubrica de somnijs narrat qualiter Simonides poeta peregre vadens cum navis in qua erat appulisset ad litus: et corpus inhumatum iacens vidisset sepulture mandavit: huiusmodi beneficio is qui sepultus fuerat motus nocte sibi in somnis apparuit: cumque ne primo die navigaret monuit qui somnio parens in terra remansit. Illi vero qui inde recesserant navigantes in eius conspectu procellis et fluctibus absorti sunt et suffocati: et ipse letatus est quod vitam suam magis somnio quam navi commiserat. Et idem Valerius li. 5. rubrica de humanitate commendat Cesarem qui caput sui hostis Pompei sibi per regem egypti destinatum honorifice cremari et sepeliri fecit. Ibidem etiam laudat Hanibalem: qui successive tres Romanos Paulum Graccum et Marcellum hostes ipsius honorifice sepelivit. Respondendum est ergo ad dubium propositum secundum Ric. in 4. di. 45. quod defunctorum corpora sunt sepelienda propter tria. Primo propter astruendam resurrectionem futuram propter quam Paulus mortuos vocat dormientes. Ut ergo subleuetur spes ad resurrectionem vere fiendam corpora sepulture traduntur. Secundo corpora sepeliuntur propter amovendum horrorem. Unde Quintilianus li. 5. declamationum ait. Ad operiendam feditatem: subtrahendamque dolori materiam mortuus viventium causa sepelitur. Tertio corpora defunctorum sunt sepelienda propter meritationem: ut illa sepelientes propter misericordiam mereantur. Propter hec omnia Augustinus li. 1. de ci. dei. c. 14. ait. Non sunt contemnenda et abijcienda corpora mortuorum maxime iustorum atque fidelium: quibus tamquam organis et vasis ad omnia opera bona sanctus usus est spiritus. Si enim paterna vestis et annulus ac si quid huiusmodi tanto carius est posteris quanto erga parentes maior affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora: que utique multo familiarius atque coniunctius quam quelibet indumenta gestamus. Hec enim non ad ornamentum vel adiutorium quod adhibetur extrinsecus: sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Unde et antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt et exequie celebrate: et sepultura provisa. Ipsique dum viverent de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporibus filijs mandaverunt. Et Thobias sepeliendo mortuos deum promeruisse teste angelo commendatur. Ipse quoque dominus die tertio resurrecturus religiose mulieris bonum opus predicat predicandumque commendat: quod unguentum preciosum super membra eius effuderit: atque hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in euangelio qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt. Hec Aug. Secundum dubium erat: utrum prosit in charitate morientibus ecclesiastica sepultura. Loquor de his qui habent aliquod purgabile. Et respondet Ric. quod non per se: sed per accidens: et hoc triplici ratione.

Prima est propter inspicientium excitationem: inquantum s. inspicientes sepulturam memoriam retinent defunctorum: et pro eis orant. Unde Augu. li. de cura pro mortuis agenda ait. Monumentum eo quod moneat mentem idest admoneat nuncupatur. Hinc Greg. li. 4. dial. Petro cum interroganti et dicenti: putamusne animabus eorum aliquid prodesse posse si mortuorum corpora in ecclesijs fuerint sepulta. Respondet eum gravia peccata non deprimunt hoc prodest mortuis si in ecclesijs sepeliantur: quod eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca conveniunt: suorum quorum sepulchra aspiciunt: recordantur: et pro eis domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt non ad absolutionem: sed potius ad maiorem damnationis cumulum: eorum corpora in ecclesijs ponuntur. hec ille.

Secunda ratio est propter ministrorum ecclesie orationem: quia illi qui ecclesie deserviunt tenentur ceteris paribus pro illis frequentius et specialius orare. Tertia ratio est propter sanctorum devotionem. Credendum namque est quod sancti illi ad quorum honorem fabricata est ecclesia: et si

pro eo

pro eo qui sepelitur in illa vel eius cimiterio
⁊ per reuerentiā ⁊ deuotionē ipsius eligētis
sepulturā ibidē. Vn̄ Aug⁹. 13.q.2.c.nō exi/
stimem⁹ ait. Q̄ŏ vo q̄sq; apud memorias mar
tyrū sepeliat: hoc tm̄ mihi vr̄ prodesse defūcto
vt cōmendās eū martyrū patrocinio affectio p
illo suplicationis augeat. Notādū tn̄ circa ele/
ctione sepulture q̄ quilibet adultus cōpos sue
mētis libere pōt vbicūq; voluerit in loco ma/
gis religioso eligere sepulturā. Vn̄ gratianus
13.q.2.§.2.ait. Vbi q̄sq; tumulādus sit in vo/
luntate eius cōsi.lit. Excipiūtur religiosi q nō
pn̄t sibi eligere sepulturā: sed in suis monaste/
riis ⁊ ecclesiis sepeliūtur: nisi qn̄ moriuntur es
sent adeo remoti a monasteriis sui ordinis q̄
nō possent cōmode deportari ad illa: q2 tūc pos
sent eligere: extra eo.c.religiosi.li.6. Impu/
beres etiam nō pn̄t sibi eligere sepulturaz: sed
parentes eoꝝ pn̄t eos sepelire vbicunq; volu
erint: si cōsuetudo terre hoc habeat: alr̄ nō: ex
de sepul.c.in nostra.in tex.⁊ in glo.⁊ in.c.de
vxore.in gl. Insuper qui nō est cōpos sue mē
tis non pōt eligere sepulturā: extra de success.
ab intest.c.cum dilectus. Vxor vero si nō eli/
git sepulturam sepeliri debet vbi sepultus est
suus maritus. Et si plures habuit: sepeliri de/
bet vbi sepultus ē vltimus. Et lz multa dicant
de sepulture electione tn̄ multum statur cōsue/
tudini vt dicit Ric. vbi supra. Pōt etiam qs
eligere sepulturam in loco minus religioso di
missa antiqua: vt pz extra eo.li.6.c.cum quis.

Tertium dubium erat: vtrum obsit ecclesia
stica sepultura in peccato mortali decedentib⁹
q2 dicitur.13.q.2.c.quibus.⁊.c. cum grauis.
Impiis nocet in loco sacro sepeliri. Respon/
det Ricardus q̄ impio non nocet ecclesiastica
sepultura nisi inquantum hanc sepulturaz sibi
indignam propter humanam gloriā procura/
uit. Sed quid dicemus de sumptib⁹ ⁊ expen/
sis que fiunt in funere etiā bonorum: ⁊ i chari
tate morientū. Nōne melius eēt si darent pau
peribus ⁊ indigentibus q̄z sic illas exponere
ad quandā quasi pompā ⁊ inanem gloriā. Re
spondit Ric. vbi supra q̄ pompa exequiarū si
fiat secūdū cōsuetudinē patrie: ⁊ nō cuz nimio
excessu non est reprehensibilis: Quinimmo
facit ad consolationem viuorum ⁊ subleuatio/
nem spei ad resurrectionem futuraz. Non.n.
tenetur homo de necessitate facere omne bonū
quod potest. Faciens āt sumptus in sepultu/
ra quos posset alibi melius collocare: non facit
eos inquantū est opus minus vtile: sed inquā
tum vtile. Notandum tamen q̄ nō debēt i ec
clesia seu cimiterio vel loco sacro infrascripti se
peliri. Primo nullus infidelis: nec iude⁹:
nec pagan⁹ nec heretic⁹ vt pz de cōse.di.1.c.
ecclesiā.⁊.c.sequēti.⁊.24.q.2.c.sanc. Et si se
pulti essent tales in ecclesiis debēt exhumari ⁊
proiici ex̄. Secūdo interdicitur sepultura ec/
clesiastica morienti in torneamento. Et expo/
nit Hosti. etiam si quis ibi vulnus letale acce/
pit: licet postea superuixerit: qui q̄uis peniteat
et ⁊ ei eucaristia nō negetur carebit tn̄ ecclesiastica
sepultura. ex̄ de torneamētis.c.i. Hoc tamen
de illo intelligit qui venit cā exercēdi se in tor/
neamēto. Et etiā scdm̄ Guil. de armigeris eo
rū qui eis in armis seruiūt: ex̄ de torneamētis
c.2. Secus de astātib⁹ cū curiositate. Tertio
prohibetur sepultura his q̄ seipsos occidunt:
vt pz.13.q.2.c.quibus.⁊.23.q.5.c.placuit.
Quod intelligendū ē fm̄ Guilielmum si in/
terfecerunt se ex desperatiōe vel iracūdia. Se/
cus si ex fortuitate ⁊ huiusmodi. Vnde in.c.ex
parte.ex̄ de sepul.dicit Bern̄.q̄ si qs pp fu/
gam precipitaret se in aquā: q2 inde sic crede/
bat euadere nō imputatur ei ēt si cōtrariū eue/
niat. Quarto negatur sepultura ei d̄ quo cer
tum est ⁊ manifestum non fuisse confessum vl
non cōmunicasse semel in anno. ex̄ d̄ pe.⁊ re.
c.omnis. Et hoc intellige nisi in articulo mor
tis signa contritionis ⁊ huiusmodi emendati
onis ostendat. Quinto expellitur a sepultura
ecclesie monachus qui reperitur proprietarius
in fine vite qui debet in sterquilinio sepeliri: ex̄
de statu monachoꝝ.c.super quodam. Sex
to blasphemus dei si moriatur absq; peniten/
tia postq̄z blasphemauerit non sepelitur in lo/
co sacro. extra de maledicis.in fine. Septi/
mo generaliter quilibet notori⁹ peccator si mo/
riatur absq; penitentia in mortali peccato pri/
uandus est ecclesiastica sepultura. 13.q.2.c.
non estimemus. Ad probandum autem
contritionem alicuius peccatoris morientis
sufficit vnus testis. 26.q.5.c.qui recedunt.
Item interdicitur sepultura tempore interdi/
cti illis de illo loco vbi est positum interdictū
dum durat. Item excommunicatis excommu
nicatione maiori in illa morientibus ⁊ etiam
minori secundum Guil. quando hoc est no/
torium. Sunt ⁊ alia multa circa hanc materi/
am que ideo dimittimus: quia non est necessa
rium vt populis predicentur. Sacerdotes aūt

ꝛ curati: quia taliũ debent habere scientiã: vi/
deant titulũ de sepul.li.3.ꝛ.6.decretaliũ. Ideo
hanc partẽ concludere volentes: dicimus ꝙ
magna est pietas satisq; cõmendabilis defun/
ctorũ corpora sepelire. Hinc preterea q̃ dicta
sunt laudatur: ꝛ magnus Alex quẽ. Q. Cur/
tius refert: inuento Dario a suis derelicto vul/
neratoq; ꝛ extincto in vehiculo viso corpore fu/
dit lachrymas: fecitq; eum more regio sepeliri.

De executione testamentorũ: ꝛ q̃ dilatio eo/
rum ꝑiudicat animabus testatorũ si sint in pur
gatorio. Capi. .2.

Secunda pars pietatis defunctorũ dicit
testamentorũ executio: in qua adhuc
tria dubia occurrũt declarãda. Pri
mũ vtrũ testamenta possint infringi. Secũ
dũ vtrũ executores teneantur statim illa exeq.
Tertiũ vtrũ dilatio executoris ꝑiudicet ani/
me testatoris. Ad primũ dubiũ posset aliquis
arguere ꝙ nullũ testamentũ sit infringendum.
Nã vt scribit̃ extra de testa.c.indicante. Vo/
luntas testatoris debet ꝑ omnia adimpleri: sed
testamentũ cõtinet vltimã voluntatẽ testatoris:
ergo ꝛc̃.ꝛ.16.q.1.c.cõsiderandũ dicit̃. Cõside/
ratio ecclesie vtilitatis hoc postulat et iusta di/
spensatione testatoris seruandũ arbitriũ. Sed
cõtra est qḋ habet̃.6.q.1.in.c.admonere. vbi
Greg.ait. Admonere te volumus ne pie de
functorũ voluntates tua qḋ absit remissione cas/
sentur. Ibi dicit glo.sup vbo pie.secus si sint
iniuste: ergo testamẽta iniusta sunt infringẽda
Respondet Ric.in.4.di.45. ꝙ aut testamen
tũ est rationabiliter factũ: ita ꝙ nõ sit cõtra eq/
tatẽ iuris naturalis nec diuini nec positiui. Et
tunc nullo modo est infringendũ. Aut testamẽ
tũ est irrationabiliter factũ: ꝛ tunc licitũ ẽ ꝛ de
bitũ illud infringere. Est autẽ testamentũ irra
tionabile triplici ratione. Primo rõne testato/
ris. Secundo ratione rei testate. Tertio rõne
modi testãdi. Primo rõne testatoris: cũ.s.
nõ põt facere testamẽtũ. Nã neq; ep̃s neq; re/
ligiosus neq; fatuus põt facere testamentum.
Dicit tamẽ Ric.ꝙ episcopus aut habet bona
que sibi prouenerunt ex hereditate vel artificio
aut doctrina antequã esset episcopus. Aut non
habet nisi redditus ecclesiasticos ꝛ mobilia q̃
sibi ex illis redditibus ꝑuenerunt. De ꝑmis
bonis: qꝛ ꝓprietas illorũ est sua potest licite fa/
cere testamentũ: extra de testamẽto.ca.qꝛ nos.
Et.c.relatũ.ꝛ.12.q.1.c.episcopi. Si tamẽ ep̃s
ecclesiã leserit damnũ ecclesie debet de rebus

eius resarciri: ꝛ de residuo si quid fuerit testari
põt: de redditibus autẽ ecclesiasticis: ꝛ de mo
bilibus q̃ post sui consecrationem acquisierint
episcopi: qꝛ talia dicunt̃ cõseruari eidẽ ecclesie:
cuius ratio est: qꝛ que intuitu seu cõsideratu ec
clesie receperunt illorũ bonorũ ꝓprietas sua nõ
est: sed illorũ sunt tantũ dispensatores ꝛ admini
stratores: nõ possunt facere testamentũ. Et q̃/
uis de rebus ecclesie non possunt aliqd donare
iure testamẽti: possunt tamẽ donare de mobili
bus causa elemosyne siue sint sani siue in egri
tudine etiã mortali cõstituti. Ex quibus colligit̃
ꝙ nõ est idẽ dispensare ꝛ testari. Unde episco
pus ꝑmittitur de bonis ecclesie elemosynã fa/
cere ꝛ nõ testari: extra de testa.c.ad hec. Te/
statorẽ enim oportet esse dominũ rerũ de qbus
facit testamentũ. Sed dispensatorẽ nõ oportet
esse dominũ rerũ de quibus facit elemosynas.
Unde extra eo.c.quia nos.in glo.dicit̃. Cleri
ci de rebus ecclesie nullũ possunt facere testa/
mentũ cũ earũ proprietas nõ sit sua. Similiter
religiosus cũ nõ habeat ꝓpriũ nõ põt facere te/
stamentũ: vt patet.9.q.3.c.qꝛ.ꝛ in.c.relatũ.
Et si dicat̃ de Paulo primo heremita ꝙ in te/
stamẽto reliquit colobiũ suũ.i.tunicã superiorẽ
Athanasio alexandrino episcopo: ꝛ tunicã in/
teriorẽ beato Antonio. Respondet Ric.ꝙ q̃
uis Paulus primꝰ heremita fuerit religiosissi
mus sanctitate: nõ erat tamẽ in religionis statu
Unde non est simile de heremitis ꝛ de illis q
sunt in statu religionis: vt patet in.§.sequenti
post prealIegatũ.ca.relatũ. Adhuc fatuus non
põt facere testamentũ: extra de success. ab inte/
sta.c.cũ dilectus. Et insti.qbꝰ nõ est ꝑmissum
facere testamentũ.§.furiosi. Illũ enim qui fa
cit testamentũ oportet esse compotẽ mentis sue
pro illo tempore quo facit testamentũ. Secũ/
do testamentũ est irrationabiliter factũ ratione
rei testate cũ quibꝰ facit testamentũ de re quam
nõ habet. Sicut dicitur de Lupercopo. Ipse
enim cũ in extremo vite venisset testamẽtũ cõ/
didit in quo multa milia ducatorũ in pios vsus
dimittebat. Cũ vero circunstãtes interrogarẽt
quis esset executor tante pecunie distribuende.
Respondit testator ꝛc: hic est punctus: vñ tra
ctũ est vocabulũ illud aut vulgare ꝓuerbiũ.
Qui sta el puncto disse Lupercopo. Sũt ꝛ alij
qui testantur de bonis que habent: tamẽ ad il/
los nõ pertinentibꝰ: eo ꝙ acquisita sunt ꝑ vsu/
ras: malos cõtractꝰ: rapinas: iniusticias: frau/
dulẽtias ꝛ huiusmodi: ꝛ debent ꝑsonis certis.

Secus

Secus vero quãdo illorũ restitutio esset incerta. Tertio testamentũ est rationabiliter factũ ratione modi testandi: puta cũ quis exheredi/tat suos heredes qui exheredari nõ meruerũt dans totũ alijs. Talis facit cõtra equitatẽ iuris naturalis etiã si det ecclesie. Et testamẽtũ tale nõ est seruandũ: propterea dicit ab Augu. in sermone de cõmuni vita clericoꝝ. et .15. q. vlti. c. quicunq;. Quicũq; exheredato filio heredẽ facit ecclesiã: querat aliũ qui suscipiat nõ Augustinũ. Et infra. Quod laudabile factum sancti Aurelij carthaginensis episcopi. Qui/dã enĩ cũ filios nõ haberet: nec speraret res suas omnes retento sibi vsufructu donauit ecclesie. Nati sũt illi filij. Reddidit episcopus nec opinanti ea que illi donauerat. In potestate habebat episcopus nõ reddere: sed iure fori et nõ iure poli. i. quadã naturali equitate vt dicit glo. ibidem. Secundũ dubiũ vtrum executores testamentoꝝ teneant cito. s. infra annũ executionẽ cõplere. Et respondet Ric. in. 4. di. 45. q aut testator tempus determinat infra qd testa/mentũ vult esse impletũ: aut nõ. Si sic: nõ te/nentur executores tentione necessitatis vsq; ad illud tempus testamentũ implere nisi viderent citius explendo se posse facere anime defuncti vtilitatẽ maiorẽ. Tunc enim et si in foro iudi/cij compelli nõ possent ad citius implendũ: tamen ad hoc eos conscientia deberet cõpellere: q presupponendũ est q voluntas defuncti fuit i illo modo et illo tempore testamentũ implerent quo esset expedientius anime sue. Si autem non determinat tempus infra qd velit testamentũ impleri: tunc dico: q aut executores habent li/bere bona de quibus possint statim testamen/tũ implere: aut non hñt. Si hñt: tunc implere tenent quãcitius pñt: q debitores sunt illis quibus legata sunt facta. Et sicut dicit. ff. de re. iu. In oibus obligationibus in qbus dies nõ ponitur pñti die debet. Vnde illi executores qui p longũ tps tardant suã executionẽ implere: ne/catoribus egentiũ cõparant: ppterea dicit. 13. q. 2. c. q obligationes. Qui obligatões defun/ctoꝝ aut negant ecclesijs: aut difficile reddunt tanq; egentiũ necatores excõicentur. Et sꝫ glossam ibidẽ: hoc nõ intelligit de obligationibus voluntarijs: sed de illis bonis que relicta sunt ecclesijs. Et. ca. sequenti adhuc dicit: qui obli/gationes defunctoꝝ retinent: et illi qui ecclesijs tradere demorant vt infideles sunt ab ecclesia abijciendi. Executores etiã si illa bona retinẽt pro seipsis sunt sicut fures et raptores: et sacri/legiũ cõmittunt: sicut patet. 13. q. 2. c. clerici. et 17. q. 4. c. sacrilegiũ. Vnde si executores infra annũ saltẽ ãmonitione epi pias voluntates defunctoꝝ nõ implent cũ possent si vellent: p episcopũ debent impleri: vt notatur extra de testamentis. c. nos quidẽ. et. c. tua nobis. et i glo. c. Iohes. in tertiu. Si autẽ executores non ha/beant bona in promptu: de quibus possint in/fra annũ testamentũ implere: non credo propter hoc q deuoluatur potestas eorũ post annũ ad episcopum. Tenentur tamen facere qd in se est vt bona habeant: et habita debent di/stribuere quãcitius possunt. Tertiũ dubium erat: vtrũ dilatio executionis in aliquo preiu/dicet anime testatoris. Et respondet Ric. q sic: cuius duplex est ratio. Vna quia quãto ci/tius ecclesie et pauperes quibus legatũ est recipiunt illud quod testator eis legauit: tanto fer/uentius et certius orant pro anima defuncti: et orare tenentur: et quanto tardius recipiunt q eis legatũ est: tanto tepidiores sunt ad orãdũ et magis tardant orare pro anima eius: scilicet testatoris defuncti. Acceleratio autẽ feruen/tium orationũ pro anima defuncti multũ va/let ad eius alleuiationẽ et celeriorem expeditionem. Alia ratio est: q sicut defuncti in charitate aliquid purgabile secũ portantes in hac vita meruerunt vt elemosyne si pro eis dentur eis prosint: non ad augmentũ gratie: sed ad alle/uiationẽ et abbreuiationẽ pene. Si testator testamentũ faciens et in charitate decedens te/stamentũ suũ faciendo meretur vt eius executio post mortẽ valeat nõ ad augmentũ gratie: sed ad alleuiationẽ et abbreuiationẽ pene sue. Et ideo quanto testamentũ suũ citius execu/tioni demandatur: tanto citius alleuiat: et quã/to tardius sui testamenti executio impletur tanto tardius ceteris paribus incipit alleuiari: et tardius liberatur. Si tamẽ legata sua nũq; soluerentur nõ ppter hoc perpetuo remaneret in pena: quãuis propter hoc multo tardius libera/retur ab ipsa. Ex predictis patet q grauissime peccant: et q magnã perditionem faciunt hi q executiones testamentoꝝ sibi cõmissas non complent quãcitius possunt habita competenti opportunitate.

Quomodo hi qui sunt in purgatorio iuua/ri possunt per suffragia viuorum: et de suffra/giorum fructu.

Capitulum. tertium.

Ertia pars pietatis que defunctis de
betur dicitur suffragiorũ communica
tio. Et ꝑ hꝰ intelligentia tria dubia erũt
discutienda. Primũ vtrũ suffragia viuoꝝ pro
sint defunctis. Scdm vtrũ suffragia facta de
terminate ꝑ vno ꝓsint oibus exñtibus in pur
gatorio. Tertium vtrũ defunctis prosint suf/
fragia fcã a viuis exñtibus in peccato mortali.
Ad primũ dubiũ posset aliqs arguere ꝙ suf/
fragia viuoꝝ nõ ꝓsint defunctis. Naꝫ Apoc.
14.c. dicitur. Opera enim illoꝝ sequuntur illos
ergo videtur ꝙ nõ iuuantur operibꝰ alienis. Et
Ecclesiastes.9. dr̃ de mortuis ꝙ non hñt par
tem in opere qḋ sub sole geritur: ergo idem ꝙ
prius. Sed in ɔ̃rũ est illud qḋ scrib. 2. Ma/
chabe.12. Sãcta ⁊ salubris ẽ cogitatio ꝓ de/
fũctis exorare: vt a peccatis soluanẗ. Et Aug.
i ench. att. Nõ est negãdũ, defunctorũ aïas pie
tate suorũ viuentiũ releuari: cũ pro illis sacrifi
cium mediatoris offerẗ vel elemosyne in eccla
fiunt. Respondet Ric. ꝙ aïarũ quedaꝫ sũt beã
tam in celo. quedã sunt damnate in inferno ꝓ
pctõ originali ⁊ actuali: vel pro originali solo.
Quedã sũt in charitate suã explẽte ꝑnitẽ in
purgatorio. Beatis nõ ꝓsunt viuentium suf/
fragia: qꝛ non indigent. Unde Augu. in en/
ch. dicit ꝙ sacrificia siue altar' siue q̃rũcũqꝫ ele
mosynarũ pro defunctis valde bonis gratia/
rum actiones sunt. Et idem hr̃ extra de cele
bra. mis. c. Cum Marthe. Dãnatis etiã suf
fragia nõ prosunt: vt ostensum ẽ supra eodem
sermone. Sunt tamẽ consolatiões viuorum.
Animabus autẽ existentibus in purgatorio ꝓ
sunt viuorum suffragia non ad augmentum
gratie gratum facientis: sed ad pene earꝫ miti
gationem ⁊ abbreuiationẽ. Quia ut dicit' Au
gu. in ench. Cum viuerent in hac vita merue
runt ut hec sibi postea possent. Ad auctoritatẽ
ergo Apoc. dicendum ꝙ suffragia viuorum
que fiunt pro existentibus in purgatorio: dñr
opera eorũ inquãtũ in hac vita meruerũt vt eis
prodessent: si pro eis fierent. Ad auctoritateꝫ
vero ecclesiastes dicendum ꝙ pro tanto mor/
tui dicunẗ non habere partem in opere qḋ sub
sole geritur: qꝛ tali operi non cooperantur: ha
bent tamen partem in fructu operis. Sed pro
confirmatione vera dictorum notanda est sen
tentia Gregorii. que ponitur. 13. q. 2. in. c. aie
defunctorum. Anime inquit defunctorũ quat
tuor modis soluuntur: aut oblationibus sacer
dotum: aut precibus sanctorum: aut carorum
elemosynis: aut ieiunio cognatorum. qḋ enim
sacre hostie oblatio plurimũ ꝓsit defunctis: ap
paret ex illo exemplo qḋ Grego. recitat in. 4.
dial' li. Inquit enĩ ꝙ cum quidam monachus
suus nomine iustus ad extremũ veniens tres
se habere occultos aureos indicasset: ⁊ de hoc
ingemiscẽs mortuus fuisset: precepit Greg.
fratribus vt corpus eiꝰ cum tribus aureis in
sterquilinio sepelirent. Tandem cuidã e fratri
bus Grego. precepit: vt vsqꝫ ad dies. 30. om
ni die. pro. eo hostiam immolaret. Qui cuꝫ iussa
complesset: is q defunctus fuerat in die. 30.
cuidaꝫ fratri sibi germano apparuit. Quẽ ger
manus requisiuit dicens. Quomõ es. Cui ille
respondit. Huc vsqꝫ male fui: sed iam modo
bene sum: qꝛ hodie cõionẽ recepi. Silr Gre
go. in preallegato li. ostendit quantũ orationes
prosint existentibus in purgatorio. Narrat. n.
de pascasio: q cum vir mire sanctitatis ⁊ virtu
tis existeret ⁊ suo tempore duo fuissent summi
põtifices electi: conuenissetqꝫ tandem ecclesia
in vnum: ipse tamen pascasius quasi ex errore
alium papam pretulit: ⁊ in hac snia vsqꝫ ad
mortem permansit. Qui cum esset defunctus
⁊ dalmaticam feretro superpositã demoniacus
tetigisset: statim sanatus est. Post multum ve
ro temporis cum Germanus capuanꝰ episco
pus balneum ob grãm sanitatis petiisset: pre/
dictum Pascasium diaconem stantem ⁊ obse
quentem inuenit: quo viso vehementer extimu
it. Et quid illic tantus vir faceret inquisiuit.
Qui pro nulla alia cã se in illo loco penali de/
putatũ asseruit: nisi ꝙ in illa cã pontificis plus
iusto sensit: ⁊ addidit. d. Queso te deprecare
deum pro me atqꝫ in hoc cognosces ꝙ exaudi
tus sis si huc rediens me ñ inueneris. Qui cũ
ꝓ eo orasset: ⁊ illuc post paucos dies redusset:
predictuꝫ Pascasium in eodem loco minime
inuenit. Sunt ⁊ alia exempla que breuitatis
cã dimittimus. Secundũ dubiũ erat. Utrũ
suffragia facta determinate pro vno prosint
omnibus existentibus in purgatorio. Et re/
spondet Ric. ꝙ ad causandũ penã concurrit
virtus agentis: ⁊ dispositio patientis: quia actꝰ
actiuorum sunt in patiẽte disposito: vt dicitur
2° de aïa. Põt ergo diminui alicuiꝰ pena: vel
ꝑ diminutionẽ virtutis ex pte agẽtis: vel per di
minutionẽ dispositionis ad patiẽdũ ex pte susti
nẽtis: sicut ⁊ ꝑ augmẽtationẽ cuiuslibet istoꝝ
pena põt augeri. Unñ inequaliter disposita ad pa
tiẽdũ ab equali virtute inequaliter patiuntur.
Propterea

Propterea. d. Auicenna. 6. parte naturalium q multū dispositus ad tristiciam ex modica cā fortiter tristatur. Quod autē dictum est videmꝰ in exemplo. Pena enim magnū onus portā tis diminui pōt: vel p diminutionē grauitatis oneris: vel p aliquā cōfortationem virtutis illius qui portat onus: qua minuitur in ipso dispositio ad patiēduz ab onere. Sic dico q isto duplici modo cōuenit intelligere diminui penaz existentiuz in purgatorio. Et quantum ad diminutionē pene modo primo suffragia facta determinate pro vno tantum alijs nō ꝓsunt: qꝛ sic virtus eorum nō attingit nisi ad illū ad quē determinantur ⁊ cui applicantur per intentionem agentis. Sed modo secundo suffragia facta pro vno prosunt alijs: qꝛ misericordia dei prouidente suffragia facta pro quocūqz in purgatorio omnibus alijs innotescunt. Et qa sese diligunt ex charitate: nec sibi inuicem inuident: imo omnes gaudent de pene illius alleuiatione pro quo facta sunt suffragia. Quodlibet autem gaudium reddit gaudentez minus dispositum ad penaz contristantez: quia fm sententiam Ar. 2. ethi. c. vltimo. Cuiusqz tristicie repugnat fm formaz generis quecunqz delectatio: ⁊ ideo mitiget eā. Notandū tamen q si suffragia fierent pro pluribus: non tantū prodessent cuilibet quantū si fierent pro illo solo: qꝛ si tantuz prodessent: sequeretur q ille qui pro vno defuncto tenetur dicere missam vnam: ⁊ vnaz pro alio: si diceret vnaz pro illis duobus cuilibet solueret illud ad quod sibi tenetur. Propterea bonuz finitum quod sufficeret ad plenariam liberationez vnius anime de purgatorio sufficeret ad liberationez omnium aliarum ad equalem penam obligatarum. Preterea consuetudo ecclesie esset inutilis: que suffragia aliquando facit pro specialibus personis: q̃ omnia falsa sunt. Fuere tamen quidā dicentes q suffragia facta pro pluribus tantuz prosunt cuilibet quantuz si fierent pro vno solo: sicut candela accensa pro pluribus: ⁊ lectio lecta pro pluribus tantuz quemlibet iuuant: quantuz iuuarent si pro eo solo candela accenderetur vel lectio legeretur. Sed respondet Ricar. q hec exempla non valent: qꝛ lumen candele et vox doctoris se cōmunicant per nature necessitatē. Suffragia autem cōmunicantur per suffragātis intentionez.

¶ Tertiuz dubiuz erat vtruz defunctis prosint suffragia facta a viuis existentibus in peccato mortali. Et respondet Rica. in 4. di. 45. q malus faciens aliqua bona opera pro defunctis: aut facit ea sicut actor: aut sicut minister. Primo modo illa non prosunt defunctis: etiam si ea faciat mediante bono ministro nisi aliquando per accidens inquantū pauperes sancti pro elymis receptis ab illo malo excitantur ad orandu pro illis defunctis pro quibus ille malus homo eis elemosynas dedit. Si autem facit ea vt minister distinguenduz est: qꝛ aut facit ea vt minister publicus dei ⁊ ecclesie: vt sacerdos qui celebrat missam: vel exequias mortuoruz: aut facit ea vt minister alicuius priuate persone. Primo modo dico q ꝓsunt defunctis: quia malicia ministri non tollit efficaciam sacramenti. Si autez facit ea vt minister priuate persone: aut illa persona quādo sibi p̄cepit tale opus fieri ⁊ quando factuz est erat in charitate: aut non. Primo modo dico q prosunt defunctis pro quibus fiunt. Et siue ille q mandauit fieri migrauerit de hac vita: siue nō: quia hoc opus principaliter ipsius est qui hoc fieri mandauit. Si vero erat in peccato mortali: aut hoc erat quando mandauit fieri: aut quādo opus executioni mandatum est. Si primo modo: dico q illa opera non prosunt defunctis pro quibus fiunt: q̄uis sit in charitate pro illo tempore quo suuz mandatuz executioni demādatur: nisi tunc illud iterum fieri demandetur aut emendationez factam de nouo acceptet: qꝛ opus ipsius non est nisi inquātum illud fieri mandat vel acceptat. Si autem erat in peccato mortali quando demandatur opus bonum executioni: qui erat in charitate quando precepit fieri: dico q tunc opera prosunt defunctis pro quibus fiunt: maxime quia sunt a precipiēte ratione illius actus voluntatis quaz habuit quando ea fieri precepit: verūtamen cuz nemo sciat vtrum odio: an amore dignius sit: nō debent homines retrahi a communicatione suffragiorum erga defunctos. Et potissimum tenere debet vnusquisqz firmiter q semper valet missa ⁊ alia bona que facit homo: vt minister ecclesie. Supradicte itaqz sunt pietatis partes: quam debent viui mortuis exhibere.

¶ Sed si quis posset ad purgatorium vsqz descendere audiret profecto clamantes et eiulantes q̄plurimos: ac voce querula lamentantes. Audirentur quidem patres Et matres dicētes. O filij ingrati quibus bona nostra dimisimus succurrite nobis. Audirentur viri suas vxores vocantes. O vxores.

impie in quib⁹ cōfidentiā habētes: diuitias no strās vobis dimisimus: subuenite miseris et nos adiuuate: vt eruanṫ ab his atrocissimis penis. Audirenṫ ⁊ alij clamātes. O cōmissarij, o executores testamentorū nostrorū: expedite fideliter que vobis commisim⁹. Multi nāqꝫ sunt ⁊ quasi innumerabiles: qui citius a purgatorio liberarentur si viuentes illos iuuarent. Idcirco ꝓcurent omnes benigne ⁊ charitatiue orare pro defunctis: aliaqꝫ pietatis opa illis impendere: vt sic mereamur in hoc seculo dei obtinere grām: ⁊ in futuro sempiternā gloriā. Amē.

Feria secunda quarte hebdomade in q̄dragesima: de purgatorio ⁊ atrocissimis penis qb⁹ puniuntur anime illoꝝ qui non satisfecerunt in hac vita de peccatis suis.

Sermo. 48.

Ipse autem iesus nō credebat semetipsum eis. scribunṫ hec verba Ioh. 2. c. ⁊ in euāgelio hodierno. Rara fides inuenitur in hominibus huius mundi q cū sepe blandianṫ multū amicis eorūqꝫ se fateantur beniuolos: adueniente tñ necessitate aduersitateqꝫ ingruente deficiunt: ꝓpterea saluator noster q p̄uidebat se tpe passionis sue ab oībus derelinquendū nō credebat semetipsuꝫ eis q crediderant in nomine eius ꝓpter signa que faciebat. Quo exēplo edocemur: vt ⁊ nos dum possumus: dū viuimus: duꝫ facultas adest: anime nostre salutē accuratissime ꝓcurem⁹ Neqꝫ fidendū est multū in parentib⁹ aut filijs in viris aut vxorib⁹: in domesticis vel amicis: quoniā vt dictū est in p̄cedenti sermone: cōsueuerūt tales charos suos defunctos tradere obliuioni: ⁊ quoniā pleriqꝫ penitentiā negligunt de suis peccatis in hac vita implere: estimantes minimā satisqꝫ leuē penā esse: ⁊ quādoqꝫ nullaꝫ penā .s. purgatorij. Idcirco in p̄senti s̄mone de ipso purgatorio erimus locuturi: de quo tria mysteria erunt declaranda.

Primū dicitur veritatis.

Secundū penalitatis.

Tertium iocunditatis.

De veritate ⁊ loco purgatorij: ⁊ de istis qui post hanc vitā anteqꝫ euolent indigēt purgari.

Capitulum. .I.

Primū mysteriū declarandū de purgatorio dicit̄ veritatis: in quo tria sunt dubia absoluenda. Primū vtruꝫ sit ponere penā purgatorij post hanc vitā. Secūduꝫ vtrū aliqs locus sit ꝓprius ad purgādum animas deputatus. Tertiū q sunt hi q vadunt in purgatoriū. Ad primū dubium respondet Bon. di. 20. q̄rti. q sicut dicit scriptura ⁊ auctoritates sanctoꝝ: ⁊ plures reuelationes ⁊ rationes cōcordant: ⁊ ecclesia vniuersalis confirmat: q̄ erat pro existentib⁹ in purgatorio absqꝫ dubio post hanc vitā est ponere penā purgatorij. Et hoc colligi ex verbo xp̄i. d. Math. 12. Qui dixerit verbū cōtra spiritū sanctū non remittetur ei neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro. In qua sententia dat intelligi quasdā culpas i hoc seculo: quasdam in futuro posse relaxari. Ideo Greg. 25. di. c. qualis. ait. Qualis hic quisqꝫ egreditur: talis in iudicio p̄sentaṫ. Sed tamē de quibusdā culpis esse ante iudiciū purgatorius ignis credendus est: pro eo q veritas dicit: q: siqs in spiritū sanctum blasphemiam dixerit: neqꝫ in hoc seculo remitteṫ ei: neqꝫ i futuro. Et Math. 5. Esto cōsentiens aduersario tuo cito. i. sinderesi murmurāti in malo: aut angelo ad oppositū decertāti. dū es in via cū eo ne forte tradat te aduersarius tu⁹ iudici. i. deo: ⁊ iudex tradat te ministro. i. angelo: ⁊ in carcereꝫ mittens. i. p angelū in purgatoriū deducaris. Amē dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimū quadrantē. Hoc idē de carcere huius mūdi nō pōt intelligi: eo q nec ibi puniunṫ omnes tales. Nec de carcere infernali: q: ibi nūqꝫ soluitur nouissimus quadrans debite pene. Sed de carcere purgatorij hꝫ intelligi: q de illo exibit qs quādo soluerit nouissimū quadrantē. Et adhuc est in ꝓptu ratio quare sit ponenda pena purgatoria. Nā vt dicit Augu. ⁊ ponit a magistro in litera: aut homo punit: aut deus punit. sed frequenter aliq cōuertunṫ in fine q nō puniuntur in p̄senti: ergo necesse ē q puniant a deo: sed nō in igne infernali sine eterno: ergo in igne purgatorio. Itē si nō est pena purgatoria post hanc vitā: ergo q ꝑdurat in culpa vsqꝫ ad mortē: cū nullā sustinuerit penaꝫ reportat de malicia sua cōmodū: qḋ ē falsuꝫ Et si quis obijceret q promptior est deus ad miseriendū q̄ꝫ ad contemnandū: sed decedenteꝫ in mortali peccato statim cōdemnat: ergo decedentē in charitate statim glorificat. Itē potentior est charitas ad eleuandū q̄ꝫ sit mortalis culpa ad deprimendū: sed culpa mortalis stati demergit in abyssum: ergo charitas statim eleuat in celū: ergo nō est ponere post mortē aliquod supplicū

upplicium. Item status post mortem respon/
det statui qui est in via: sed in via nõ est nisi du
plex status .s. bonorum et malorum: ergo similiter
post mortem. Ergo aĩa a corpore recedẽs: vel
ẽ in paradiso cum bonis: vel est i inferno cũ ma
lis. Rñdet Boñ. ad primũ: q nõ ẽ sĩle glori/
ficare decedentem in charitate statim: sicut cõ/
demnare decedentez in mortali: quĩ iste qui in
mortali ẽ: nihil habet quod sit dignũ vita: Et
ideo summe ẽ dispositus ad dãnationem eter/
nam: et propter hoc statiz damnatur iusta retri
butione. Sed ille qui est in charitate: cũ chari/
tas simul stet cum veniali culpa: et reatu pene:
põt in se habere aliquid dignum pena. Et quia
gloria non põt simul stare cum pena fm forũz
cõe: necesse ẽ prius debitum illud solui per pe/
nam purgatoriam. Ad secundũ dicit Boñ.
q pondus charitatis habet in se aliquod re/
tardans: vt culpam aliquam paruulam: vel rea
tum. Sed pondus peccati nihil hz eleuans vl
retardans: ideo non ẽ simile de ascensu peccati
Ad tertiũ vo dicẽdũ: q licet duplex sit status
principalis .s. bonorum et malorum: tamen q
habet iusticiaz in duplici ẽ differentia. Aut .n.
in statu perfectorum perfectione completa: et ta
lis nõ habet cremabilia: nec aliq debita: et huic
statui debetur vita eterna. Alii sunt in statu im
perfectorum: et hi habent cremabilia vtpluri/
mum: et etiam debita: ideo oz primum debita
solui: et cremabilia cremari anteq̃ introducan
tur in patriam. Et hi purgãtur pena purgato
ria. Similiter charentes iusticia in duplici sũt
differentia. Quidam sunt in statu paruulorũ:
et hi carent iusticia originali: et his competit sta
tus in limbo sine pena sensibili. Aliqui sunt in
statu adultorum: qui charent iusticia persona
li siue gratuita per propriã culpam. Et talibus
cõpetit status infernalis. Et sic pz q rõ illa nõ
valet. Posset ẽt dici q pena purgatoria nõ di
cit statum: sz magis trãsitum de statu ad statũ.

Secũdum dubium absoluẽdum erat. Utrũ
ad purgationem animarum sit aliquis locus spe
cialiter deputatus. Et respondet Ric. di. xxi.
quarti. q in inferno sunt quattuor loca se habẽ
tia fm superius et inferius. In loco maxime
infimo sunt damnati pro peccato actuali. In
illo qui est immediate supra illum sunt damna/
ti pro solo peccato originali. In loco qui conse
quenter ẽ supra illum sunt anime que purgan
tur: quia ibi de lege communi purgãtur: q̃uis
alique alibi purgentur ex aliqua causa speciali
.s. vel vt vinctibus aliquid nuncient: vel vt suf
fragia pro se impetrent: et vt patiendo vbi pec
cauerũt dei iusticiam aliquibus sensibilibus ma/
nifestent. In quarto loco non sunt alique ani/
me: sed ante xpi aduentum ibi erant anime sã
ctorum patrum: que penitentiam suam in pur
gatorio expleuerant. Et ille que recedẽtes a
corpore nihil purgabile portauere. Locus autez
prefatus dicebatur sinus Abrahe: quia Abra
ham primus ab infidelibus se separauit: et fidei
signaculum distinctiuum accepit. Ideo locus
requiei que debetur anime propter fidem cha/
ritate formataz sinus Abrahe dictus est. Hu
go tamen libro secundo de sacramentis pte. xv.
c. 7. negare videtur aliquem vnum locum de
terminatum esse purgationi animarum: dicẽs
probabilius esse vt in his potissimum locis sin
gule penam sustinere credantur in quibus cul
pam commiserunt: sicut multis sepe documen
tis probatum est. Alia vero si qua sunt harum
penarum loca nõ facile assignari videtur. Sz
sententia ista Hugo. non acceptatur a doctori
bus nisi intelligatur vt dicit Boñ. fm dispen
sationem diuinam: et non secundum commu/
nem legem: quia improbabile ẽ: vt omnes ani
me que parisius peccauerunt parisius punian
tur. Ideo secũdũ legem cõem credendum est
q sicut limbus fuit inferius: sic et locus purga
torius: q locus pars inferni creditur a quibusdã
pp illud verbũ Grego. in. 4. dialo. Sub eo/
dem igne electus purgaĩ et dãnatus crematur.

Tertiũ dubium absoluendũ erat. Qui sunt
qui vadunt ad purgatoriũ. Et dicere possumus
fz doctores q sũt tria hoium genera. Primi
quidem sunt q cũ venialibus moriuntur. Nã
sicut dicit magister sup illo verbo. i. Cor. 3. c.
Si qs superedificat sup fundamentũ hoc aur:
argentũ: lapides pciosos: lignũ: fenũ: stipulã
vniuscuiusq opus manifestũ erit. Dies eniz
dñi declarabit: q in igne reuelabiĩ et vniuscu
iusq opus q̃le sit ignis pbabit. Per lignũ: fenũ
et stipulam: intelliguntur venialia peccata per
quandam similitudinem: quia venialia in eo
dẽ subiecto cuz charitate existẽtia possunt p ignẽ
purgatorii et spiritualez ignẽ charitatis et dile/
ctiõis cõsumi: sicut lignũ: fenũ: stipulaq cõsu/
muntur per ignem: et q tardius consumitur
lignũ q̃ fenũ: et fenũ q̃ stipula: iõ per lignum
significantur venialia grauiora: p fenũ media
p stipulam minora. Scdi qui vadũt in pur/
gatorium sunt q penitentiã ante obitũ suũ nõ

egerūt: sicut contingit his qui absqȝ cōfessiōe moriunt̄ cōtriti. Tertio sunt hi q iniunctam sibi pniam nō cōpleuerūt. Nam pnia in cō-fessione a sacerdote iniūcta: aut ē maior: aut eq̄lis: aut minor. Si aūt est maior tūc id qḋ homo plus fecerit cū morit̄ in augmētum sue glorie cedit. Si est equalis tūc sufficit ad tot⁹ pene di-missionē. Si aūt fuerit minor: tūc id qḋ residuū est ex virtute diuine iustitie ī purgatorio emē-dat̄: ne aliquod peccatum remaneat impunitū.

De voluntate illorū q patiūtur in purgato-rio: ⁊ de grauitate penarū: ⁊ de ministro p quem de⁹ infligit penas illas. Ca. .2.

Secundum mysteriū pricipale de pur-gatorio declarādum dicit̄ penalitas: in quo tria dubia sūt apienda videlicet Primuȝ vtrū pena illa sit voluntaria. Se-cundū vtrū sit maxima omnium penarū tpaliuȝ. Tertiū vtrum p ministerium demonū infligat̄.

Ad primuȝ dubium respondet Bon. q᷑ aliq̄ pena dicitur tripliciter voluntaria. Vno modo q᷑ assumitur a voluntate imperāte: sicut est pe-nitentialis pena. Alio modo q᷑ sustinet̄ a vo-lūtate acceptāte: sicut est pena martyrum quia adeo placet q᷑ ea liberari nō vellēt. Tertio mō est quedam pena q̄ acceptat̄ ⁊ sustinet̄ a volun-tate tolerāte: vt puta pena que est cū patientia: ita q᷑ ei⁹ oppositū est in d'siderio: sicut cū amās ⁊ desiderās sanitatē infirmat̄ sustinet qdeȝ in-firmitatē tanqȝ penā diuinitus iflictaȝ: attn̄ ab ea liberari ,peurit: ⁊ illud minime h᷑ ratione voluntarii. Hoc modo est voluntaria pēa pur-gatoria in viris iustis: q voluntarie eā sustinēt ⁊ desiderāt vehemēter ad patriā peruenire: ⁊ ab alus sibi auxilium preberi. Secundum du-bium videndum erat vtrum pena purgatoria sit maxima omnium penarum temporalium. Et fm doc. respondetur q᷑ sic: ⁊ approbatur tripliciter. primo auctoritate. secundo ratione. tertio exemplo. Primo probatur auctorita-te. Inquit. n. August. de pe. di. 2. c. vlt. ⁊ di. 25. c. qui in aliud seculum. Qui in aliud secul-lū distulit fructum conuersionis purgandus est igne purgationis. Hic etenim ignis etsi non sit eternus: miro tamen modo grauius ē Excellit etenim oēm penam quam vnqȝ pas-sus est aliquis in hac vita. Nunqȝ in carne tā-ta inuenta est pena temporalis. Secundo p-batur ratione. Et fm Bonauētu. potest sumi ratio ex diuina iustitia: eo q᷑ deus iustus pe-nam non acceptat fm q᷑ punitiua tantum: sed secundum q᷑ plus est in ea ratio ordinis recti Secundum hoc ergo est intelligendum q᷑ est pena sūpta ⁊ pena inflicta. In pēa supta ñ tm̄ placet deo ordiatio pene ad culpā: sȝ ordo ⁊ re-ctitudo q̄ ē ī volūtate assumēte. In pena iflicta placet ordinatio pene ad culpā. Quoniam er-go pena penitentiuȝ in presenti plus est pena morientiuȝ est inflicta in purgatorio: pro eo q᷑ iam non est tp̄s agendi sed recipiendi. Iō mo-dica pena in presenti plus satisfacit: ⁊ magis est de ea contenta diuina iustitia: qȝ de magna in futuro. Ric. vero sumit rationeȝ ex cā ipsi⁹ pene. Nam pena causatur dupliciter. scilicet. ex absentia boni amati: ⁊ presenetia mali odi-ti: ⁊ vtroqȝ modo pena purgatorii maior est q̄-libet pena temporali. Anime enim in purga-torio quia motus eaȝ nō retardatur mole cor-poris: vehementissime desiderant cum deo p-fecta fruitione coniungi. Et iō ex huius coniun-ctionis absentia vehementissime affliguntur maxime cum videant tp̄s aduenisse quo cum deo perfecte essent coniūcte: si dum erant in cō-poribus penā suis pctis debitam persoluissēt. Similiter ignis affligens animam in purga-torio magis est actiuus igne nostro: qui tamē inter alia elementa maxime est afflictiuus.

Iō pena purgatorii longe grauior est qȝ alia pēa in hoc mundo. Qualiter autem anima pa-tiatur ab illo igne declaratum est in preceden-tibus: fmone. f. 14. hui⁹ opis. 3° probatur grauitas pene purgatorii exēplo. habetur nāqȝ ī legenda sci Greg. q᷑ postqȝ orauit pro Tra-iano: apparuit ei angelus ⁊ dicit. Q᷑ p dāna-to rogasti duorū tibi datur optio. Aut enim ī purgatorio duobus diebus cruciaberis. aut certe toto tempore vite tue fatigaberis dolori-bus ⁊ infirmitatibus. Qui preelegit toto tem-pore vite sue doloribus concuti potius qȝ duo-bus diebus in purgatorio cruciari. Vnde fa-ctū ē q᷑ semper deinceps aut febrib⁹ laborauit. aut podagre molestia pressus fuit. aut validis doloribus cōquassatus. aut dolore stomaci mi-serabiliter cruciatus. Vnde in quadā epistola sic loquitur. d. Tante podagre: tantisqȝ dolori-b⁹ pmor: vt vita mea mihi grauissima pena sit. Quotidie eni in dolore deficio ⁊ mortis re-medium expectando suspiro. Tertium du-biū ,ppositū fuit. Vtrū pena purgatorii p mi-nisteriū demonum infligatur. Et quibusdam vr̄ q᷑ sic. eo q᷑ in scriptura aut vix aut nunqȝ legitur q᷑ bonus angelus bonos vexauerit.

Sed vexatio

Sed vexatio bonorum solum a malis fuit sicut exemplum habetur de Job. de Antonio: et aliis sanctis et amicis dei. Mali vero vexati sunt a bonis et a malis. Et ratio videtur esse secundum eos: quia qui vexat alterum et affligit quodammodo odium habet. Diabolus autem odit bonos et malos ob suam crudelitatem: ideo utrosque affligit: cum sibi permittitur. boni vero non oderunt nisi malos et ideo illos solos affligunt: sicut afflixerunt sodomitas et egyptios. Sed opinio ista stare non potest quia non decet illum qui iuste de aliquo triumphavit postea puniri per ipsum. Sed anime que sunt in purgatorio adherendo iusticie vicerunt diabolum. Ergo non esset conveniens ut punirentur demonum ministerio. Propterea alii dixerunt quod pena purgatorii infligitur angelorum ministerio. Sed hoc non videtur probabile: quia tam graviter affligant et puniant concives suos nec hoc de facili per scripturam posset probari Ideo dicendum secundum Ric. et Bon. quod quamvis boni angeli et mali assistant morientibus: boni ad iuvandum. mali ad nocendum si possunt. tamen in loco penali ipsius purgatorii non puniuntur anime ministerio demonum: nec ministerio bonorum angelorum: sed sola divina iusticia ignem purgatorium sicut instrumentum applicante ad punitionem earum.

De iocunditate quam habent existentes in purgatorio. tum propter certitudinem de sua salute. tum propter confirmationem in gratia. tum propter auxilium vivorum.

Capitulum. 3.

Tertium mysterium declarandum de purgatorio dicitur iocunditatis. Nam inter acerbitatem penarum sentiunt anime in purgatorio existentes multam iocunditatem. maxime propter tria. Primo propter certificationem. Secundo propter subventionem. Tertio propter sanctorum affectionem. Primo gaudent anime in purgatorio propter certificationem: quia iam certificate sunt de gloria et beatitudine ad quam debent pervenire. Notandum tamen secundum Bon. in. 4. di. 20. quod anime ille maiorem certitudinem habent quam ille que in via sunt: sicut habebant anime que erant in limbo. Et illa certitudo media est inter certitudinem patrie: et certitudinem vie. In patria est certitudo tentionis evacuans expectationem et timorem. In via autem est certitudo expectationis mixta timori: quia quilibet labi potest dum est viator. In purgatorio vero est medio modo. scilicet certitudo expectationis: quia nondum obtinuit: sed est evacuatio timoris propter liberi arbitrii confirmationem: quia omnino sit quod deinceps peccare non potest. Nam confirmati sunt in gratia: nec valent malum velle nec dum agetur quod eis accedit ad leniciam et iocunditatem. Propterea sapientie. 3. dicitur spes illorum immortalitate plena est. Nec acceptanda est quorundam opinio eorum qui dicunt quod pro acerbitate penarum ita absorbeantur spiritus: ut ubi sit ignorent: et ex hoc dubitent utrum sint in inferno: vel in purgatorio: aut extra. Sicut cum anima ex dulcedine contemplationis rapitur extra se ut nesciat utrum in corpore an extra corpus hoc videat: sic suo modo dicunt in penis se habere. Sed certe hoc non videtur posse rationabiliter sustineri: quia et si spiritus carni coniunctus possit ab huiusmodi penis adeo absorberi ut usum rationis amittat. Spiritus tamen separatus qui immortalis est non videtur adeo absorberi: cum fortior sit ad sustinendum magnam penam in se quam in corpore parvam. Et contra dictam opinionem faciunt exempla que Grego. ponit in. 4°. dial. li. ubi dicit. quod quidam in purgatorio existentes in gravibus penis petierunt adiutorium pro liberatione: quod sciebant se aliquando liberandos. Insuper in omelia de divite et Lazaro dicitur quod dampnati super se electos considerant usque in diem iudicii. Si ergo pena illa infernalis improportionabiliter gravior est quam purgatoria. et illa non absorbet usum rationis dampnatis qui sunt oppressi verme desperatione et culpa: quanto magis nec ista pena absorbebit spiritus iustorum qui fortificati sunt bona conscientia et spe et divina gratia. Secundo gaudent anime existentes in purgatorio propter subventionem: quando subvenitur eis per suffragia vivorum: de quibus diximus in precedenti sermone. Innotescit autem eis predicta subventio quadrupliciter. Primo divina inspiratione. Secundo angelica revelatione: ut dicitur. 13. q. 2. c. fatendum. Tertio morientium novi intimatione. Quarto experientie cognitione: quia per suffragia que impenduntur eis experiuntur sibi diminui penam. Conveniens namque est ut innotescat eis a quibus et que suffragia fiant: ut cum de purgatorio fuerint liberate: et in gloriam angelorum assumpte: gratias suffragatoribus suis impendant: pro eis apud largissimum miseratorem omnium deum intercedentes. Non enim possibile est ut ingratitudo vel aliquod quodcunque vitium locum habeat in gloria sempiterna. Tertio gaudent anime in purgatorio propter sanctorum affectionem Superni quidem cives orant et rogant dominum Iesum Christum pro illis proximis suis: quos cruciari cernunt.

Scdm.n. Boñ.in.4.di.45. Duo inducunt sanctos orare pro his qui in purgatorio sunt. Primū ē eo℞ necessitas:q̄ indigēt ab aliis re leuari. Secūdū ē dei volūtas qui vult q̄ vnū membrum releuet aliud. Tertiū addi pōt.s.fu tura iocunditas seu felicitas.s.vt eorum glo/ria accidentalis augeatur cum videant eos fu/turos conciues suos. Unde credēdū ē q̄ an geli semper visitant eos:ꝛ consolātur. Pro/pter que omnia ad prudentiam spectat dum vi uimus in hoc seculo penam quā possumus ꝓ peccatis nostris exoluere. fin Vo illam in pur gatorio dolenter luemus: vbi lꝫ propter rōnē o tam tactas aliqua leticia aderit: nō tn̄ tanta erit vt Boñ.att:quanta erit afflictio. Ideo sollici/te cogitemus que ventura sūt:ꝛ oculos aperia mus in tpe opportuno: vt sic placemus deum quē offendimus: ipetremusq̄ꝫ ab ipso hic grāꝫ ꝛ in futuro seculo sépiternā gloriā. Amen.

Feria tertia quarte hebdomade: de iudicio curioso ꝛ temerario: propter quod multi qui se iustos credunt peccatores sunt: ꝛ inimici altis/simi dei. Sermo. 49.

Nolite iudicare

fm faciē: sed iustū iudiciū iudica te. Verba sūt redēptoris nostri originaliter Jo.7.c.ꝛ i euange lio hodierno. Prebuit nobis sa luberrimū documentū satisq̄ꝫ necessarium sal/uator noster dominus Jesus christus dum di xit verba in themate nostro ꝓposita:qm̄ ob cu riosum iudiciū multi qui se bonos existimant sepenumero mali fuit. Secūdū Vo Alex. sen/tentiā in.3° volumine sūme duplex ē iudiciū Unū publicū ꝛ ordinatū:qd̄ quidē ē actus iu/stitie. Aliud vero vsurpatū ꝛ temerariū q̄ quis ꝓximū suū iudicat: vel reputat bonū aut malū. De hoc itaq̄ꝫ iudicio de quo locutus est xp̄s ꝛ nos in p̄nti sermone dicem⁹.i q̄ triplex iudiciū subdistiguem⁹ declarādū.
Primum dr̄ dubietatis.
Secundum veritatis.
Tertium temeritatis.

Qd̄ peccatum ē iudicare in deteriorē par tem aliena facta que nobis dubia sunt:ꝛ quare dubia sūt in meliorem partem interpretanda.

Capitulum. .1.

Primū iudiciū vsurpatū dr̄ dubietatis Cum quis ꝓximū suū ex operib⁹ du bis iudicat malum. Nam multa sunt opera que bñ fieri pñt ꝛ male: sicut ieiunare. orare. elemosynas facere. audire missas. visita re ecclesias. ꝛ silia. in qb⁹ si qs diffinitiue iudi caret ꝓximū: talia male facere vtputa pp vanā gloriā: aut aliquē alium malū finēꝫ: peccaret ꝓ vsurpationē iudicii. Idcirco i his seruāda est regula: que ponitur in glo. Ro.14. super illis verbis. Qui nō mādūcat manducātē non iu dicet. vbi dr̄. Dubia sūt in meliorem partem i terpretanda. Et q̄ ita sit ꝓbari potest tripliciē ꝓ auctoritate. 2° rōne. 3° exemplo. Primo ꝓbatur auctoritate. Vñ.33.di.c.habuisse. In rebus ambiguis absoluta nō dꝫ eē iudiciū. Et xi.q.3.in.c.graue. Graue satis ē vt in re du/bia certa detur sententia. Et.30.q.5.c.incerta Incerta nullatenus iudicemus: quisq̄ꝫ veniat dñs: qui latēna ꝓducat in lucēꝫ: ꝛ illuminabit abscōdita tenebrarū: ꝛ manifestabit ꝯsilia cordi um. Ad hoc facit ibidē.c.nullū.ꝛ.c.iudicātē. Et idē ponitur i glo.sup.c.nauiganti. de vsu/ris.ꝛ in.c.ex litteris. de probationib⁹. Ad idē est illud dictum eī̄ de reg.iuris. Estote inquit misericordes ꝛc̄. Hoc loco nihil aliud precipi existimo nisi vt ea facta que dubiū est q̄ aio fi ant in meliorem partē interpretemur. Se/cūdo ꝓbatur q̄ dubia sunt in meliorem partēꝫ interpretanda rōne. Et hoc tripliciter.
Primo pp diuinā maiestatē.
Secūdo pp proximi charitatem.
Tertio pp propriam vtilitatem.

Primo pp diuinam maiestatem. Dubio rum.n.ꝛ secretorū iudiciū deus sibi reseruat: q dicit Hiere.17.prauū ē cor hois ꝛ inscruta bile: qs cognoscet illō. Ego dñs scrutās corda ꝛ probans renes: qui do vnicuiq̄ꝫ secūdū viā suam. Et.32.di.c.erubescit. Deus secretorū cognitor ꝛ iudex ē. Hinc ē qd̄ scribitur.2.q.i. c.nomē presbyteri. Diuine pietatis potestati facere viderer iniuriā: si illius iudiciū meo vel lem iudicio preuenire. Et.15.q.6.c.si ascēdēti bus. Non pōt humano cōdēnari examine: q̄ deus suo reseruauit iudicio. Secūda rō est ꝓpter ꝓximi charitatē. Secūdū.n. Tho.2.2. q.96. Ex hoc ipso q̄ aliquis hꝫ malā opinio/nem de aliquo absq̄ꝫ sufficienti causa iniuriat ei: ꝛ contemnit ipsum. Nullus autēꝫ debet ali um contemnere absq̄ꝫ cogēte causa. Ideo vbi non apparent manifesta iudicia de malicia ali/cuius: debemus vt bonum habere: in melio/rem partem interpretando quod dubium est. Et si diceretur quod iudicium debet esse ma/gis de co

gis de co

gis de eo quod vt in pluribꝰ accidit: sed vt in
pluribus accidit vt male agant: qꝛ vt dicitur.
Ecclesiastes. p̄. Stultorum infinitus est nume
rus. ergo dubia magis debemus interpreta/
tari i malū quā in bonū. Rn̄det Tho. ꝙ ille q
in meliorē partē aliorū facta interpretatur: fre
quentius fallitur. Sed melius est ꝙ aliqs fal/
latur habens bonā fidem de aliquo hoīe malo
ꝙ̄ rarius fallaꝛ hn̄s opinionē malā de aliquo
bono: qꝛ ex hoc fit iniuria alicui: non aūt ex p̄.
Ideo Seneca li. 4. de beneficiis ait. Sancti/
us est ꝓdesse etiam malis pp bonos ꝙ̄ bonis
obesse pp malos. Ideo lex sanct vt patiatur po
tius innocentem absolui: ꝙ̄ nocentem cōdem
nari. ff. de penis. l. absentē. i fi̅n. Tertia rō ē
pp ꝓpriā vtilitatem. qꝛ sic hō euitat iudicium
dei. secūdū illud Luc. 6. Nolite iudicare ꝛ nō
iudicabimini. Notādū tn̄ fm Alex. in. 2. vo/
lumine summe. ꝙ primoꝝ nr̄oꝝ facta dubia
nobis pn̄t eē tripliciter. Primo ex ignorātia
principii. Nā vt dr̄ ex de sen. exco. c. cū volun
tate. Voluntate ac proposito maleficia distin/
guūtur. Iō nescimꝰ sepissime ex q̄ principio ꝓ
cedāt alioꝝ opa: ꝓpterea i talibꝰ iudiciū curio
sum cauere debemꝰ. 2° pōt eē aliqd dubiū ex
ignorantia medii: qꝛ multotiens mutaꝛ volun
tas. Nā multi aliq̄ bōa exercentes: mala itētio
ne mutari pn̄t: ꝛ ecōuerso. 3 pōt aliqd eē dubiū
ex ignorātia finis. Iō dr̄. xi. q. i. c. sacerdotibꝰ
Nescimꝰ qs i terribili dei iudicio qualis sit fu
turus. Etenī Paulus egregiꝰ p̄dicatoꝛ dicit.
Nolite an̄ tp̄s iudicare quo adusqꝫ veniat dn̄s
3° pbaꝛ ꝙ dubia sint in meliorē ptem trāsferē
da exemplo. Legimꝰ nāqꝫ ꝙ sanctꝰ fr̄ Leo so/
cius btī Francisci dū infirmareꝛ in loco scē Ma
rie de angelis vidit i visiōe multitudinē fratrū
ꝓcessionaliter incedentiū. Inter q̄s vidit vnū
a cuius oculis radii ꝓcedebāt lucidissimi: ꝛ q̄
rens ab vno illoꝝ qs eēt ille cuius oculi ita splē
debāt: audiuit ꝙ erat frater Bern̄. de qntaual
le primus socius btī Francisci: q semp de his
q̄ videbat in aliis: i melius iudicabat. Qn̄ eniꝫ
videbat aliq̄s male indutos dicebat. Isti meli
us seruāt paupertatem ꝙ̄ tu frater Bern̄. Cū
vo inspiciebat diuites p̄ciosa indumēta defe/
rentes cordis compunctione dicebat. Forsan
illi sub vestibus delicatis humiliores sunt ꝙ̄ tu
frater Bern̄. Ac per hunc modum semper in
dubiis bene de aliis sentiebat. His vero dictꝭ
visio disparuit.

Quod non peccat qui manifesta dānat ma
la: ꝛ iudicat: ꝛ qualiter proximoꝝ peccata non
sunt curiose exploranda. Capitulum. .2.

Secundū iudiciū dr̄ veritatis. Ipsum
aūt ē cū quis de manifestis: aut vir tu/
tibus: aut vitiis ꝓximi sui recte sentit.
De quo dauid in p̄s ait. Recte iudicate filii ho
minū. Et Ari. i. ethi. Vnusquisqꝫ bene iudi/
cat: q̄ bene cognoscit. Et de regu. iur. l. c. Esto
te misericordes. Qd̄ enim scriptū ē. Ex fructi
bus eoꝝ cognoscetis eos. de manifestis dictū
ē. que nō pn̄t bono aīo fieri vt stupꝛum: blasse
mie: furta: ebrietates ꝛ similia. de quibꝰ nobis
pmittitur iudicare. Et. xi. q. 3. c. Si qs dixerit
iniustum iustū ꝛ iustū iniustum: vterqꝫ abomi
nabilis ē apud deum. Et ibidem in. c. si quis
hominē. ꝛ in. c. veh vobis. inducit illud esa.
5. Veh vobis q dicitis bonū malū ꝛ malū bo/
nū: ponētes tenebras lucem ꝛ lucē tenebras.
Verūtamen aliud ē aliena facta subtiliter ꝛ cu
riose inquirere ꝛ inuestigare: aliud eo ꝙ manife
sta sūt ꝛ mala illa cōdemnare. Primū vitiū
est repꝛehensibile. propterea Bern̄. ait. Noli
eē aliene vite aut temerarius iudex: aut curio/
sus explorator. Secūdū vero ꝛ si non sit ma
lum: tn̄ ita faciendū est: vt proximo peccatori cuiꝰ
peccata sūt manifesta cōpassio habeatur. Naꝫ
multi reperiūtur q magis aliena facta ꝙ̄ sua iu
dicare cōtendūt. De quibꝰ dicit Sen̄. li. 2. de
ira. Aliena vitia ante oculos habemus: a ter/
go nostra. Et martial cocus. Ad fratris culpā
aqle tu lumina portas. Ad ꝓpriā vo nulla: vel
ceca geris. Et Criso. i li. de compunctiōe. In
alienis delictis seueri ꝛ amarissimi iudices re/
sidemus: nr̄as āt trabes oculis infixas ꝓprias
nō videmꝰ. Sꝫ vt iquit Tullius i li. 3. q. tusc.
Proprie stulticie ē alioꝝ vitia cernē: suorū obli
uisci. Iō saluatoꝛ nr̄ math. 7. c. ait. Quid vi/
des festucam in oculo fratris tui: ꝛ trabeꝫ in
oculo tuo nō vides. Aut quomō dicis fr̄i tuo.
Sine eiiciam festucam de oculo tuo: ꝛ ecce tra
bes est in oculo tuo: Hypocrita. Eiice pri/
mum trabem de oculo tuo: ꝛ tunc videbis eii/
cere festucam de oculo fratris tui. Ex hoc vsita
tum ꝓuerbium est. Tollere festucā si vis de
fratris ocello. Que tua conturbat lumina tolle
trabem. Et Greg. in moralib. dicit illud qd̄
ponit. 3. q. 7. c. qui sine peccato. Qui sine pec
cato ē vestrū primus i illā lapidē mittat. Ad
aliena quippe petā punienda ibant ꝛ sua relīq̄
rant. Reuocent itaqꝫ intꝰ ad cōsciam vt prius
ꝓpria corrigāt: ꝛ tūc aliena reprehēdant. Est

ad hoc ꝓpositũ illud qđ scribit. 3.q.7.c.iudi/
cet.ꝛ.c.in grauib⁹.ꝛ.c. postulatus. ꝛ.c.sacer
dos. Solẽt aũt hoc vitio multũ infici laici ꝛ se/
culares: qui subtiliter pscrutari qrũt sacerdotũ
ꝛ religiosoꝝ vitã. Et si peccatũ aliquod venia
le in eis viderint: damnãt illos: spernũt doctri
nã: ꝯtemnũt ipsoꝝ officia ꝛ orationes: reputãt
ipsos malos: ac aperto ore vbiqꝫ crudeliter de
trahũt: nec cogitant quot impietatib⁹ ipsi sunt
inuoluti: quot piurijs blasphemijs: vsuris: fur/
tis rapinis: fornicationibus: adulterijs: sodo
mijs: et qꝫ similibus. Pro quib⁹.1.q.1.in. c.
multi. Greg⁹ ait. Multi seculariũ hominum
cũ plus sacerdotũ vitã qꝫ suã discutiunt i ma/
gnũ cõtemptionis diuinoꝝ scioꝝ crimẽ i cur/
rũt. Magna eni trabe vulneratos oculos ha
bentes: eamqꝫ negligẽtes: festucã tenuem in
alioꝝ oculis cõspiciũt: quã dũ incaute euellere
festinant: in erroris foueã dilabunt. Hec ille.
Idcirco salubre est documẽtũ fructuosũqꝫ
vt quilibet suis defectib⁹ se accuset: ꝛ humiliet:
non aũt alioꝝ peccata psumptuose preiudicet.
Vñ beatus Frãcisc⁹ dixit i regula de fratrib⁹
suis. Quos moneo ꝛ exhortor ne despiciãt ne
qꝫ iudicẽt homines quos viderit mollib⁹ ve/
stimẽtis et coloratis indutos: vti cibis ꝛ potib⁹
delicatis: sed magis vnusqsqꝫ iudicet: ꝛ despi/
ciat semetipsum.

Qđ temerariũ est iudicare de pximo malũ
p quodcũqꝫ signũ: nisi esset signũ violentum

Capitulũ .3.

Tertiũ iudiciũ quo quis aliũ iudicat dr
temeritatis. Et est cũ quis male sentit
de ꝓximo suo diffiniendo pp aliquod ide
ficiẽs signũ suspitiõis de quo fit mẽtio. 2.q.1.
c.multi. ꝛ. 2.q.3.c.temerariũ. Notandũ tamẽ
sm Alex. q triplex est suspitio: sm quã quis
põt malũ d pximo suo psumere. Prima dr
violenta. Secunda leuis. Tertia temeraria.

Prima dicit violenta suspicio. s. cũ appa
rent oĩa signa mali: ꝛ nulla boni. vt si adulter
habitaret cũ adultera: de qbus ꝛ si ñ videatur
quid faciãt: tñ pp h⁹ i signũ cohabitatiõis iudi/
care illos nõ est peccatũ. Propt talia iudicauit
Salomon de filio illi⁹ meretricis: q alia mere
trix illa dormiẽte abstulisset: de quib⁹ dicit. 3.
Regũ. 3. et ex. de psump. in. c. afferte. Naꝫ cũ
dixisset Salomõ. Afferte mihi gladiũ ꝛ diui/
dite infantẽ viuũ ꝛ date dimidiã partẽ vni: ꝛ
dimidiã alteri: qđ nõ dixit diffiniendo: sꝫ poti⁹
tẽptando: ꝛ iqrẽdo veritatẽ: vt dicit glo. sup
dc͂o.c.afferte. Clamauit mulier cui⁹ fili⁹ erat
viuus ad regẽ. Cõmota sũt quippe viscera ei⁹
super filio suo. Obsecro dñe date illi infantẽ
viuũ: ꝛ ñ occidat. Econuerso illa dicebat. Nec
mihi nec tibi: sꝫ diuidat. Rñdit rex: ꝛ ait. Da
te huic infãtẽ viuũ ꝛ nõ occidat: hec ẽ enim mr
eius. Secũda suspicio dr leuis: qñ sũt leuia
signa mali: ꝛ fortia ac plura boni: vt si mulier
loquat cũ aliquo viro religioso honeste ꝛ i ho/
nesto loco ac cõdecenti ꝛ similia ꝛ sic iudicare
malũ peccatũ ẽ. Sciendũ tñ sm Tho. vbi su/
pra. q aliud est ex huiusmõi signis dubitare de
malo ꝓximi. aliud illđ affirmare. Primũ per
tinet ad humanã tẽptationẽ: sine q nõ ducitur
ista vita. sꝫ illud apli. 1. Corin. x. Tẽptatio vos
nõ apprehẽdat nisi hũana. affirmare vero ꝛ exi
stimare pro his signis maluꝫ dẽ pximo suo
peccatũ ẽ. Unde Aug. super illud. 1. Corin. 4.
Nolite an tẽpus ꝛc. ait. Et si suspitiões vitare
nõ possum⁹: qꝛ hoĩes sum⁹. iudicia tamẽ. i. dif
finitiuas sñias cõtinere debem⁹. Notandum
adhuc sm prefatuꝫ doctorẽ q suspitio de malo
alteri⁹ põt tripliciter ꝓuenire. Primo ex lon
ga experiẽtia. Vñ Ari. 2. li. ethi. dicit q senes
sũt maxie suspitiosi eo q mltotiẽs expti sũt alio
rum defect⁹. Senes. n. inqt cacegies sunt. Est
eni cacegia in deterius existimare oĩa. 2⁹ pro/
uenit talis suspitio mali ex eo q aliqs male affi
cit ad alterũ. Cũ eni qs aliũ ꝯtemnit vel odit:
facile opinat malũ de ipso: qꝛ vnusqsqꝫ facile cre
dit qđ appetit. 3⁹ ꝓuenit suspicio mali ex hoc q
aliqs in seipso malus est: ex quo cõscius sue ma
litie faciliter malũ de alijs opinatur: propterea
sapiẽs. Ecclesiastes. x. c. ait. Stult⁹ i via sua am
bulãs: cũ ipse sit insipiẽs: oẽs stultos existiat.
Et Seneca i li. d morib⁹. Hoc hꝫ ois affect⁹
vt i q ipse isanit: ceteros putet isanire. Tertia
suspicio dr temeraria: cũ quis oĩa bona i malã
partem trahit. Vñ Criso⁹ i quodã smone ait.
Sũt qdã pueri si q de oibus male iudicãt. Di/
cũt eni si qs studet ꝛ humilitati vacat hypocri
ta est. Si recreationi gulosus ẽ. Si societati
secularis est. Si simplicitati fatuus est. Si alio
ruꝫ correctiõi psumptuosus ẽ. Si silẽtio ꝛ paci
simulator ẽ. hec ille. Quis ergo explicet qꝫ ml
tos lucretur diabolus pp temeraria ꝛ psum
ptuosa iudicia. In qb⁹ tãto mai⁹ piculũ imiet:
quãto minoris culpe eẽ credunt. Euitem⁹ itaqꝫ
illa qꝫtũ possum⁹: vt sic vere pniaꝫ agẽtes asse
qmur hic in seculo dei gratiã ꝛ i futuro sẽpiter/
nã gloriã: i qua viuit gloriosus de⁹ p infinita

secula seculorū. Amen.

Feria q̄rta q̄rte hebdomade i q̄dragesima. de sacratissimis idulgentiis ⁊ relaxationibus quas facit ecclesia in remissionē pene peccatorum. Sermo .50.

Venit nox quādo nemo potest operari. Redēptoris nr̄i v̄ba sūt ista originaliter Joh.9.c. ⁊ in euāgelio hodierno. Ostēsum est in superiori sermone q̄ grauis erit q̄ue timenda purgatoria pena q̄ seruatur his qui in hac vita ꝓ suis pctīs satisfacere neglegūt. Et qm̄ plerīq; excusare se possent. d. vires aut tēpus illis ad satisfaciēdū nō sufficere. Idcirco clementissime prouidit dn̄s noster Iesus xp̄s concedēs thesaurum ecclesie ministris suis ꝓ loco ⁊ tpe peccatorib⁹ dispensādū. Fiunt nanq; in eccl'ia p̄ p̄latos ⁊ supiores relaxationes ⁊ indulgentie in quibus qui faciunt quod debent: peccatorum suorum remissionē lucrantur. Vt autem hoc clarius intelligatur: statui hodierna die de indulgentiis verba facere vt penitentes peccatores intelligētes illarū virtutē inuigilent cū studio eas acquirere: non expectantes noctē mortis ⁊ purgatorie pene: quando amplius non poterunt operari. De ipsis q̄ idulgentiis tria mysteria principalia proponimus declaranda.

Primum dicitur diffinitio

Secundum concessio.

Tertium fructificatio.

Quid sit idulgentia: ⁊ qualiter prodest in foro dei ad diminutionem pene purgatorie: et de clauibus a christo collatis sacerdotibus.

Capitulum primum.

curabit: q̃ aduersum vniuersa consurget. Et
Daniel. 8. c. Cũ creuerit iniqtates: consurget
rex ipudens facie. s. antixp̃s inuerecundus ad
oẽ malũ ẽt intelligens propositiões. Et robo/
rabit' fortitudo eius: sed nõ in viribus suis. s.
q̃ in viribus diaboli. Et supraq̃ credi potest
vniuersa vastabit. Et psperabit' ⁊ faciet. Et i
terficiet robustos scilicet illos q inuenit' firmi i
lege dei nolẽtes ei obedire: ⁊ populũ sancto℞
secũdũ voluntatẽ suã: ⁊ diriget' dolus i mani/
bus eius: ⁊ cor suũ magnificabit. Et i copia re
rum eium occidet plurimos: ⁊ ꝯtra pricipem
pricipũ. s. deũ ꝯsurget. Et sine manu cõteret'
. s. q̃ illũ deus iterficiet: nõ per manũ hois: sꝫ
ãgeli. De ipso ẽt antixp̃o prophetauit Joh. i.
sua canonica. c. 2. Audistis q̃ antixp̃s venit. i.
veniet tp̃e suo fm Nicolaũ de lira. Et Apoc.
13. Joh. ait. Vidi de mari bestiã ascendẽtem:
habẽtem capita septẽ: ⁊ cornua. x. ⁊ super cor/
nua eius. x. diademata: ⁊ sup capita eius noia
blasfemie. Et bestia quã vidi similis erat par/
do: ⁊ pedes eius sicut pedes vrsi: ⁊ os eius si/
cut os leonis: ⁊ dedit illi draco virtutẽ suaꝫ: ⁊
p̃ãtem magnã. Et vidi vnum de capitib9 suis
quasi occisũ in mortẽ: ⁊ plaga mortis eius cu/
rata ẽ. Et admirata ẽ vniuersa terra post bestiã
⁊ adorauerũt draconẽ qui dedit p̃tãtem bestie.
Et adorauerũt bestiã. d. Quis similis bestie:
⁊ quis poterit pugnare cũ ea. Et datũ est ei os
loquens magna: ⁊ blasfemias. Et data ẽ ei po
testas facere mẽses. 42. Et aperuit os suum in
blasfemias ad deũ blasfemare nomen eius: ⁊
tabernaculũ eius: ⁊ eos q in celis habitãt. Et
datum ẽ illi facere bellũ cũ sanctis ⁊ vincere il
los. Et data ẽ illi p̃tãs in oẽm tribũ ⁊ populuꝫ
⁊ linguã ⁊ gentẽ. Et adorauerunt eã oẽs qui
habitãt terrã: quorũ non sũt scripta noia in li/
bro vite agni q occisus ẽ ab origine mũdi. San
ctus ẽt Methodius: quẽ cõmendat Hiero. i
prologo sup Danielẽ. de quo ẽt meminit ma/
gister historie scholastice. c. 4. sup Geñ. ita d̃
antixp̃o dixit in libro quodam suo: in quo tra/
ctat de primis ⁊ nouissimis tp̃ibus. Veniet fi
lius p̃ditionis q dicitur antixp̃s: ⁊ putãs q̃ sit
deus exaltabit cornua eius nimis. Et Paul9.
2. Thessa. 2. c. Reuelabitur ille iniquus: queꝫ
dñs iesus iterficiet spũ oris sui: ⁊ destruet illu/
stratõe aduentus sui. Cuius aduẽtus est fm
operationẽ sathane in oi virtute ⁊ signis ⁊ pro
digijs mendacibus: ⁊ i oi seductõe iniquitates
his qui pereũt. De antixp̃o ẽt Dama. dixit in
4. li. suarũ sniarum. Decet scire q̃m oportet an
tixp̃m venire. Et Aug. 20. li. de ciui. dei. c. 19.
Nõ veniet ad viuos ⁊ mortuos iudicandos
xp̃s: nisi prius venerit ad seducendos i anima
mortuos aduersarius ei9 antixp̃s. Sed i quo
tẽplo sessurus sit incertũ ẽ. vtrum i illa ruina tẽ
pli: qd' a Salomone constructũ ẽ. an in ecclesia
Et saluator noster Joh. 5. ait. Ego veni i noie
patris mei ⁊ non accepistis me. Alius veniet
in noie suo: ⁊ illum accipietis. Et Math. 24.
Cum videritis abbominationẽ desolationis:
que dicta ẽ a Daniele pp̃heta: stantẽ i loco san
cto qui legit intelligit. Predixerat qppe Dani
el. 9. c. In dimidio hebdomadis d̃ficiet hostia
⁊ sacrificium: ⁊ in templo erit abbominatio de
solationis. Quod declarans Hilarius super
Math. dicit. Totũ iudicium aduentus futuri
ponit. d. Cũ videritis ⁊c̃. De antixp̃i eni tp̃i
bus hec locutus ẽ pp̃heta. Abbominatio eniꝫ
ex eo dicta ẽ q̃ aduersus deũ veniẽs nomẽ de si
bi vendicet. Desolatõis aũt abbominatio: quia
bellis ⁊ cedib9 terrã desolaturus sit. Deprehẽ
dim9 ergo p̃ tot testimonia verũ eẽ q̃ antixp̃s
veniet. Sed nõnulli hanc veritatẽ subterfugeẽ
querũt. d. venisse iã antixp̃m. Nã aliqui sunt
tenẽtes hereticos oẽs antixp̃os fuisse. Alii opi
nant' illum fuisse Neronẽ. Quidã vero arbi/
trant' q̃ fuerit spurcissimus Maugmeth. Sꝫ
primis respõdemus non eẽ negandũ heretí/
cos oẽs mysticos antixp̃os posse vocari. Q̃r
⁊ Joh. i. canonice. 2. c. Antixp̃i aũt multi sũt.
Et Hiero. sup illo verbo Math. 24. Multi
veniẽt

venient i noie meo. d. ego sum xp̄s. iqt. Ego reor oēs herésiarchas antixp̄os eē: τ sub noie xp̄i docere que cōtra xp̄z sunt. Veruñ nō obstat quin verus τ realis antixp̄s venire debeat. Contra secūdos vero dicere possumus q̄ Nero non fuit antixp̄s verus. tum q̄ post ipsum inuenti sunt τ alii crudelissimi psecutores xp̄ianoꝝ: vt Domitianus. Antonius seuer⁹. Maximianus. Decius. Aurelianus. Diocletian⁹ Maximianus τ ceteri. tū q̄ antixp̄s regnare debet p tres annos cū dimidio: sicut pz in auctoritate superi⁹ allegata Apoc. vbi dicit q̄ data est illi potestas facere menses. 42. Et Daniel. 12. c. dicit q̄ psecutio eius durabit p tēp⁹ .i. per annū. τ tpa. i. per duos ānos. τ dimidium tpis. i. dimidiū anni fm expositionē Hiero. Nero aūt fm Horosium τ Eutropiuz regnauit ānis. 14. Non potuit ēt Nero esse antixp̄s: q̄ antixp̄s interficiendus est ab angelo. τ Nero interfecit seipsum: vt q alijs crudelis extiterat: in seipso crudelitatis officium exerceret. Sed adhuc quidam dixerunt Neronē resurrecturū τ futurū antichristū. de quib⁹ dicit Aug. li. 20. de ci. dei. Multuz mihi mira hec opinantium tanta presumptio. Alios vero qui dixerunt Maugmeth fuisse antixp̄m cōuincere possumus ex verbis xp̄i dicentis Mathei. 24. Nisi abbreuiati fuissēt dies illi ñ fieret salua ois caro. Persecutio autem Maugmeth durauit iā per ānos octingētos. Persecutio aūt antixp̄i lz grauior τ terribilior futura sit q̄libet alia abbreuiabit pp electos. Quare expectādus ē antichristus: de quo paulus. 2. Thessa. 2. c. ait. q̄ reuelabit ille hō pc̄ti fili⁹ pditiōis qui aduersatur τ extollit supra oē q̄ dr̄ de⁹.

De q̄litatib⁹ seu ꝯditiōib⁹ ātixp̄i q̄tū ad ei⁹ natiuitatem: malignitatē: τ ptātē. Cap. 2.

Secundū mysteriū declarandū de antichristo dicit q̄litatis: in quo notare debemus triplicē eius ꝯditionez. Pria dicit natiuitatis. Scd̄a malignitatis. Tertia potestatis. Pria ātichristi ꝯditio dr̄ natiuitatis fm Methodiū nascet in corozaim. nutrit i bethsaida. Sed q̄busdā videt q̄ nascet i Babylone. vt dicit glo. sup. 2. Thessa. Et Hiero. sup danielē. Verūtamē nec hoc videt cōsonū veritati: nisi itelligamus babylonē mystice: ꝓut signat cōfusionē: eo q̄ babylon illa magna cecidit τ facta ē inhabitabilis. Ex quo dubiū videt in quo loco determiate sit nasciturus antichristus. De gēte vero credibile ē τ verisimile q̄ nasciturus sit. vt Hieron. dicit super. 11. Dañ. de populo iudeorum. De modo āt licet quidam dicant q̄ opere demonis generabitur succubi. s. qui assumpto corpore in specie mulieris supponet se viro: τ incubi qui. s. postea i specie viri commiscebit se mulieri. Tamē hoc nulla auctoritate probari potest. Et vt Hiero. dicit ad paulinum. Q̄d de scripturis sanctis auctoritatem non habet: eadem facilitate contemnitur qua probatur. Idcirco inherendum ē sententie dama. qui ait. Non ex fornicatione generabitur τ suscipiet oēm actum sathane. Secūda conditio antichristi dr̄ malignitatis. Erit qdem hō malus vitiosus τ neq̄: sicut vnquā aliq̄s fuerit in hac vita. Sed apud nonnullos dubiū videt. Vtrū antixp̄s erit diabolus icarnatus quēadmodū xp̄s fuit deus icarnatus. τ q̄busdā videt q̄ sic: q̄ Greg⁹. 16. moral. ait. Caput iniquoꝝ diabolus ē: q vltimis tpib⁹ illud vas pditionis igressus antixp̄s vocabitur Veruñ Hie. expresse cōtrarium dicit sup illo v̄bo danielis. 7. c. Ecce oculi hois erāt i cornu illo. Nō putemus iquit iuxta quorūdā opinionē illud cornu. i. antixp̄m diabolū eē vł demonē: sed vnū de hoib⁹ i quo sathan hitatur⁹ ē corpaliter. Q̄d dictū itelligēdū ē: non q̄ istud fiat p assumptionem τ vnionem in supposito: q̄ vt puto iconueniens est suppositū q̄dcunq̄ creatū posse naturam extraneā assumere: q̄ h̄ ē priuilegiū singulare suppositi increati. Quare dicendū est q̄ diabolus in antixp̄o habitabit p totalem illius hois possessionē. Et ad hunc itellectū trahēda sunt verba Greg. Hoc etiaz ipsū sentire videt ioānes dama. q de antixp̄o ait. Presciens deus iniquitatē future voluntatis eius concedet i eo hitare sathanaz. Erit ita q̄ antichristus hō purus τ verus: lz diabolo familiarissimus: ex cuius cōmercio multa scire τ facere poterit. Vnde Greg. 29. li. mora. ait Sicut. n. cedrus arbusta cetera in altum crescendo deserit: ita ēt antichristus mundi gloriā tpaliter obtinens: mensuras hominuz τ hoīes culmine τ signorum potestate transcēdet. Spiritus quippe in illo est qui in sublimibus positus potentiam nature sue non perdidit vel deiectus. Cuius iccirco virtus nunc minime ostenditur: quia dispensatione diuine fortitudinis ligatur. Tertia antichristi conditio dicitur potestatis. Accipiet namq̄ potestatem a deo sinente τ permittente super vniuersam terram. Attrahet namque paucis duntaxat ex-

O xpiana religio. o decora τ inuiolata fides: persequunt te hodie: deturpant τ inficiunt non tantu alienigene: sed τ tui q fideles τ christiani vocari gloriant. Illi sunt q modica aut nullam habent ad dei cultu reuerentia. Illi q ecclesiasticas dignitates pro explendo ambitionis sue appetitu furantur τ rapiunt. Illi sunt q collocauerunt vinea domini sabbaoth: idest ecclesia sanctaz no agricolis fidelibus: sed vt ita dicam atrocissimis beluibus. Illi sunt q ecclesiaru bona lacerant: dissipant: in vsus malos expendut τ deuorant sicut lupi. Illi sunt q principantur imperant τ dominant: popul⁹ sine iusticia: sine veritate: sine clementia. Illi sunt qui precepta dei viuentes negligunt τ contenunt. Non colunt deu: non amant: non venerant: τ plasfemant nome eius sanctuz τ in illo periurat: dies festos no seruant: parentes aspernantur inmudi sunt: iracudi litigiosi: seditiosi: pcussores: homicide humanu sanguine crudeliter effundentes. No erubescunt quasi iaz publice adulterari: fornicari: τ quod his fedius est contaminari fetidissimo vitio sodomie. Auaricie autez locu dederunt ita vt nulla sit amplius veritas: nulla fides: nulla charitas in eis. Lucrantur p vsuras: fraudes: simulatioes: deceptioes: et alios indebitos modos. Licentiarunt linguam vt loquatur criminatioes: mendacia: testimonia falsa detractiones: susurrationes: scurilitates: cotumelias: improperia τ conuitia. Aperueru cor suu ad concupiscenduz huius seculi bona: τ ad desideranduz delectari in peccatis carnis. Fregerunt multi votu quod deo fecerant. Finxerunt multi bonitate vite: acceperunt ouiu vestimenta: intrinsecus aute sunt lupi rapaces. O quanta peccata τ q̄z enormia latent sub ouina pelle. o magne deus. o sapientissime domine: tu omnia vides et tu omnia deniqz nosti. Nos vero merito propter tata facinora timere debemus ne in nos deseuiat ira sua: sinatque p antichristuz vexari munduz tempestate magna. A qua nos liberet redemptor noster pijssim⁹: qui cu patre τ spiritu sancto viuit τ regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Dnica de passione i mane: de honore pare tuz exeplo xpi: q i euagelio suu patre honorare se asserit. s. quo ad dilectione: subiectione: τ conuersationem. Ser. 54.

Eo honorifico patre meu. Verba sunt redeptoris nostri originaliter Ioh. 8. c. τ hodierno euangelio annotata. Facti sunt adeo vt plurimu impij filij ad parentes suos: vt merito glibet pater aut mater dicere possit illud Esai. pmo. Filios enutriui τ exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Vt igitur etia τ ipsi iuuenes τ adolescentes ac pueri parentes colendo ad vera penitentia reducantur: in presenti sermone de honore parentuz dicere statui. Na exodi. 20. c. dominus de⁹ dixit. Honora patre tuuz τ matre tuaz: vt sis longeuus super terra. Christus vero in euangelio hodierno patre se honorare fatetur: vt sic nos etia suo exemplo instrueret quid agere debemus. De ipso itaque paretu honore tria mysteria declarabimus.

Primu dicitur dilectionis.
Secundu subiectionis.
Tertium conuersationis.

Quod honoradi sunt parentes propter beneficiorum multiplicitate: ppter parentu charitatez: τ ppter irrationabiliu exemplaritatem.

Capitulum. primu.

Primu mysteriu declarandu de parentuz honore dicitur dilectionis. Debet vtique filij qui parentes honorare volunt illos diligere τ ex corde amare ppter tria. Primo ppter beneficiorum multiplicitate. Secundo ppter parentuz charitate. Tertio ppter irrationabiliu animaliu exemplaritate. Primo filij debent parentes diligere ppter beneficiorum multiplicitatem. Quisna explicet quot a parentib⁹ filij beneficia receperunt. Ab illis equidem sumpserunt esse qd bonu taz grande e: vt ipsum sit fundamentu omniu aliorum bonorum. Na qui no habet esse: nullu aliud bonu habere potest: no diuitias: no gloria: no fama: no sciētiaz: no virtutes: no gratia: no vita eterna. Ipsum etia esse bonu ab omnibus est desiderabile. Vnde Ari. secundo de anima inquit. Omnia appetunt ee: τ illius causa agut quecuqz agut fm natura. Propter hoc bonu a parentib⁹ habitu libro de hebdomadib⁹ Boecius ait. Q iuz bonorum ipsuz ee bonu e: hic et sapiens. Eccl. 7. ca. ait. Honora patre tuu τ gemitu mris tue ne obliuiscaris. Memento quonia nisi p illos no fuisses. Et Hiero. i epistola de honore parentu ait. Honoradi sunt parētes qz pmo sunt nobis ca nascendi. Hoc bnficio motus Coriolanus roman⁹ cosul ab vrbis rome obsidioe cessauit. Scribit naqz de illo Eutropius: q posteq̄z vicerat volscos τ coriolos: vn postea nome

accepit: exul factus romanis ad volscos i exiliū
mittitur: cū quibus gratiose viuens ab eis cō/
tra romanos dux factus est. Et post multas ci/
uitates ⁊ terras ab eis adeptas ad fossas quin/
que miliū passuū ab vrbe castra posuit: secūdus
post Tarquiniū superbū: q cōtra patriā duxis/
set exercitū. Populatur inde romanū agꝛ cu/
stodibus inter populatores positis: quod fm
Frontinum de re militari: faciebat vt discordia
oriretur inter patres ⁊ populū. Multitudo tā/
dez ingens pacē expectans: senatū mouit vt ad
Coriolanū oratores mitteret. Qui cū nō obtī/
nuissent: iterꝫ missi alij nō recipiuntur i castris.
Mittuntur postea sacerdotes cū suis insigni/
bus velati: qui minus fecerūt ꝙ̄ primi. Tunc
matrone: vt scribit Valeriꝰ sub rubrica de pie/
tate erga parentes: ad Vecturiā matrē Corio
lani. Voluniāqꝫ vxorē frequentes cōueniunt:
vt ipsa mater ⁊ vxor Coriolani duos eiꝰ filios
in hostiū castra ducerent: ⁊ vrbē precibꝰ libera
rent: quā armis tutari difficile erat. Cū ergo ad
castra ventū est nunciat̄ Coriolano adesse igēs
mulierū agmē: qui spreuit eas: mox qdā fami/
liarium: nisi me inquit decipiant oculi: mr̄ tua:
cōiunx ⁊ liberi tui adsunt. Tunc Coriolanꝰ cū
matris obuie amplexū ferret: dixit mr̄. Prius/
ꝙ̄ amplexū accipiā dic an ad hostē: an ad filiuꝫ
venerim: ⁊ vtrū captiua in castris tuis sim. In
hoc me lōga vita ⁊ senectꝰ traxit vt exulē te deīn
hostē viderē. Potuisti populari hāc terrā: q̄ te
genuit ⁊ nutriuit. Si ego te nō peperissem ro/
ma nō oppugnaret̄. Si filiū nō haberē: libera i
patria mortua essez. Vxoris deinde ac liberoꝝ
amplexus ab omni turba mulierū strauere vix
Tunc ad matrē versus ait. Expugnasti ⁊ vici/
sti irā meā. Patriā ergo vtero tuo dono: repē
teqꝫ agrū romanū armis hostibꝰ liberauit. Re/
cordatus fuit ergo Coriolanus ꝙ̄ntū matri de/
bebat: in cuius vtero susceptꝰ esse. Hinc Hie
ronymus de honorādis parētibꝰ ait. Prebeat̄
patribꝰ amoris mixta formido: qui primi sunt
vobis cā nascendi. Exhibete patribꝰ filij quod
vos potestas paterni nominis cogit: que a deo
est eoꝝ meritis attributa: vt ipsa de vobis exi/
gat qđ natura iubere nō potuit. Matribꝰ quo/
qꝫ debitā impēdite reuerentiā: que vobis vteri
liuore fuientes pondus corporis vestri tollerāt
atqꝫ ignotā portātes infantiā: famulatuꝫ quen/
daꝫ exhibent nascituris. Illo tempore nō tātuꝫ
sibi mater esurit: nec acceptos sola digerit cibos
Materno victu alitur ⁊ ille q latet: eiusque me/
bra alterius comestione pascunt̄: vt hō futurus
alienis morsibꝰ saturetur: hec ille. Sunt ⁊ alia
beneficia filijs a parentibus oblata. Naz vt in
pluribus ipsi filios nutriunt aut nutriri faciūt:
ipsos in etate infantili cuꝫ magna diligentia ab
omnibꝰ cōtrarijs protegunt ⁊ defendunt. Ipsi
eis prouident de vita ⁊ tegumento. Ipsi eis al
ludunt: applaudunt ⁊ blandiunt̄ vt a plācitu re/
uocent. Ipsi eos docent vt loqui sciant: imo vt
sepissime vt bonos mores sequantur: ꝓpterea
Hieronymus de honore parentū ait. Memē
to ergo parentū esse q̄ talis es: quoꝝ manibus
incremēta sumpsisti. Secūdo filij debēt parē
tes diligere propter parentū charitatez. Nam
quātūcūqꝫ filij diligant patrē ⁊ matrē tamē ab
his plus diliguntur. Et hoc secundū Arist. 8.
Ethi. prouenit ex triplici ratione. Prima ra
tio est diuturnitatis temporis. Nā quāto amor
magis durat: tāto vehemētior perficit̄. Amor
autē parentū ad filios diuturnior est ꝙ̄ filioꝝ
ad parentes. Statiz eniz cū filij nascuntur parē
tes diligunt eos: nō tamē statim filij diligūt pa
rentes: qꝛ nō statiz sunt tāte cognitionis vt pos
sint cognoscere quid sit diligendū: diuturnior
est ergo amor parentū ad filios ꝙ̄ econuerso ⁊
fortior est ⁊ vehementior. Secūda ratio ē cer
titudinis prolis. Parētes igit̄ sunt magis cer
ti de sua ꝓle: ꝙ̄ ipsa de parentibus. Et sic ma/
tres plus ꝙ̄ patres. Tertia ratio est vnionis:
qꝛ filij vniunt̄ parentibus eo ꝙ ab ipsis habēt
esse: ⁊ nō ecōuerso. Ideo dicit Alex. in. 3. vo/
lumine summe: ꝙ de amore filijs exhibēdo nō
datur ꝓceptū: sicut nec de amore sui ipsius: qꝛ
ad hoc sufficienter inclinat natura. Unde sicut
humor ascendit a radice ad ramos: ⁊ nō ecōuer
so: sic naturaliter a parentibꝰ ascendit amor ad
filios ⁊ nō ecōuerso. Idcirco amor parētuꝫ ad
filios est naturalis. Amor vō filioꝝ ad paren/
tes debet esse gratuitus. Hinc Hieronymus
in epistola de honorandis parentibꝰ ait. Sit ti/
bi grata vita ipsoꝝ: quibꝰ carior est vita tua ꝙ̄
propria. Redde amoris vicē colende pietatis.
De hoc autē amore parentū ad filios est exem
pluꝫ de Dauid clemētissimo. 2. Regū. 18. Cū
enim Absalon filius eiꝰ tēptasset eū pellere re/
gno: ac Dauid cōtra eū mouisset exercitū: cum
ipse Dauid remansisset in porta ciuitatis: ꝓce/
pit Ioab ⁊ Abisai quibus cōmissa erat summa
belli. d. Seruate mihi pueruꝫ Absalon. Itaqꝫ
egressus est populus cōtra Absalonē ⁊ tuos i
cāpū: ⁊ factū ē ꝓliū. Debellataqꝫ est ab exercitu
Dauid

David gens Absalonis. Accidit autem vt Absalon occurreret suis David sedens mulo. Cumq3 ingressus fuisset mulus subter cōdēsaz q̄rcū adhesit caput eius q̄rcui: ⁊ illo p capillos suspēso: mulus cui insederat ptrāsiuit. Q̄d cū nunciatuz fuisset Joab: tulit tres lanceas in manu sua ⁊ infixit eas in corde Absalonis. Cūq3 adhuc palpitaret cucurrerūt decē iuuenes armigeri Joab ⁊ interfecerunt eū. Cū vō nuncius curreret ad David: q sedebat inter duas portas: ⁊ speculator diceret. Video aliquē venientez: dixit David. O si bonus ē iste nunci⁹. Et appropiquās nunci⁹ ad David ait. Salue rex. Bn̄dictus dn̄s deus: q dispersit oēs cōtra nos regi meo. Et ait rex. Est ne pax puero Absaloni. Qui rn̄dit q interfectus erat. O David pr̄ pijssime. o pr̄ amātissime. Nō cogitauit Absalonis rebellionē: nō dixit. Volebat fili⁹ meus subripe regnū meū ideo merito est interfectus: imo paterno amore deuictus: cōstrict⁹ ē lachrymas fundere: ⁊ ascēdit cenaculū porte ⁊ fleuit: ⁊ sic loquebat̄. Fili mi Absalon. Absalon fili mi: qs mihi tribuat vt ego moriar p te. Absalon fili mi. Fili mi Absalō. Vincebat ergo paternus affect⁹ David animū: vt de mortuo filio lz sibi inimico nō gauderet: sz poti⁹ angustiaret. Tertio filij dēbēt parētes diligere pp brutoz ⁊ irrationabiliū animaliū exēplaritatē. Ipse eqdē seuissime fere ⁊ animalia siluestria: serpentes feroces volucresq3 rapaces ad parētes suo mō pietatē exhibēt ⁊ amorē. De ciconia. n. in li. de natura animaliū legit̄: q senescens pater aut mater ei⁹ ab ea nutrit̄: alis cōfouet: ⁊ Ciconia filia q̄cūq3 pōt bn̄ficia parentib⁹ indulget Quare vt dicit Ambrosius in examerō. Auis pia romanoz antiquo more appellari solebat. Sz dū hec loquimur: admirari debemus vn̄ ē q in multis filijs tāta iniquitas reperit̄. Nam vsq3 adeo pleriq3 in patrē aut in matrē crudeles effecti sunt: vt nō solū eos odiant: nō solum nō amēt: sz mori illos desiderēt ⁊ affectēt: imo visuz ē tēporibus nr̄is. s. 1470. i ciuitate Bari filiū gladio interimere ppriā matrē. O genimina viperaz. O oīs humanitatis inimici. o inexhonoratissimi filij. o socij pditoris Jude Et qd nequs cogitari aut dici pōt vel audiri q̄z erga parētes vr̄os vr̄a iniq̄ ⁊ mala voluntas. Sz vt arbitrari possuz triplex est cā cur filij parentes exosos habent. Prima cā est filioruz supbia: ppter quā egre ferūt si a parētibus corrigant̄: si illoz reprimat̄ audacia: si moueant̄ vt bene viuant. Cōtra tales est aureū illud dictuz Salomonis. Audi fili mi disciplinā pr̄is tui: ⁊ ne dimittas legē matris tue: vt addat̄ grā capiti tuo: ⁊ torques collo tuo. Secūda cā q̄re filij odiunt parentes est auaricia. Cupiunt equidez dominiuz ⁊ potestatē habere super paternis et maternis bonis: ⁊ cū id assequi nō valeant: cōtra parentes cōcipiunt odiū. Nonulli vero viduas matres ⁊ vetulas nunc precibus: nūc blādicijs falsis inducunt vt de sua dote liberā eis faciant donationē. Qui tamē cū id obtinēt nullaz de matribus curā gerunt. Et ppterea caute agendū est ⁊ q̄diu quis pōt esse bonoz suorū dominus nō det alicui bona sua. Ex hoc sapiēs Eccl. 33. ca. ait. Filio ⁊ mulieri: fratri ⁊ amico nō des potestatez super te in vita tua: ⁊ nō des alienis possessionem tuā: ne forte peniteat te et depreceris pro illis. Tertia cā est quare multi filij parētes odiunt: illoz luxuria. Vt eniz dr̄ i. Esdre. 4. c. Multi dementes facti sunt propter vxores suas. Propter illas quādoq3 filij parentes molestant: expellunt de domo: ⁊ quasi amplius videre non possunt. O filij diligite vxores vestras: sed nō imoderato amore vt parentum vestroruz obliuiscamini. Mementote semp q magis diligunt vos parentes vestri q̄z vxores vestre.

Qualiter filij debent esse parentibus subiecti: ⁊ de triplici gradu supioritatis: spūalis: temporalis: ⁊ corpalis. Capitulum. .2.

SEcundū mysteriū declarandū de honore parentū dicit̄ subiectio. Debēt vtiq3 filij esse parentibus subditi: illisq3 obedire. Et de hoc dicit̄ Col. 3. Filij obedite parētibus vestris p omnia. Et Eph. 6. Filij obedite parentibus vr̄is in dn̄o: hoc eniz iustuz est. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā: quod est mandatuz primū in pmissione vt bene sit tibi ⁊ sis longeuus sup terrā. Et Hieronymus in epistola de honorādis parentibus ait. Imitamini filiū Machabeū: q mr̄i suadenti mortē obediuit: ⁊ dux impium gratanter aggressus est: ne offenderet genitricem. Et redemptor noster humilitatis magister: vt dicitur Luc. 2. c. erat subditus illis scilicet Joseph: ⁊ virgini matri. Et Deut⁹. 21. c. quādo lex currebat seueritatis ⁊ iusticie dixit deus. Si genuerit homo filiū cōtumacē ⁊ proteruū qui nō audiat pr̄is ac matris imperiū: ⁊ coartatus obedire cōtempserit: apprehendent euz: ⁊ ducent ad seniores ciuitatis: et ad portam iudicij: dicentq3 ad eos.

Filius noster iste proteruus et contumax est: monita nostra audire cōtempnit: cōmessatiōib⁹ vacat: et luxurie atq; conuiuiis: lapidibus eu; obruat populus ciuitatis et moriatur: vt auferatis malū de medio vestri: et vniuersus israel audiēs pertimescat. Notandum tñ s᷑m Alex. in. 3. q̄ triplex est gradus superioritatis scd̄m quem debet esse ordinata obedientia. Prima est superioritas spiritualis. Secūda temporalis. Tertia corporalis. Prima est superioritas spiritualis: i qua est p̄latus cui obediendū est in spiritualibus et non in temporalib⁹ nisi p accidēs inquātū temporalia quādoq; ordinari possūt ad aliquē finē spiritualē. Secunda est superioritas temporalis: in quā preest domin⁹ temporalis qui mandare potest ea que concernunt publicū et cōmune bonum: eiq; sub pena peccati obediēdum est vt dicitur. 41. q. 3. c. qui resistit. c. si bonum. c. Julianus. Et di. 8. c. q̄ cōtra mores. Tertia ē superioritas corporalis in qua paterfamilias p̄est filiis et omni domui sue. Et secundum hanc pater potest p̄cipere ea que pertinent ad necessitatem vel vtilitatē. Et secundum hoc filij debent parētibus obedire. Vnde si parentes mandarēt illa que pertinent ad superiores spirituales: vtputa q̄ filij ieiunarēt in pane et aqua: quod est officiū cōfessoru;: aut mandarent ea que pertinēt ad superiores tēporales sine ipsorū volūtate et auctoritate ñ esset eis obediendū. Multo minus etiā nō debent filij parentib⁹ obedire in his que cederent in detrimentū proprie salutis et esset contra diuinū honorē. Vnde Hugo de sancto victore ait. Obedire debemus parētibus i omnibus: exceptis his in quibus dei patris dilectiō offenderet᷑. Et Hieronim⁹ ad Furiam. Honora patrē tuū: sed si te a vero patre nō separat: tandiu scito sanguinis copulā: q̄diu ille suū nouerit cōditore;. Alioquin tibi Dauid protinus clamat et dicit. Audi filia et vide et obliuiscere populū tuū et domu; patris tui: et cōcupiscet rex decorē tuū: hec ille. Ex q̇bus oīb⁹ colligimus q̄ grauit errēt hi q filios aut filias nō ex leuitate: sed ex volūtate bona deo seruire volētes ipediūt: ac a ꝓposito bono reuocare nitunt᷑: de quibus diffusius in sermone de religione dicemus. Nūc autē hortari tantū sufficiat iuuenes ꝑpter xp̄m non dubitare parētib⁹ nō obedire. Jp̄e. n. dic̄ Math. x. Qui amat patrem aut matrē plus q̄; me nō est me dignus. Sic ꝯfortabat sc̄us Sebastian⁹ iuuenes illos fide et sanguine ac passione germanos Marcū. s. et Marcellianū: du; ꝓ fide xp̄i decollari debebāt. Ad quos aduenere parētes: vt eos a sācto ꝓposito reuocarēt. Aduenit et primo mater que soluto crine scissisq; vestib⁹ vbera ostendēs aiebat. O preduces filij circūdat me inaudita mestitia et intollerabilis luctus Heu me miserā: amitto filios ad morte; vltro tēdentes: quos si mihi hostes auferrēt: p mediā sequerer bella raptores. si violenta iudicia concluderent: carcerē irrūperē moritura. Nouu; hoc pereundi gen⁹ est in quo carnifex rogatur vt feriat: vita optatur vt peat: mors inuitat᷑ vt veniat. Nouus h̄ luctus: noua miseria: in q̄ natorū iuuētus spōte amittit᷑: et parētum miserāda cogitur senectus vt veniat. Hec dicente matre pater senior adducitur manib⁹ seruulorum et puluere asperso capite h⁹i voces dabat ad celū. Ad mortē vltro proficiscētib⁹ filiis vale dictur⁹ adueni: vt q̄ mee sepulture pauerā: i filiorū sepulturas expenda; infelix. O filij bacul⁹ senectutis mee: et geminū viscerū meorū lumē. Cur sic morte; diligitis. Venite huc iuuenes et flecte sup iuuenes spōte pereūtes. Venite huc senes et mecū sup filios plāgite meos. Deficite plorādo oculi mei: ne videam filios meos gladio cedi. Aduenerūt etiā cōiuges cū filiis lamētātes. Inter hec ceperūt corda martyrū mollescere: quos tamē sanct⁹ Sebastian⁹ suis v̓bis dulcissimis cōfortauit: adeo vt ꝓ xp̄o animose pati nō dubitarēt. Et sic decollati sūt. Quo exēplo edocent᷑ iuuenes: nō esse illis curandu;: si in his que ad anime salutē proprie: et ad dei spectāt honorē a parentib⁹ ꝯtrariū precipit᷑: et ob hoc sint eis in obedientes: vt deo pareant.

Quō filij debēt cū parētibus conuersari cū benignitate: cum hūilitate: et cū pietate. Caplm. 3.

Tertiū mysteriū declarandū de honore parētū dicit᷑ cōuersationis. Debent vñq; filij cū parentib⁹ cōuersari vt debent et expedit tripl'r. Priō cū benignitate. Secūdo cū hūilitate. Tertio cū pietate. Priō cū benignitate: vt sint eis benigni ad cōsolandū eos nō ad cōtristādum. Na; vt iquit Hieronym⁹ Habet quandā senectus infantiam. Solēt eni; senes esse tediosi suspiciosi: querulosi: inmūdi: et in domo inutiles. Nō tamē propterea filij debēt p impatientiam verbis illos exasperare. Vnde Hieronymus inquit. Nemo parentes asperis verbis ledat: hoc ora filioru; aspernent᷑ qd̄ parentes ledat audire. Et idē Hieronym⁹ de honorandis parentib⁹ ait ad filios. Audite

filij salutiferã iussionem: ⁊ ꝑcepta legis affectu
debiti amoris implete. Seruite patribus futu
ri patres: ⁊ matres vestras tenera diligite pie/
tate: vt vestre coniuges mereantur matruꝫ no
mine nuncupari. Nemo patreꝫ asperis verbis
ledat: ne fiat amara dulcedo. Hoc tamẽ fit in/
ter parentes ⁊ filios ꝙ domino iubente natura
continuit. Affectuꝫ sonet quicquid lingue dixe
rint liberorum. Inter caras coniunctasqꝫ ꝑso
nas pietatis iura seruentur. Hoc filiorum ora
loquantur: quod delectat parentes audire. Et
iteruꝫ supradicto libello ideꝫ ait. Meret enim
cecitatis sue subire suppliciũ: qui parentuꝫ vul/
tus vel toruo visu despexerit: ⁊ elatis oculis le/
serit pietatẽ. Si quicqꝫ sapitis filij: eo animo vi
dete venerabiles facies: quo vos ipsi conspi/
ciunt ⁊ eoruꝫ labris dulcibus osculis inherete:
quia eoruꝫ oscula adhuc habetis in membris.
Senibus seruire perfacile est: quos nemo po/
tat nemo nutrit succo corporis sui. Foueatur
itaqꝫ parentum senectus: ⁊ factis eorum vicissi
tudo reddatur. hec ille. Contrarium autẽ faciẽ
tibus multa mala eueniunt. Unde idem Hie
ronymus vbi supra. Irreuerens autem filius
quod a domino ipse mereatur Salomonis di/
cta testantur. Contumelijs afficiens patrem ⁊
contemnens senectam matris: confundetur ⁊
in opprobrijs erit: filius derelinquens custodi
re disciplinam patris meditabitur sermones ma
licie. Maledicenti patrem ⁊ matreꝫ extinguet
lumen: ⁊ pupille oculorum eius videbunt tene
bras. Audi fili patrem qui genuit te: nec con/
tempseris quia senuerit mater tua. Parcat pa
tri lingua quam genuit: ⁊ matreꝫ suam nemo
crudeli verbo percutiat. Sic te rapiet fili iuue/
nilis etatis auctoritas: vt noueris vnde sis na
tus. Memento scripture sancte: vbi spiritu scõ
loquente dictum est. Qui maledixerit patrem
aut matrem morte moriatur. hec ille. Que om
nia breuibus verbis comprehendens sapiens
Eccle. 3. c. ait. Fili suscipe senectam patris tui
⁊ nõ contristes eum in vita illius. Si defecerit
sensu veniam da illi. Suscipe inquit senectam
laboriosam ⁊ onerosam recordans infantie tue
quando flebas: turbabas domuꝫ: inquietabas
dormientes: fatigabas matrem: sedebas pan/
nos: ⁊ alia faciebas quibus infantilis etas so/
let esse molesta. Sicut enim tollerauit pat aut
mater imo suscepit ⁊ adiuuit infantiam tuam:
sic ⁊ tu suscipe ⁊ non abhorreas senectam illorum
Sequitur Sapiens in auctoritate preallegata.

c. Patris tui non alieni nõ canis: nõ inimici
sed patris tui cari genitoris amatoris ⁊ bene/
factoris. O ꝗꝫ dulce vocabulum pater aut ma
ter. o ꝗꝫ gratum verbum filius aut filia. Hinc
Hieronymus ad matrem ⁊ filiã in gallijs cõ/
morantes ait. Mater ⁊ filia nomina pietatis:
officiorum vocabula: vincula nature sunt. hec
ille. Caueant autem filij ne qđ absit deficiẽtes
sensu parentes derideant ⁊ maledicantur: sicut
⁊ Cham qui maledictus fuit eo ꝙ Noe patre
suo dormiente euꝫ discoopertũ irrisit: vt habet
Gen. 9. c. Secũdo filij debent cũ parentib⁹
ꝯuersari cũ hũilitate illos reuerendo atqꝫ timẽ
do. Maxime aũt filij debent timere ne sua cul
pa aut defectu a patre vel a matre maledicãtur
Est enim hoc modo paterna aut materna male
dictio sagitta vulnerans ⁊ penetrans intima
cordis filiorũ malorũ. Unde Augustin⁹. 22.
li. de ci. dei narrat ꝙ apud Cesareã Capado/
cie ꝗdam nobilis matrona fuit viri destituta so
latio. x. filios habens: septem mares ⁊ tres fe/
minas. Quadam autem vice mater ab eis of/
fenditur: ⁊ maledictionem filijs imprecat. Su
bito imprecationẽ matris diuina vindicta sub
sequit: ⁊ omnes pena horribili: ⁊ simili feriun
tur. Nã omnes tremore sunt horribiliter per/
cussi. Quapropter nimiũ dolentes ⁊ ciuiũ suo
ruꝫ oculos nõ ferentes: per totuꝫ orbẽ vagari
ceperunt. Et quocunqꝫ ibant omniũ in se pro/
uocabant aspectũ. Ex his autẽ duo frater ⁊ so/
ror Paulus ⁊ Paladia Hyponiã venerunt
⁊ Augustino qđ sibi aduenerat narrauerunt.
Cũqꝫ iam. 15. diebus ante pasca ecclesiã beati
Stephani frequentantes sanitatẽ ab ipso mar/
tyre multis precibus postulassent i ipso die pa
sce: cũ frequens populus presens esset oratiõe
facta añ altare sci Stephani ãbo frater et soror
surrexerunt pariter sani. O filij superbi. o filij pa
rentibus vestris insultãtes. o filij irreuerentes
inobedientes ⁊ cõtumaces timete paternam ⁊
maternã maledictionem. Timete insuper ⁊ di
uinuꝫ iudicium. Naꝫ sicut longa vita speranda
est ab illis qui parentes honorant: vt habetur
Exo. 20. c. Ita ⁊ breuis vita ⁊ infelicitate ple/
na a malis filijs est pertimescẽda. Tertio de
bent filij cum parentibus cõuersari cũ pietate
illis. s. in infirmitatibus necessitatibus ⁊ anti/
quitate pie subueniendo cũ facultas adest. Un
de Hieronymus vbi supra ait. Exolue fili qđ
debes ⁊ officia debita qualiacũqꝫ exhibe famula
tu: parentib⁹ vero nemo reddere potest quãtũ

tenef. Et Ambro⁹ super Luc. ait. Si pauperis inquit matrem: non redidisti ei cruciatus quos pro te passa est: non labores quibus te gestauit: non alimenta que tibi ministrauit. Audi etiam Hiero. o ingrate fili vbi supra. d. Quid ipsa memorē nutrimenta: et tenere infantie dulces iniurias: quas nutritoris affectus de suis para bolis sumit. Quid cibos in matre confectos: qui feminei manātes ex mēbris lacteū soluūt in succū: et fauces inualidas liquido sapore per fundūt. Cogente natura sumunt infantes de matre qđ bibāt: et dente non nato hoc sibi cur/rentibus labris eliciūt: qꝫ nō sit necesse morde re. Seruiūt materna posteris pectora: seruiūt ipsis i cunabulis manus et terga: membris de uoluta lactētium gratos artus accipiūt. Optat mater paruulum crescere: optat cito videre ma/iorē: eumqꝫ numeris iuuenum miscere festinat nāqꝫ sibi forsitan seruiturum. His tot tātisqꝫ precedentibus factis: parentibus et matri tota debet alacritate seruiri. hec ille. Prout fecit illa filia licet pagana: quam laudat Ualerius rubri ca de pietate erga parentes. Hec matrē adiu/dicatam vt fame moreretur in carcere per dies plurimos fingens se visitationis causa ad eam accedere velle: impetrato a carceris custode adi tu: tamen bene excussa ne sibi alimēta portaret proprio lacte sustētauit: Quod dū iudici innotuis set matri donauit vitā admirās filie pietatem. Curent igitur seruare filii que dicta sūt. patres vero et matres caueant ne ipsis proquibuslibet minimis defectibus maledicāt. Hoc ideo dico qꝛ solēt plures mulieres non posse loqui absqꝫ maledictionib⁹ et blasphemiis. O feroces ma/tres cur filios vestros quos portastis in vtero tot maledictionibus iugulatis. Ut tamē propi tius sit deus omnibus tā parentibus qꝫ filiys cōsulo vt hac die qꝫprimū intraueritis domū antequā comedere incipiatis oēs filii et filie corā patribus et matribus genuflexi veniā petant et postulent benedici. At et ipsi parentes eos am plexantes: dulciter osculentur et benedicant: sic qꝫ acquiretur in hoc seculo dei gratia et in futu ro eterna gloria: in qua viuit et regnat Marie virginis filius amorosus redēptor noster ihs: qui vt nobis daret exemplum honorandi parē tes vt dicit Lucas: erat subditus illis Joseph et Marie: vt dictum est supra. Amen.

Dominica de passione istra diē de maledictio nibus diuersarū creaturarū: irrationabiliū: et intellectualium et ipsius dei omnium creatoris

Demonium habes Judeorum blasphemantiū xp̄m ver/ba sunt ista originalit Joh. 8. c. et in euāgelio hodierno. Cō/tremiscunt viscera mea: et cor meū fit gelidū totum cū considero detestabilem horribilēqꝫ xp̄ianorum abusum: qui presumpse/runt iam publice relaxare linguas suas ad ma/ledictiones et ad blasphemias dei et sanctorum celi Est autē hoc malū adeo cōmune: adeo genera le: adeoqꝫ antiquū atqꝫ inueteratū: vt propterea videatur plerisqꝫ aut paruum aut satis leue pec catum: vel certe nullū. Quo fit vt iam in vicis: in plateis: in domo: in foro: in ciuitate: in agro resonet cōtumelia dei summi: et benedicte mris eius: et aliorum sanctorū. Et licet nōnulli cōfiteā tur et accusent se maledicendo et blasphemando peccasse: nihilominus nolūt credere peccati hu ius grauitatem. Ea propter i p̄senti sermone de peccato maledictionis: sub quo et blasphemiam intercludemus aliqua necessaria studebim⁹ de clarare: vt sic qui ad penitentiā verā voluerint redire: intelligant q̄tū ipsis cauendū sit a male dictis. Ni et iudei pessimi domino iesu christo maledicentes merito videātur abhorrendi: mul to fortius et ipsi christiani: q fidē eius p̄fitētur.
Distinguem⁹ ergo triplicē maledictionem.
Prima est facture irrationalis.
Secunda creature intellectualis.
Tertia nature diuinalis.

Quod nō debent christiani maledicere crea turis irrationabilibus eo qꝫ ordinantur ad ho/minem per subuentionē: significationem: et per modum cōtinentis. Capitulum. .I.

Prima maledictio est facture irrationa/lis: vt. s. quis maledicit terre: lapidib⁹ arboribus: animalib⁹ pluuie ventis: so li: et lune: ac similibus. Et de hac maledictione sanctus Tho. 2. 2. q. 76. inquit. Maledicere re bus irrationabilibus in q̄tū sunt creature dei ē peccatū blasphemie: maledicere autē eis secun/dum se cōsideratis est ociosum et vanū: et p con/sequens illicitū. Sed posset aliquis arguere ostē dendo nō esse illicitū maledicere creaturis irra tionabilibus. Primo qꝛ vt habet. 2. Regū. I. Audita Dauid morte Saulis et Jonathe ma/ledixit montibus gelboe. Secundo qꝛ xp̄s vt habetur Mathe. 21. et Marci. 11. maledixit fi/culnee: in qua nō inuenit nisi folia. Tertio qꝛ

Job vt dicit eiusdem.3.maledixit diei suo: et dicebat. Pereat dies in qua natus sum et nox in qua dictū est: cōceptus est hō dies illa vertat in tenebras. Respondet Tho. vbi supra q benedictio et maledictio ꝓprie pōt ptinere ad illā rem cui pōt bonū aut malū cōtingere.s.rōnali creature. Ipsis ergo irrationabilib9 dicit cōtingere bonū aut malū,in ordine ad creaturam rationalem ꝓpter quā sunt. Ordinant aūt creature irrationales ad hominem tripliciter. Primo p modū subuentionis: inq̄tū ex eis subuenit humane necessitati. Et h̄ mō a deo Gen.3.post peccatū primorum parentum maledicta est terra: vt.s.p eius sterilitatem hō puniret. Et Deut9.28.deus dixit. Si audire nolueris vocem dñi dei tui: vt facias et custodias oīa mādata eius et cerimonias quas ego p̄cipio tibi hodie: venient sup te oēs maledictiōes iste et apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate: maledictus i agro maledictū horreū tuū: et maledicte reliquie tue: maledictus fructus ventris tui: et fructus terre tue: armenta boū tuorū: et greges ouiū tuarum.

Secūdo ordinantur creature irrationales ad hominē p modum significationis. Et sic christus maledixit ficulnee in significationē synagoge et iudaice gentis q̄ non habebat nisi folia verba.s.legis sine fructu. Et ꝓpterea merito debebat arescere et auferri ab ea regnum dei: qđ significatū fuit i ficulnea a xp̄o maledicta. Tertio ordinant creature irrationales ad ipsum hominem ꝓpter modū cōtinentis: aut tēporis aut loci. Et sic Job maledixit diei in qua nat9 erat propter culpā originalē: quā nascendo contraxerat. Ita q maledictio illa nō arguit in eo aliquā impatiētiā: s3 tantū arguit et explicat q die qua natus est et cōceptus cōtraxit originalē culpam q̄ radix est omniū passionū quas patimur i hac vita. Dauid insuper maledixit montib9 gelboe: ad explicandā cedē q̄ in eis facta fuerat: ꝓpterea dicebat cū fletu et lachrymis. Montes gelboe nec ros nec pluuia veniat sup vos i quibus ceciderunt inclyti israel Saul et Jonathas amabiles et decori: aquilis velociores: leonib9 fortiores. Filie israel super Saul flete. Et ego doleo super te frater mi Jonatha. Quare nō ē trahendū in cōsequentiā: vt vnusq̄sq3 pro suo libitu creaturis irrationabilibus maledicat.

Quod hō nō debet maledicere creaturis intellectualibus.s.creature infernali: creature terrestri: et celesti. Capitulū. .2.

s Ecunda maledictio ē creature itellectualis: que adhuc triplex est. Prima est creatura itellectualis infernalis q̄ est diabolus: cui inq̄tum creatura dei est nō licet maledicere. Vnde in epistola Jude. Cū altercaret Michael cum diabolo de corpore Moysi: nō fuit ausus in eū iudicium inferre blasphemie. Altercatio aūt illa vt dicit glo.erat: q2 diabolus volebat inuenire corpus Moysi: qđ post mortē vt habet Deut9 33.deo volente vbi sit ignoratur: et diabolus volebat vt sciretur: vt sic traheret populum ad idolatriam. Sed angelus ꝓhibebat. Et tñ cū diabolo contendens nolebat blasphemare eū Jcirco Hieronymus.24.q.3.c.si igitur ait. Si igitur Mihael non fuit ausus diabolo et certe maledictionis dignissimo iudicium inferre blasphemie: q̄to magis nos ab omni maledicto puri esse debemus. Merebatur diabolus maledictum: sed p os archāgeli blasphemia exire nō debuit. Secūda creatura itellectualis dici pōt terrestris.s.hō: cui potest quis tripliciter maledicere. Primo ex conformatione dei et amore iustitie. Et de hac dicitur.24.q.3.c.cū sancti viri. Cū sancti viri maledictionis sententiā ꝓferunt: nō in hāc ex voto vltionis: sed ex iustitie amore ꝓrumpūt. Sic Gen.9.dixit Noe Maledictus Chanaā: seruus sit fratrū suorū. Sic Act.8.Petrus maledixit Symoni.d. pecunia tua tecū sit in pditōe. Secūdo pōt qs homini maledicere ex quadā leuitate vel subreptione sicut solent multi facere: licet ociose et bestialiter: qui nesciunt loqui cū socio sine maledictione.d. Sis suspensus per gulas: nascatur tibi vermis canis: et similia. Tertio pōt quis homini maledicere ex liuore odio et animo malo: et hoc cum sit contra charitatē peccatū est mortale.

Tertia creatura itellectualis dicit celestialis: cui nullo pacto maledicere licet. Sed heu quid referam. Nā tāta est corruptela xp̄ianorum: vt pro nihilo ducant blasphemare sanctos et gloriosam virginē Mariā. Et sicut hi q boni sunt deuotionē habēt ad Vginem: et vltra illam suū patronū et aduocatū fecerūt sanctū Antoniū: aliq sanctū Franciscū: aliq scm̄ Nicolaū: aliq sanctā katherinā et huiusmodi. Ita pessimi et maligni blasphematores blasphemant Vginē beatam: et pro sua mala deuotōe aliq sanctū Antoniū: aliqui Frācisc̄ū. Clarā et hmōi. O ingratissimi peccatores.o furētes aī.o venenosa et amarissima ligua.o deniq3 pdītissimi hoies. Et qd mali fecere vobis sci. In quo nocuerūt vobis. An non assidue ꝓ vr̄a salute intercedunt ad dñm:

Nōne ⁊ virgo illa pijssima mater gratie: fons
misericordie pro vobis indefessa est aduocata.
Quid ergo blasphematis illā ⁊ reliquos san/
ctos. Sed reuera si seruaretur illud quod dici
tur in.c.statuimus.extra de maledicis.s.q̄ pu
blice blasphemantes deū vel virginē sanctissi/
maꝫ: vel aliqueꝫ sanctorū publica penitentia p̄
7.hebdomadas punirentur: in quarū.s.quali/
bet sexta feria in pane ⁊ aqua ieiunarent: face/
rentqꝫ alia q̄ cōtinentur ibi: profecto nō ita d̄ le
ui ꝓrumperent in blasphemias. Et lꝫ peniten
tie sint arbitrarie vt tactū est in precedentib⁹: ta
men laudo vt hi qui audiunt cōfessiones ipsos
blasphemos nō ita de leui absoluant: q: facilitas
venie tribuit incentiuū delinquendi: ꝓpterea
arguant illos aspe: increpent dure: ⁊ peniten/
tiā iniungāt salutiferā ⁊ fructuosam. Quisnā
nō videt quāta diligentia opus sit ad blasphe/
mos ⁊ maledicos emendādos. Difficile ē vti/
qꝫ malā consuetudinē derelinquere. O ve ma
la cōsuetudo qua homines xp̄iani iniuriantur
deo ⁊ sanctis eius. In hac soli xp̄iani demēti
sunt: qm̄ nō est aliqua natio neqꝫ iudeorū neqꝫ
gentiliū ⁊ paganorū: in q̄ tot sint blasphemie et
maledictiones sicut in populo christiano.

Quod peccatū maledictionis ⁊ blasphemie
dei est graue: tum rōne abhominatōis: tū rōne
supatiōis: tū et rōne ꝯtrariatiōis. Capi. .3.

Ertia maledictio est nature diuinalis
t cū.s.qs de deo male loquit̄ cōuicia et
cōtumelias maiestati sue inferendo:
⁊ de hoc dicit Ric. de scō Vic. Sceleratissimū
genus peccati est qñ qs in dei vituperiis delecta
tur. Et glo. sup illo v̄bo Esai.18.c. Ad p̄plm
terribilē ⁊c̄. Omne pctm̄ blasphemie cōparatū
leuius est. Et iterū ibi. Nihil ē horribilius bla
sphemia: q̄ ponit os suū in celuꝫ. Quantuꝫ vo
graue sit peccatū maledictōis ⁊ blasphemie col
ligi pōt ex triplici rōne. Prima dicit̄ abhomi
nationis. Secūda superatōis. Tertia cōtraria
tionis. Prima dicit̄ ratio abhominationis.
In veteri siquidē testamēto abhominabantur
patres antiqui vsqꝫadeo peccatū blasphemie:
q̄ ex mādato dei de blasphemia conuictū lapi/
dabant. Unde leui.24. dixit dn̄s. Educ blas/
phemū extra castra: ⁊ ponāt omnes q̄ audierūt
manus suas sup caput eius: ⁊ lapidet euꝫ om/
nis popul⁹. Insup priores illi patres audire
detestabant̄ eos q̄ blasphemabāt. Ideo act.9.
Arbitrantes lꝫ falso Stephanū blasphemare
cū dixit. Video celos aptos: ⁊ infra. Cōtinue
runt aures suas ne.s. s̄m glo. audirēt blasphe
mantē: ⁊ nō solū audire: sed etiā nominare nō
audebāt vocabulū maledictionis. Unde cum
accusarent Naboth. vt habet̄.3. Reg.22. Be
nedixit deo ⁊ regi.i.maledixit. Et Iob vt ha
betur eiusdē primo. offerebat holocausta pro
filijs suis. Dicebat.n. Ne forte peccauerint fi
lij mei: ⁊ benedixerint deo.i.maledixerint. Si/
militer ⁊ temporib⁹ his abhominabilis ē blas
phemia apud infideles: nā qcūqꝫ blasphema/
ret deū in terris turcorū aut sarracenorū graui
ter puniretur. O hec q̄ aut nunq̄ꝫ aut satis raro
sentiunt̄ ibi verba blasphemie ⁊ maledictionis
O xp̄iani principes. o ptātes seculares. o cu/
iuslibet reipublice patres: curate ⁊ vos legib⁹
honestis punire blasphemos: ne deteriores in
fidelibus habeamini. Secūda ratio ostendēs
grauitatē maledictionis ⁊ blasphemie dei dicit̄
superationis. Superat.n. tria peccata grauissi
ma et execranda. Primū est peccatū pagano
ruꝫ seu infideliū: q: vt ait. Tho. 2ª 2. q.13. In/
fidelis ea de deo dicit ⁊ loquit̄ que licet falsa sint
tamē credit eē vera: xp̄ianus vo blasphemās
loquit̄ cōtra veritatē quā credit. Secundū est
peccatū homicidarū. Ut enim dicit Tho. ibidē
q̄tuꝫ ad nocumentū maius peccatū est homici
diū q̄ꝫ blasphemia: eo q̄ magis nocet homici/
da homini interfecto: q̄ꝫ blasphemus deo bla/
sphemato. Sed q̄tū ad obiectū maius peccatū
est blasphemia q̄ꝫ homicidiū: quia homicida lꝫ
interficiendo hominē offendat: deū tn̄ princi/
paliter intendit offendere hominē. Sed blas/
phemus ⁊ maledicus intendit principaliter et
directe offendere ipsū deū. Tertiū est pecca/
tū iudeorū crucifigētiū xp̄m. Unde Augusti⁹
ait. Magis peccant blasphemantes deū triū/
phantē in celis: q̄ꝫ q̄ crucifixerunt eū ambulan
teꝫ in terris. Ratio huiꝰ ē s̄m Alex. in.2. sum
me. Tū q: iudei nō cognouerunt ipsum eē deū
Unde apl's ait. Si cognouissent nunq̄ꝫ deum
glorie crucifixissent. Sed qui deū blasphemant
cognoscunt illū esse deū. Tū etiā q: iudei non
promiserunt ei fidē in baptismo sicut christiani
Tū q: sit maior iniuria rōne maioris stat⁹. 3ª
ratio ostendens grauitatē peccati maledictionis ⁊
blasphemie dicit̄ cōtrariationis. Cōtrariat̄ nā
qꝫ blasphemia ⁊ maledictio dei. primo nature.
secūdo scripture. tertio creature. Primo cō
trariatur nature que dictat benefactorem suū
esse cognoscendū. Nā ⁊ suo modo hoc faciunt
aues celi ⁊ pisces maris ⁊ bestie terre quanto
magis

magis ad id obligatur homo rationalis: et tamen inter omnia beneficia que magna et multa sunt a bono deo homini collata: beneficium lingue est vnū singulare prestantissimū et egregiū. O blasphemator ingrate. o feralis mens. o impudica lingua. Cur nō solū deo tuo gratias nō agis: sed quod peius est illū crudeliter maledicis. Cur nō solum benefactori tuo laudes nō impēdis: sed illū potius turpiter vilipēdis. Cur tantū benefactorē nō solū nō recognoscis: sed potius ita inhoneste blasphemas. Dedit tibi ipse linguā: vt tu cū illa laudares eū et bn̄diceres nomē sanctū eius. Secūdo blasphemia cōtrariat scripture. Ipsa vtiq3 admonet et hortat nos vt benedicamus deū. Unde Thobi. 4. c. scribit. Omni tpe benedic deū. et Eccle. 39. Benedicite dn̄m in omnib9 opibus suis. et Dauid psal. 15. Benedicā dn̄z q tribuit mihi intellectū. Et psal. 33. Benedicā. d. i. o. t. s. l. e. in ore meo. Et psal. 144. Per singulos di. b. t. et l. n. t. in. e. et. in. s. s. Et Ro. 12. Benedicite et nolite maledicere. Tertio blasphemia cōtrariat creature. Omnis enim creatura laudat et benedicit deū. Unde Augu. in smone vnius martyris inquit. Omnia queciiq3 fecit deus laudant deū. Audistis in benedictionibus: et audistis in omni solemnitate qn̄ leguntur: qm̄ oia laudant deū celestia: terrestria: angeli: homines: luminaria celi: arbores terre: flumina: maria: qcqd deus creauit siue in celo: siue in terra: siue i mari: laudat deū. hec ille. Et sancta mater ecclesia in matutinis cantat hymnuz triū puerorum: in camino ignis oēs creaturas inuitantiū ad laudes et benedictionem dei. Quid respondetis igit o blasphemi ad voces omniū creaturarum. Angeli celi laudant et dicunt clamantes benedictus deus. Sol: luna: stelle: et omnia celestia corpora dicunt Benedictus deus. terra: aqua: aer: ignis: et cūcta q̄ i eis sūt dicunt bn̄dictus deus: boni et recti viri dicunt benedictus deus: et vos cōtra morē oium aliorum rerum maledicitis nisi forte dixeritis q erem pluz sumitis ab his qui sunt dānati in inferno de quib9 dicitur Apoc. 16. Blasphemauerunt deū celi pro doloribus et vulneribus suis. O ergo infernales homines. o blasphemi diabolici qui nō nisi cū dānatis blasphemādo et maledicendo cōformatis et cōcordatis. Iccirco apparet q̄z graue sit peccatuz vestrum. Propterea clamauit Esa. i. c. Veh genti peccatrici: populo graui iniquitate: semini neq3: filijs scelera tis: blasphemauerūt deū Israel: abalienati sunt retrorsuz. Et merito ,ppha cōminatur blasphemantibus et maledicentib9: qr propter blasphemias et maledictiones indignatus deus etiā in presenti seculo blasphematores flagellat et extermināt. Est de hoc exēplū. 4. Reg. 19. de Sēnacherib ob cuius blasphemiā angel9 vna nocte exercitū illius aggrediens. 185. milia hominuz interemit: ipso tandē Sēnacherib a ppriis filijs interempto. Refert insup Grego. in. 4. dial. li. Quod Rome puer. 5. annorum blasphemus in brachijs patris existens: iusto iudicio dei a diabolo suffocatus est. Propter h peccatuz etiā deus mittit pestilentias: famē: et guerras: vt dicit. 37. q. 1. c. flagitia. in glo. et in auten. vt nō luxurientur cōtra naturā. Et vt ego vidi diebus meis Italie sepi9 flagellata ē multis tribulationibus et pestilentijs: puto pp scelerez sodomie et impietatē blasphemie. Nam lz multa sint alia peccata q̄ cōmittunt: h tn̄ duo cōtaminare videntur quasi omnē carnē. Et vt d blasphemijs dicā: nō sunt ab ea mūdi et puri domini: nō ciues: nō rustici: nō agricole: nō artifices: nō viri: nō mulieres: et qd auditu horribile est: nō sacerdotes: nō religiosi. Ex omni nā q3 statu grandis multitudo extat que loqtur verba blasphemie. O italia tanto vitio deprauata o populi tāto scelere deturpati: timeo ne deseuiat cōtra nos furor dei: corrigat igitur vnusqs q3 seipsum et refrenet linguā suā: omnesq3 pariter laudemus et benedicamus deū: qui benedict9 ē et laudabilis p infinita secula seculorum. amē

Feria secunda quinte hebdomade: de peccato inuidie qua laborabant pharisei contra christum Jesum. Ser. 56.

Secundus status Marie magdalene quem cōsiderare debemus dicitur cō uersionis. Hunc explicat Lucas cuz dicit. Vt cognouit q: iesus accubuit in domo pharisei attulit alabastrum etc̄. vbi ponunt tria de ipsa magdalena. Primum ē cognitio. Se cūdum satisfactio. Tertium contritio. Pri mum est cognitio: q: dicitur vt cognouit. Co gnouit siquidem bona que omisit: mala q̄ com misit: damna que incurrit. Cognouit peccato rum suorum magnitudinem: turpitudinem: et multitudinem. Cognouit dei contra peccato res seueritatem: erga penitentes pietatē: et cir ca iustos liberalitatem. Quo ista cognouit cuz propter peccatum anima ceca efficiatur. Iuxta illud qd de peccatoribus dr̄ Sap. 2. Excecauit illos malitia eorum. Et Sophonie. i. Ambu labunt vt ceci q: domino peccauerunt. Et vt Ari. inquit. 2°. de anima. Nihil videtur nisi i lumine. Et dicere possumus q cognitionē ac cepit omnium supradictorum per lumen irra

diātis grē

diantis gratie dei qui etiam peccatoribus ⁊ malis quantum est de se offert claritatem ⁊ splendorem gratie sue. Quidam autem pie dicunt Magdalenā audiuisse predicantē xp̄m. quod satis verisimile est detestanteq̄ȝ peccata aie ad dei imaginē formate. O q̄ȝ acuta q̄ȝ penetrabilia q̄ȝue ardentissima erant verba iesu xp̄i p̄dicantis. Loquebaē siquidē ex intimis cordis cū admirando feruore bulliebat eius mēs: vt aias eriperet de diaboli laqueis. Aspexit ergo sic p̄dicans ⁊ vidit Magdalenā extrinsecus ⁊ intrinsecus. Clamare forte cepit. O aia mea pro cuius amore deꝰ homo factus sum: cur me p̄seqūris: cur mundū amplecteris: cur prēm omniū deū ita sup̄be contēnis. Quid tibi i fine succedet pro vanitatibꝰ tuis. O plena oi misia: cur non erubescis carnalē ducere vitā. An nō cōsideras q̄ꝛ peccatorū finis iteritꝰ ē. Vita p̄ns nihil ē: mūdus cū suis bonis proditor ⁊ labilis ē Redi ad cor tuum: ⁊ cōsidera vias tuas. Reuertere: reuertere a via tua mala: reuertere ad me qui te patiēter expecto: dulcissime iuuto: clementissimeq̄ȝ suscipio. Veni d̄pone peccata tua ⁊ veni ad me secura. veni iniquā o aia mea dilecta: ⁊ ego remittā tibi peccata cūcta que commisisti. Nō eni veni vocare iustos sed peccatores ad p̄niam. Huiusmodi aūt similibusq̄ȝ v̄bis potuit xp̄s peccatricē Magdalenā excitaē illuminare ⁊ inflāmare: quare mentē mutauit mundū cōtēnere cepit: ⁊ volūtatem p̄posito se emādādi ac bene faciēdi ipleuit: quod mystice d̄signaē in alabastro. i. in vase de alabastro facto s̄m Cirillū: qd̄ attul t plenū vnguēto p̄cioso.

Secūdā qd̄ poniē de Maria magdalena in eius cōuersione diciē satisfactio. Per q̄ eni peccata peccauerat: p̄ eorū opposita satisfacere curauit s̄m Greg. i omelia. Peccauerat siqdeȝ p̄ p̄sumptionē ⁊ audaciā. satisfecit cū verecundia ⁊ erubescētia: q̄ꝛ igressa domū pharisei nō stetit ante: sed retro xp̄m. Et stans iquit euāgelista retro secus pedes ⁊c̄. Peccauerat p̄ sup̄biam. satisfecit cū humilitate tota inclinata ad pedes iesu. Peccauerat p̄ vanū oculorū affectuȝ satisfecit cum lachrymaꝝ iundantia. Peccauerat p̄ iordinatū capillorū decorē. satisfecit p̄ illorū contēptū: pedes iesu cum illis absterg̃ēdo. O felix cōmutatio excelsi dextera facta: q̄ paulo ante a deo erat aliena: nūc studiosissime illi conatur adherere. Tertiū quod poniē i Marie magdalene cōuersione diciē cōtritio. Erat vtiq̄ abundās dolor p̄ peccatis suis i corde illius quē p̄ lachrymas ostēdebat. Tot enim ab eius oculis lachryme defluebāt: vt satisfacerent ad lauādū pedes iesu. Pieq̄ȝ possumus cōtēplari q̄ꝛ lȝ nihil diceret v̄bo: i corde tn̄ suo loquebaē ad dn̄ȝ. O bone iesu. o pastor aiaꝝ. o spes vnica salutis mee miserere mei. Ego sum illa ifelix igrataq̄ȝ peccatrix q̄ te offendi. Ego sum illa q̄ lasciuo gestu: vano aspectu nimioq̄ȝ ornatu multoꝝ aias illaq̄aui. Ego sū illa q̄ mūdum cū suis bonis magis dilexi q̄ȝ te deū meū benefactorē meū fontē idefeciētem ois boni. Heu me miserā. heu me dolētē nimium. heu me qd feci. peccaui. inique egi. sed tu pius ⁊ misericors indulge mihi. Ecce pedes tuos teneo q̄ me p̄egrinando q̄sierūt. Non veni iusti vocare iustos: sed peccatores ad p̄niam. Nō despicis cor cōtritū ⁊ hūiliatū. O iesu dulcis. o iesu clemētissime. o fili dei benedicti sana aiam meā. suscipe penitētem. cōsolare lachrymantē. ad te veni ad te fugi. ad te totis visceribꝰ clamo miserere mihi peccatrici: q̄ peccaui. Talia vel similia i cōtrito corde Magdalene versabantur.

Qualiter post conuersionē Maria magdalena multiplicem gratiam a domino iesu xp̄o est consecuta. Capitulum. 3.

Ertius staꝰ Marie magdalene quem cōsiderare debemꝰ diciē gratificatiōis. Inuenit nāq̄ȝ Magdalena p̄trita gratiā apud xp̄m. q̄ tria beneficia ei exhibuit admirāda. Primū diciē defensiōis. Secūdū remissionis. Tertiū p̄solationis. Primū beneficiū diciē defensionis. Factus eteni fuit xp̄us defensor eius: q̄ defendit illā a pharisco itra se murmurāte: vt patet i euāgelio. a Martha sorore sua de illa cōquerēte. vt diciē Luc. x. c. ⁊ a discipuliē indigne ferētibus cum vngeret caput eius: vt notaē Math. 26. c. Secūdū beneficium diciē remissionis. Remittunē dixit xp̄s ei peccata multa. Et cōuersus ad illā addidit remittunē tibi peccata tua. O mellificū v̄bū. O iocūda s̄nia. Ecq̄d potuit audiri melius: qd vtilius: qd ue fructuosius. Beati ait psal. quorū remisse sunt iniq̄tates. ⁊. q. t. s. p. O felix p̄nia Magdalene: q̄ xp̄ȝ ad se traxit. Fecitq̄ȝ vt peccatricē aiam antea p̄pter peccata deletaȝ de libro vite iustificaret: ⁊ in numero conscribereē electoꝝ suoꝝ. Tertiū beneficiū collatū a xp̄o Magdalene fuit cōsolatōis. Fecit eteni eam dignā cōsolatōibus suis sp̄ualibus: ita vt merito dicere posset illud p̄s. Consolationes tue letificauerūt aiam meā. Quis nā explicet qualis

fuit consolatio Marie magdalene qñ stabat et audiebat vbū xp̄i: qñ conuersabat̄ cum gloriosissima Maria matre eius: qñ angelos vidit resurrectionē suā illi anunciantes: qñ prima resuscitatū xp̄m in specie hortulani aspexit: et vocata ab eo Maria cognouit illum eē: voluitq3 pedes ei9 tangere: et tunc non fuit pmissa: qñ post cū alijs mulieribus tenuit pedes eius dū eis apparuit in via: qñ post exilium pueniens cū Lazaro et Martha et ceco nato: quē xp̄s illuminauerat et beato Maximino. alijsq3 xp̄ianis Marsiliā. post illius patrie ꝯuersionē: postq3 miracula plurima superne cōtemplatiōis auida asperimā3 heremū petijt et in loco angelicis manibus p̄parato p. 30. annos incognita mansit: in quo nec aquarū fluenta: nec arborū: nec herbarū erāt solatia vt ex hoc manifestaret̄ q non terrenis refectiōibus sed celestib9 epulis satiabat̄. Qualibet eni dic septem horis canonicis ab angelis in ethera eleuabat̄: et celestiū agminum gloriosos cantus corporalibus auribus audiebat. Quāta adhuc fuit eius iocunditas: cū3 dispositiōe dei in extremo vite sue a sacerdote quodā inuenta ē quē ad beatum Maximinū3 misit vt die resurrectionis dñice oratoriū solus ingrederet̄ tpe quo ad matutinū surgere ꝯsueuerat: quod et fecit: viditq3 in oratorio Mariā magdalenā spacio duorū cubitorū eleuatam a terra: et stantē in medio angelorū. O quātū fuit Magdalene gaudiū qñ postremo conuocato vniuerso clero ab ipso ep̄o sāctissimum sacramē tum cum multa lachrymarū inundatione suscepit: et ante altare p̄strata aiam emisit ad celos. O admirabilis deus. o pater misericordiarum qui obliuisceris oium iniquitatum quas fecit impius: si ad pniam reuertatur. Ecce ostendisti nobis in Maria magdalena quanta est bonitas tua: quanta paciencia: quanta charitas: quāta gratia. Tu illam peccantem supportasti: a te fugiētem tenuisti: obaudientem aduocasti: reuertentem suscepisti: et penitentem iustificasti: atq3 iustificatam in celo esse iussisti. Cuius meritis maiestatem tuam supplices deprecamur vt nobis largiatur hic gratiam et in futuro sempiternam gloriam. Amen.

Feria sexta quinte hebdomade in quadragesima. de horrendo peccato homicidij: ad quod consequi solet desꝑatio et impenitentia.

Sermo. 60.

Cogitauerunt vt interficerēt eū. Scribuntur hec vba Jo. xj. c. et i euāgelio hodierno. Nescit quiescere maligna mens iudeorū3 q̄ semp̄ ꝓximis machinat̄ mala: et exquirit dolos. Neq3 peccatū aliqd tam graue ē: vt sibi facile nō appareat. Propterea scribe et phiei statuerūt i cogitatu pessimo interficere xp̄m: qd tandē opere cōpleuerūt. Sic et pleriq3 hoies nequā ferales atq3 crudeles ad suā irā explēdam sepissime suos proximos occidere non formidāt. Et quoniā homicidij peccatum solet sequi desperatio. Idcirco ad tm̄ piculum deuitandū in p̄nti sermōe de homicidio erimus locuturi: q2 penitentib9 satis prodesse potest huius materie declaratio. De homicidio ergo tria principalia mysteria proponemus aperienda.

Primum dicitur diffinitio.

Secundum modificatio.

Tertium punitio.

Quid sit homicidium. et de his qui interficiunt seipsos: et de occisione brutorum: et qualiter quandoq3 homicidium fieri potest absq3 peccato. Capitulum. .I.

Primū mysterium de homicidio aperiendū dicit̄ diffinitio: i quo quid sit homicidium videam9. Et secūdū Ray. in sūma sua. et Hosti. in ti. de homicidio. Homicidiū est hois occisio ab hoie facta. et dicitur ab hoie et cedo cedis quasi hois cediū. Pro eius cōclusionis declaratione tria sunt dubia d̄clarāda. Primū vtrum sit licitū occidere volucres pisces et h9i. Secundū vtrū homo peccet interficere seipsum. Tertiū vtrū homicidiū fieri possit absq3 peccato. Ad primū dubium rñdet Aug. li. i. de ci. dei. d. q fuit et est error manicheorū tenentiū q nō sit licitū homini interficere bruta et irrōnabilia. Cuius erroris impietas apparet: q2 deus benedictus oia supradicta ad vsum hoīs deputauit. Vnde Gen. 9. d. deus. Crescite et multiplicamini et replete terram: et sit timor vester atq3 tremor sup̄ cuncta aialia terre: et sup̄ oēs volucres celi cū vniuersis q̄ mouent̄ i terra. Oēs pisces maris manui vestre traditi sūt: et oē qd mouet̄ et viuit erit vobis i cibū. Propterea Aug. vbi. s. ait. Justissima ordinatiōe creatoris et mors et vita eorū3 nostris vsib9 subdit̄. Ex quo inqt Tho. 2a 2e q. 64. q nullus peccat vtendo re sua ad h̄ ad

qd est

q̄d est ordinata. Ex ordinatione aūt diuina: vt predictum est. generaliter plante sunt ꝑ aialia ⁊ vtraq̄ȝ propter hoiem. Usus autem eorum i cibum maxime necessarius est: q̄d sine occisione fieri non potest. Hinc ⁊ Ar. in. i. poli. inquit. ꝙ venatio ē quasi q̄ddam iustum bellum: quo homo rōnalis rebelles sibi bestias deuincit: ⁊ ad suum vsum conuertit: propter que oia in diffinitione dicit̄ ꝙ homicidium ē hois ⁊ nō bruti. Ad secundū dubiū fuere nōnulli qui dixerūt ꝙ non peccat q interficit seipsum: q2 inuenti sunt p̄stantissimi viri qui sibiipsis mortē intulerūt. Nā Sanson iterfecit seipsū: vt patet Iudi. 18. Cato censorinus vt dicit̄ in speculo hocipsum fecit. Idem ⁊ Cato vticensis: vt refert Lac. in. 3. li. idipsum cōfirmās de Cleāte. de Crispo. de Zenone. ⁊ de Empedocle Curtius armatus equo in biatū terre se precipitauit: vt Aug. meminit. li. 5. de ci. dei: Sed contra hāc opinionē est v̄itas rei: q2 vt ingt. Alexan. in. 3. ⁊ Tho. ꝯa fe. vbi. s̄. Nulli lȝ sibiipsi mortē inferre quadruplici rōne. 1ᵃ hoc est ꝯ̄ rōnē nālē: q2 vnaq̄q̄ȝ res nitit̄ conseruare seipsā Unde Ari. in. 2. de aia ait. O ia appetunt eē: ⁊ illius cā agūt gequid agunt fm naturaȝ. Et Boetius in. 3. de consola. O ē nāq̄ȝ aial tueri salutem laborat: morteȝ ꝑniciēq̄ȝ deuitat. 2ᵃ rō est q2 ē cōtra charitateȝ: qua vnusq̄sq̄ȝ tenet̄ se diligere. 3ᵃ rō ē q2 ē contra cōitatem: q2 quilibet hō est ꝑs cōitatis. 4ᵃ q2 ē contra deū: sicut qui alienū seruū interficit. Quare ꝓ nullo casu dȝ se qs occidere. Neq̄ȝ ēt occasione vitandi penā: q2 fm regulaȝ apl'i non sunt facienda mala vt inde eueniāt bona. De Sansone v̄o ⁊ v̄ginibus q̄busdā q̄ tpe ꝑsecutionis se in casum fluuium p̄cipitarūt: ⁊ tamē iter sanctos habent̄. ait Aug. li. j. de ci. dei ꝙ nō peccauerūt se occidēdo: q2 fecerunt illud ex reuelatōe ⁊ instinctu spūs sancti. Cauēdū tamē est hodie vt nō credat̄ oi spūi: q2 diabolus trāsfigurans se i angelū lucis multos decipe consueuit. Ad tertiū dubiū cū q̄rebat̄: vtrū homicidiū fieri potest absq̄ȝ pc̄to: dico ꝙ sic i triplici actu. Primus dicit̄ casualitatis. Secūdus necessitatis. Tertius vtilitatis. Prim⁹ actus dicit̄ casualitatis: cū qs aliū iterficit nō volūtate sed casu: vt igt Ray. i sūma sua. Casu fit homicidiū: vt cū qs ꝓiicit lapidē ad auē vel ad aial ⁊ alius trāsiens ex isperato occidit̄: vel icidit arborē ad cui⁹ casū aliqs opprimit̄. Sȝ distinguēdū ē: q2 iterficiēs casu: aut dabat operā rei licite: aut illicite si illicite: vtputa si ꝓiiciebat lapidē v̄sus loca ꝑ que consueuerūt hoies trāsitum facere. ⁊ silia. hic homicida reputat̄. vt. 15. q. i. c. merito. ⁊. §. ex p̄missis. Unde si clericus ludo vel exercitatione viriū: vel venatōe iaculū mittēs aliū ꝑimit: q2 hoc ab eo dȝ eē penitus alienū: homicidii reus efficit̄: vt pȝ. 50. di. c. clerico. ⁊ extra d̄ p̄sum. c. i. Si v̄o iterficiēs casu dabat operam rei licite: vt q2 magister cā discipline v̄berabat discipulū: vel q2 deponebat aliqs fenuȝ de curru: vel arborē ꝓpriā sibi necessariā incidebat ⁊ silia. h̄ si adhibuit diligētiā q̄ȝ potuit: videlicet respiciendo ⁊ ꝓclamādo: non nimis tarde vel remisse: sed tpe cōgruo ⁊ alte: ita ꝙ si aliqs erat ibi vel veniebat poterat fugere ⁊ sibi cauere: ⁊ magister nō excessit modū i v̄berando discipulū non imputabitur ei homicidiuȝ si casu contingat. Si āt dabat opā rei licite: ⁊ nō adhibuit diligentiam debitam: homicidiū imputabitur ei. Huiusmodi distinctio ponitur. di. 50. c. sepe contingit. ⁊. c. si duo fratres. ⁊ extra de homi. c. Ioannes. ⁊. c. quidam vt asseris. Secundus actus in quo homicidiū non ē peccatum dicit̄ necessitatis: cū qs aliuȝ iterficit se defendēdo ne occidat̄ ab eo. Notandū tamē fm Ray. in sūma sua: ꝙ aut necessitas occidēdi fuit euitabilis: quia poterat euadere absq̄ȝ occisione: ⁊ tunc est reus homicidii. aut fuit necessitas ineuitabilis: quia occidit hominem sīn odij meditatione: imo dolore animi se ⁊ sua liberādo: cum alias non poterat euadere: ⁊ sic occidens non peccat: nec astringitur ad penitētiam nisi ad cautelam propter ambiguum duplicitatis. vt pȝ. 23. q. 5. c. excōmunicatorū. Et licet quidam dixerint ꝙ istud intelligitur de laicis tantum ⁊ non de clericis: verūtamen verior est opinio ⁊ cōmunior ꝙ clericus interficere potest in necessitate ineuitabili: ⁊ non peccat nec efficitur irregularis: sicut habetur extra de homi. in. c. significasti. ⁊ extra de senten. ex com. c. dilecto filio. li. 6. ⁊ in clemē. si furiosus de homici. quia vt dicitur. ff. de insti. ⁊ iure. l. vt vim vi. Uim vi repellere licet cum moderamine inculpate tutele. Tertius actus in quo homicidium non est peccatum dicitur vtilitatis: cum scilicet quis alium occidit vel in bello iusto pugnando: vel ex auctoritate officij iuris ordine seruato maleficos puniendo. Nam Exo. 22. dixit deus. Non patieris maleficos viuere super terram. Ex quo dicit Tho. secūda secunde. vbi supra ꝙ sicut licitum est occi-

dere aialia bruta: inquātū naturaliter ordināt
ad vsum hoium: sicut iperfecti ordinatur ad ꝑ
fectum. Sic cū ois pars ordinet ad totū: sicut
iꝑfecti ad ꝑfectū. Omis eni ps naturaliter ē ꝓ-
pter totū. vnde ⁊ pro salute totius corpis lau-
dabiliter ꝑcidit membrū putridū. Iccirco cum
q̄libet singularis ꝑsona cōparetur ad totā cōita-
tem sicut ad totū vnus homo piculosus cōita-
ti ⁊ corruptiuus aliorū laudabili ⁊ salubriter oc
ciditur vt bonū cōe seruet. quare nec iudex pec
catores ad morte cōdemnādo ex debito officij
⁊ amore iusticie. nec minister peccat si iussus a
iudice occidat cōdemnatū. vt habet ex ꝑsse. 23.
q. 5. c. miles. c. cū minister. c. officia. c. lex eterna
⁊. c. q percutit. Et vtinam huiusmodi seueritas
abundaret i illis ad quos spectat aliorū crimia
punire. Verūm hodie puniunt nō rei ⁊ male
factores amore iusticie: sed illi tantū qui lȝ rei
sint fautores tamen non habent.

Quod non solū manu sed etiam multis alijs
modis homicidiū damnabiliter committi po
test. Capitulum. 2.

Ecundū mysteriū d' homicidio aperiē
dum dicit modificatio. in quo vidēdū
est quot modis homicidiū cōmittitur.
Et loquēdo de homicidio ꝓprie: dico q' cōmit
ti pōt tripliciter. p° suasione. 2° auxiliatione. 3°
operatione. Primo suasiōe vel consilio. Et
fm Guil. hoc itelligit de cōsilio exhortatiōis
vel approbatōis nō de cōsilio simplicis opina
tōis. Siqs eni q̄rent alicui in genere an lice-
ret xpiano clerico vel laico paganū occidere. ñ
aio ꝑsuadendi sed exponēdi qd hoc casu senti-
ret. responderet hoc eē licitum: nō fieret irregu
laris: lȝ ille cui taliter respōdisset paganum po
stea iterficeret ex cōfidentia illius rñsionis: licȝ
ēt iste errasset in respōdēdo. Inno. 4° i glo.
sup. c. ad audientiā. extra de homici. dicit sic.
Intelligit consiliū vel mandatum dedisse in
morte alicuius: quādo suasit illud. vel roga-
uit: vel mandauit: vel alias cōsuluit: vtilitatem
qȝ sequeret ex homicidio ostēdendo. Secū-
do cōmittit homicidiū auxiliatōe: cū. s. qs auxi
liatur occisori astando: ministrando arma: mo
nendo: cōfortando: ⁊ huiusmodi. Vt. n. dicit
Ro. i. Non solū qui faciunt: sed ēt qui cōsenti
unt facientibus digni sunt morte. Tertio cō-
mittit homicidiū operatōe: ⁊ hoc multipliciter.
Primo veneno. aut venenosis medicinis.
Sic occiderūt Alexandrū magnū Cassander
Philippus ⁊ Solla filij antipatris fm. Q.
Curtiū. Dederūt nāqȝ in potū venenū sibi: q̄
hausto fm Iustinū in media potiōe velut telo
confossus ingemuit: deportatusqȝ ē a cōuiuio
semianimis. Maliuoli aūt dicebāt eū ebrieta-
te ꝑire. Quarto itaqȝ die idubitata morte: sen
tiens tumultuātes milites: q̄ rex occidebatur
isidijs: pia oratione sedauit: cunctisqȝ dexterā
porrigens eos osculatus ē: sicqȝ defecit āno eta
tis sue. 30. Venenosis insup herbis atqȝ me
dicinis carnales quedā ⁊ libidinose matres fi
lios suos adhuc i vtero latitātes perimūt. Me
dici aūt ⁊ aromatarij vel incuria vel negligen
tia vel malicia dū venenosas medicinas egro
tis tribuūt: in hūc errorē ꝓlabunt. Taceo reli
qua que dicere possem tā de mulieribus q̄ȝ de
viris: qm̄ sufficere debet eis q venenis vtunt
stimulus cōscientie sue. Secūdo cōmittit ho-
micidiū ope cū maleficijs ⁊ icātatōibus. Vidi
ego Ianue cōbustā ⁊ affixam palo quādā scla
uā: que suū dn̄m ac dominā cū his diabolicis
supstitiōibus iterfecerat. 3° cōmittit homici-
diū ope ꝑcutiendo manu. Sic Cayn iterfecit
fratrē suum Abel vt dicit Gen̄. 4. ⁊ hoc vtiqȝ
peccatū satis graue est atqȝ crudele. tū q̄ ē con
tra ꝑceptū dei q ait Exo. 20. Non occidas. tūȝ
q̄ est contra opificiū eius q corpus ⁊ aiam mi-
rabili sapientia sua vniuit. Est ēt hoc peccatū
contra corpus ꝓximi ⁊ sepe cōtra aiam eius:
q̄ dum iterficit non ē contritus. Est contra pa
rentes iterfecti q excitant ⁊ cōmouent ad odiū.
Est contra rēpu. q̄ homicida oēs leges: oiaqȝ
iura spernit. Est cōtra angelū custodientē qui
non parū de suo custodito iterfecto dedignat.
O igit homicida ꝑnunar ⁊ supbe. o peccator ne
q̄ssime. o crudelior oi fera pessima cōtine ma-
nū tuā: noli seuire i ꝓximos tuos. Si peccasti
hactenus: age penitentiā. Si in ꝓposito es oc
cidēdi desine ab ira ⁊ derelinque furorē: vince
teipsum: ⁊ noli peccatū tā horrēdū tāqȝ deo ex-
osum imortali cōmittere. Noui nāqȝ q̄ȝplures
qui tandē leti facti sunt: eo q' mutauerūt consi
liū suū. Propterea dico ⁊ iterū dico. Nolite lo
cū dare diabolo. nolite effundere sanguinē ho
minis: qm̄ inter cetera peccata homicidiū maxi
mi est nocumenti. Vn̄ posito q' homicida ha-
beret i potestate vel destruere celum ⁊ terrā ⁊
oia que i eis sunt: dūmodo talis destructio nō
veniret i dānum hominū: vel interficere hoiē
maius malū cōmitteret illū interficiendo q̄ȝ de
uastando cūcta corpora celestia: ⁊ oia alia q̄ sūt
in hoc mūdo. Maiorem siqdē iniuriā faceret
deo hoiem

deo hominē interficiens: ꝗ̄ȝ qui sine hominis
dāno celū priuaret luminaribus suis: aerē vo/
lucribus: terrā arboribus: ⁊ mare aquis.

Quod omnes leges taȝ diuine ꝗ̄ȝ humane
acriter ⁊ grauissime damnant ac puniunt ho/
micidas. Capitulum. .3.

Tertium mysteriū aperiendū de homi
cidio dicit̄ punitio. Punit̄ siqdē ho/
micidiū grauiter triplici pena. Primo
pena legali. Secūdo pena cōscientiali. 3º. pena
diuinali. Primo punit̄ pena legali. Scriptū
quippe est in lege veteri Exo. 21. c. Qui ꝑcus/
serit hominē volens occidere: morte moriatur.
Idē dicit lex ciuil'is. ff. ad. l. cor. de sica. l. i. et
C. ad. l. cor. de sica. l. is qui cū telo. Secundū
vero legē canonicā homicida est irregularis: ⁊
nō pōt ꝓmoueri: ⁊ eijcitur iā ꝓmotus: sicut pa
tet. 50. di c. si qs viduā. Et. 51. di. c. aliquātos
⁊ de pe. di. 1. c. ꝑiculosa. ⁊ extra ne cleri. vl' mo.
c. sententiaȝ sanguinis. ⁊ extra de homici. c. sic
dignū. ⁊. c. significasti. Secūdo punit̄ homici
diuȝ pena cōscientiali. Nā in foro penitētie ꝭȝ
Ric. in. 4. homicida ast̄ingi debet ad satisfa
ciendū: ⁊ ꝗuis nō possit restituere vitā: obliga
tur tā ad restituendū alia bona pro illo damno:
cōpensata qualitate lesi: ⁊ quātitate dāni: ⁊ pos
sibilitate dānificantis. Et hanc restitutionē de
bet facere ad arbitriū bōi viri. Et ꝙ talis teneat̄
ad restitutionē patet: q: quāto hō aliuȝ plus dā
nificat: tanto magis ad restitutionē tenet̄. Bo
na autē corporis bona exteriora excedūt. Sco
tus autē in. 4. di. 15. dicit ꝙ ꝓ satisfactione ho/
micidij expedit homicide primo ꝙ exponat vi
taȝ suā in causa iusta: vtpote cōtra ecclesie ini/
micos: vel cōtra hereticos seu alios infideles:
⁊ hoc ordinādo laboreȝ ⁊ periculū suū in satisfa
ctionē illius quē ipse occidit: vt si cui nō potest
in corporalibus satisfacere: satisfaciat in spūali
bus bonis. Secūdo si ꝑdicti casus nō occurrāt
totā vitā suā in oratione ⁊ penitentia debet or
dinare ad illius subleuationē quē ipse occidit.
Tertio quoqȝ si interfectus alios sustentabat
scilicet patrē vel matrē aut alios sibi ꝓpinquos
seu pauperes: obligat̄ talis interfector omnib⁹
illis ad tantā restitutionē: quantā illis abstulit
ꝑ interfectionē illius. Sed ego puto Scotū oīa
supradicta intellexisse de quadā cōgruitate: nō
necessitate; ⁊ ꝑcipue primū. s. de exponēda vita
pro anima interfecti. Quod si ipse intelligi vo
luit de necessitate expedire. Ego salua reueren
tia sua id nō credo neqȝ teneo. Quoniā vt inqt

Hieronymus ad damasuȝ papā. Lex iusticie
tenax clemētiā nō habebat: sed quicūqȝ adulter
fraudator homicida: ⁊ vt breuiter dicam quali
cunqȝ mortali crimine detinebat̄: nulla venia
penitentie laxabat̄ a crimine: oculuȝ pro oculo:
dentē pro dente: animā pro aīa iubebat̄ exol/
uere. Sed misit deus filiū suū natū ex muliere
factū sub lege: q austeritatē legis euangelij gra
tia temperauit. hec ille. Et ꝓpterea mihi videt̄
ꝙ occisori penitenti satisfaciat quelibet alia satis
factio sibi iposita ad arbitriū discreti cōfessoris
absqȝ hoc ꝙ vitā suā exponat periculo mortis:
q: talis obligatio satis esset dura atqȝ ꝑiculosa.
Induceret nāqȝ quoslibet homicidas in desꝑa
tioneȝ: ⁊ deus benign⁹ desperationē maxime
odit q: vt ait Hiero. ad Rusticū monachum.
Nihil sic offendit deū sicut cor ipenitens. So
luȝ desperationis crimē est qd' veniā cōsequi nō
pōt. Tertio punit̄ homicidiū pena diuinali.
Est vtiqȝ sepissime deus homicidaꝝ seuissim⁹
vltor ⁊ robustissimus ꝑsecutor: cuius iudicio
fit vt homicide ferientes gladio: gladio ferianē.
Et omissis q̄ in scripturis habent̄ ⁊ notissima
sunt. Patet etiā hoc in exēplis gentiliū. Cru/
delis ⁊ homicida Cirus ꝭm Iustinū Pauluȝ
Horosiuȝ in bello occisus fuit: ciusqȝ caput in
vtrē hūano sanguie plenū missum ē. Crudelis
⁊ homicida Nero: vt diximus in ſmone de an
tixp̄o: interfecit semeipsuȝ. Domitian⁹ ꝭm eu/
tropiū ⁊ Horosiū q senatores nobilissimos oc
cidit: multos etiā cōsobrinos suos: a cubicula/
rijs suis occisus est anno etatis sue. 45. Hāni
bal carthaginēsis: q ex crudelitate captiuos ro
manos oneribꝰ ⁊ itinere fessos: vt dicit Vale/
rius sub rubrica de crudelitate: succisa pria pte
pedū relinqbat qsdāqȝ fratres ⁊ ꝓpinquos fer
ro vsqȝ ad mortē decertare cogebat: veneno se
extinxit. Nā fugerat post cartaginā deuictā ad
Antiochū regē: ad quē a senatu Romano mis
si fuere legati q regē ad pacē cogerent. Hāni/
balēqȝ deposcerēt: ⁊ cū Hānibal de fuga atqȝ
salute oio desperasset: veneno hausto ꝙ more
regio sub gēma ferebat̄ inclusum obijt: sicqȝ ab
his q ad eū cōprehendēdū missi fuerāt exani/
mis est inuentus ꝭm Eutropiū. De interfecto
ribus etiā Cesaris sic scribit Suetonius. Nul
lus fere triēnio supuixit: nullusqȝ naturali mor
te obijt. Nā pars naufragio: pars ꝑlio defun
cta ē. Quidā se illo pugione quo Cesarē vulne
rauerat occiderūt. Diebus etiā nostris mul
ta nobis exempla mōstrata sūt. Ex quib⁹ vnū

tacendā minime puto. In ciuitate Eugubij q
dā iuuenis noīe Petrus ipedire volens testa
mentū patris iaz defuncti: vnū de executorib⁹.
Laurentiū. s. de strotijs de Florentia filiū dñi
Pole: manu propria interfecit. Erā ego Pa
due: vbi ⁊ dominus Palas supradictus etiā
morabatur: egoq3 sibi nunciaui dolendū casū
⁊ inopinatū filij hortans illū plurimū ad patiē
tiam. Sequenti vero quadragesima cū Senas
accessissē3 reppeti ibi homicidā illum qui sepi⁹
ad me veniens precabať vt ab vxore interfecti
que Florentie tunc erat: p meas literas sibi ve
niā impetrarē: quod cū obtinere nō valuissem
ille miser in ciuitate Senarū stare decreuit: ⁊
dum habitaret in quodā hospitio venerūt duo
ex Florentia precio ducti qui hospitem pecu/
nia corrumpentes: in eius celario p̄latū iuuenē
occiderunt: amputaueruntq3 digitū eius his q
illos miserant pro signo ferendum. Dū3 autē
simul irent in itinere duo illi ceperunt cōtēdere
vnusq3 in socium irruens ipsum peremit. At
et ille captus est ⁊ fm iuris regulas vita priua
tus in partesq3 diuisus tanq3 duorum homici/
diorum perditissimus reus. O igitur terribi/
lis iusticia dei: qui homicidis etiam in hac vita
rependit vicem. Timete igitur illam omnes q
prompti estis ad rixas: ⁊ ab homicidio vobis
caueatis vt sic valeatis acquirere in hoc seculo
dei gratiā ⁊ in futuro gloriā. Amē. Ser. .61.

Sabbato quinte hebdomade in quadragesi
ma: de sacratissima cōmunione: ad quā omnes
fideles se debent disponere ⁊ preparare.

Qui manducat

mēā carnē ⁊ bibit meū sangui/
nē3 in me manet ⁊ ego in illo.
Verba sunt redemptoris no/
stri originaliter Joh. 6. c. Am
plius nō est differendū3 dicere ⁊ loqui de san/
ctissima cōmunione: quoniā iā3 appropinquat
tempus quo fideles cuncti ad illam deuote su
mendā esse debent expediti. Sunt tamē multi
qui obliti salutis sue cōmunicare aut negligunt
aut renuunt: ⁊ cōtemnūt: quibus in hoc sermo/
ne ostendere statui quāta sit necessitas suscipiē
di sanctissimū eukaristie sacramentum. Opus
equidē est cū verbis veritatis cōterere duricie3
obstinatorū: quoniā nihil piculosius aut dāna
bilius ipsis pōt euenire q3 separari ab amore:
a beniuolentia ⁊ a gratia dñi nostri iesu christi.
Ipse vtiq3 in vbis in themate allegatis se mā/
sur pollicetur cū eo qui eius carnē3 manducat
⁊ sanguinē bibit in sacramento altaris. Vt igi
tur rumpanť corda durissima eorū qui cōmu/
nionem fugiunt: de ipsius necessitate locuturi
tria mysteria proponimus declaranda.

Primum dicitur obligationis.
Secundū exclusionis.
Tertium conditionis.

Quod obligantur ad cōmunionē homines
tum ob memoriā passionis christi: tum ꝓpter
ecclesie preceptū: tum etiam ꝓpter xp̄i cōmina/
tionem. Capitulum. .I.

Primū mysterium de cōmunione de/
clarandū dicitur obligationis. Obli/
gantur siquidē homines ad cōtendū
suscipiendūq3 sanctissimū sacramentū dñi no/
stri iesu xp̄i triplici rōne. Primo ratione recor
dationis. 2° rōne p̄ceptionis. 3° rōne cōmina/
tionis. Prio rōne recordatiōis. Institutum
siquidē fuit sacramentū altaris a dño iesu xp̄o
vt fideles sui illud sumentes recordarenť amo
ris quē nobis ostendit dū pro nostra salute pas
sionē3 acerbissimā: crudeleq3 mortē patientissi/
me tollerauit. vñ Math. 26. ⁊ Luc. 22. ipse ait
Hoc facite in meā cōmemorationē. Et Pau
lus. I. Cor. xi. ait. Quotienscūq3 māducabitis
panē hunc ⁊ calicē bibetis: mortē dñi annun/
ciabitis donec veniat. Et idē poniť in snia de
cōse. di. 2. c. scriptura. c. qr passus. c. semel xp̄s
c. in xp̄o. ⁊ c. semel imolatus. in. c. qr xp̄i cor/
pus. Eusebius ita loquitur. Quia corp⁹ assum
ptū ablaturus erat ab oculis: ⁊ illaturus sideri/
bus: necessariū erat vt die cene sacramētū no/
bis sui corpis ⁊ sanguinis cōsecraret: vt colere
tur iugiter p mysteriū qd̄ semel offerebať in p̄/
ciū: vt qr quotidiana ⁊ indefessa currebat pro
ōium salute redemptio: ꝑpetua esset redēptōis
oblatio ⁊ perennis victima illa iugiter viueret in
memoria: ⁊ semp p̄sens esset in gra. h ille. Cū
ergo sacramētū hoc venerabile fideliter ⁊ deuo
te sumptū xp̄m passum ad mētē reuocet: ingra
tissimi ꝓfecto censendi sunt illi q saltē semel i an
no cōicare nolūt. O bstinate mētes q̄ tāti bñfa/
ctoris: nec etiā paruo recordari vultis. O ipia
aia peccatrix: nō sic fecit erga te fili⁹ dei bñdicti
Nūq3 ipse te obliuiōi tradidit. Quinimo sem
per fuit memor tui nascēdo: sugēdo vbera: in
cuna vagiendo: pegrinādo: vigilādo: ieiunādo
orando p̄dicādo: patiendo: ⁊ moriendo. Pro
pter te nāq3 oia ista fecit: semp te videbat: semp
te diligebat: semp tecū in corde suo colloquebā

tur atq3

tur atq3 dicebat. O anima delicata. o aia insignis & nobilis: ppter te sum fact9 homo: pp te sum carne vestitus: ppter te fero quoscūq3 labores: ppter te deniq3 affixus in cruce pēdo. Quare h christus subdit illud Treñ. 3. Recordare paupertatis & transgressionis. i. afflictionis mee: potatōis fellis & absinthij. O ferrea mēs cur nō audis vocē amorosi iesu. Cur illū non inspicis: & pro suo amore ac cōmodo tuo vitia & peccata deponis. Cur sacramentū eius in memoriā ipsi9 vt debes nō accipis. Cur nō cōpateris dolorib9 cruciatib9 & afflictionibus eius. Quibus omnib9 grauior est ingratitudo tua. Audi ipsū o peccator: audi inquā: audi de cruce ad te clamantē & dicentē secundū Bernar. Vide homo q̄ pro te patior: vide penas qbus afficior: vide clauos qbus cōfodior: nō est dolor sicut quo crucior: cū sit tantus dolor exterior intus est tamē dolor grauior: tā ingratū dum te experior. Ad hanc ergo ingratitudinē euitādam facit cōmunio altissimi sacramēti: quod vt predictū ē signū ē memoratiuū dñice passionis

Secūdo obligātur homines ad cōmunionē3 ratione pceptionis. Precepit nāq3 sancta mr ecclesia fidelib9 cūctis vt cōmunionē suscipiāt De hoc autē pro varietate tempor̄ varia facta sunt statuta. In ecclesia siquidē primitiua du3 sanguis xp̄i recens seruebat in corde credētiū cōicabāt oēs quotidie: vt p3 Act. 2. c. & d' cōse. di. 2. c. pacta. Lapsu vo tpis vsus cōionis deductus ē ad dies dñicos. Et de h dixit Aug9 de cōse. di. 2. c. quotidie. Quotidie eukaristie cōmunionē accipe nec laudo nec vitupo. Omnib9 tñ dieb9 dñicis cōmunicādū hortor. Succedēte vo tpe statutū fuit vt ter in anno hoies cōmunicarēt: videlicet in pasca dñi: natali: & pēte. vt expresse p3 de cōse. di. 2. c. & si nō frequētius. & c. seculares. Notandū tamē q2 qd dicit de cōse. di. 2. c. in cena dñi. s. q cōmunicādum erat in die cene: intelligit de cōsilio nō de precepto. Tempore vero in quo charitas refriguit ecclesia obligauit laicos ad cōmunionē tantu3 semel in anno: sicut patet extra. de pe. & re. i. c. omnis vtriusq3 sexus. Et tñ tāta ē i multis nequitia maleq3 volūtatis obduratio: q nō solum nō cōmunicant semel in anno: ve2 etiā sine cōmunione p ānos & annos pdurant. 3° obligātur ad cōmunionē ratione cōminationis. Dicit enī3 xp̄s cōminant Joh. 6. c. Nisi māducaueritis carnē filij hominis: & biberitis eius sanguinē nō habebitis vitam in vobis.

Quod excusant a peccato qui nō cōmunicāt semel in anno propter punitionē vel defectum & de his qui indispositi sunt.

Capitulum secundum.

Secundū mysteriū declarandū de communione dicitur exclusio. Excludunt etenim a cōmunione nōnulli q cōicare nō debent iuxta statutū ecclesie prefatū. s. semel in anno ppter tria. Primo ppter punitionem Secundo ppter defectionē. Tertio ppter indispositionē. Primo ppter punitionē. Nam nōnullis interdicta est cōmunio semel in anno licet cōtriti sint & cōfessi ppter punitionē pcedētium peccator̄. Vnde. 33. q. 2. c. latorē. dicitur de patricida aut matricida: q nō d3 cōmunicare vsq3 ad tres ānos. Et vt dic̄ Ric. i. 4. Nulli notorio & manifesto ac infami peccatori cū ad penitentiā reuertitur: ē statim eukaristia ministranda: tū ppter reuerentiā sacramēti: tū vt pbetur cōuersio vera vel ficta: tū ne alij pusilli scādalizentur. Posset tñ cōtrariū fieri vbi articulus pietatis vel necessitatis aliqn aliter fieri suaderet: puta q2 esset tā feruida penitentia: cōpunctio & lachryma2 abundātia: q etiā alios ad deuotionē puocaret: vel mortis periculū iminerét. Nā in extremo vite nulli penitenti ē eukaristia denegāda: vt pbat. di. 50. c. penitens. et 26. q. 6. c. si p̄sbyter. & c. cognouim9. & de elec. in. c. 15. Secūda ratio q̄re aliq excludunt a cōmunione dicit defectiua: siue defectionis: quādo. s. aliqs deficit sensu aut rōne fatuitatis aut ratione etatis. De etate aūt in qua quis ad cōmunionē sit inducēdus. dicit Alex. in. 4. summe q standū est arbitrio boni viri: qui potissime cōsiderare habet an ille qui cōmunicare d3 tantā habeat fidē & discretionē3 vt distinguere sciat inter sacramentū in quo realiter cōtinetur xp̄s: & materialē panem seu vinū. Tertia ratio quare aliqui excluduntur a cōmunione dicitur indispositionis: q2 non sunt dispositi cū firmo proposito a vitijs abstinere: qui vt dicetur i tertio mysterio si sic cōmunicauerint peccant. Et rursus si nō cōicauerint semel in anno: a peccato nō sunt inmunes. Et si dicatur q nō videtur peccare q cōionē omittit q2 se ad illā indispositū videt: cū h accedat ad sacramēti reuerētiā. Rñdeo & dico q nō peccat ppter reuerentiā sacri sed ppter indispositionem suam: eo q quilibet peccator tenet disponere se ad correctionem: et emēdationē. Ex quo dicit Alex. in. 2. summe q quando peccator cogitat de sua mala vita:

& excitatur intrinsecus a dei gratia, gratis data & extrinsecus a verbis scripture: a voce p̄dicatorum ab exēplis bonorū viroꝝ: vt peccata deponat: si i tali actu non agit opam vt conteraſ: de nouo mor aliter peccat: peccato. s. negligētie: ad quod sequunť alia peccata. s. contēptus diuine gratie: obduratio cordis: & ipenitentia. Jccirco friuola ē atq3 piculosa excusatio illiꝰ q dicit cōicare nolo q2 non sum dispositus peccata relinquere. Nā l3 non sit cū pc̄to cōicandū: tam̄ a peccato ē abstinēdū. O quot detinet illaq̄atos diabolus. o quot sunt fornicatoreſ. adulteri. sodomite. vsurarij. & similes: q nullā in suo corde mentionē3 faciunt de emendatione sua. O isēsati. o reprobi. o maligni inimici creatoriſ vestri dei. o damnādi cruciatibuſ eternis: cur duritiā vestrā voluntatēq3 in malo pseuerantem nō ispicitis. Flete sup vosmetipsos. Flete iniquā: q2 breui p dilectione momentanea luctis penas eternas. Heu heu quanta crudelitas: quāta ipietas: quanta feralitas non ꝯpati pro pprio piculo: pprio dāno atq3 iacture. O luxuriosi domate vestrā libidinē. O auari refrenate vestrā cupiditatē. O superbi deponite iras rācores & odia: & nolite fugere: nolite contēnere xp̄m deū. Ipse est q ad nos venit. Ipse nobiſ offert seipsum in sacro altaris. Sed dicet aliqſ Ecqs scire pōt si sine peccato & mūdus sit. Inqt eni sapiens Ecclesiastices. 9. Nemo scit vtrū odio vel amore dignus sit. Et Dauid in ps. Delicta qs itelligit. Cui ego rn̄deo q̄ etsi certitudinaliter de cōi lege nullus se sciat eē in charitate: tamē per cōiecturas & signa pōt vnusqſq3 id credere atq3 tenere. Sunt autē3 he coniecture: dolor de peccatis cōmissis: propositum ab illis i posterū abstinēdi: humilis & diligens cōfessio: prōpta satisfactio: ad bonū operandu3 expedita volūtas. Verū vt predictū est sigs omino se ad hoc indispositū viderit: a sacra communione omnino abstineat.

De tribus cōditionibus que precipue obseruari debent ab his qui sanctissimum sacramentū deuote sumere volunt. Capitulum. 3.

Ertiū mysteriū declarandū de cōione dicif cōditio. Cōicare siquidē volentes debēt corpus xp̄i cū deuotiōe fide ac reuerētia suscipe: qbus necessaria sunt maxime tria. Primū ē mundicia. Secūdū diligētia. Tertiū reuerētia. Primu3 quod cōicātibus ē necessariū dicif mūdicia: que ē triplex. Prima ē mūditia mentalis: vt. s. mens munda sit ab oi ppōsito malo & ab oi actu cuiuscunq3 pctī mortali mortalis. Et de hac dicit apl's .i. Cor. xi. c. Probet aūt seipm hō: & sic d̄ pane illo edat: & de calice bibat. Qui eni3 māducat & bibit indigne: iudiciū sibi manducat & bibit. Notādū tamē q̄ potest quis dici indignus isto sacramēto dupliciter. Aut rōne pprie iniqtatis: & sic ē indignus ois existēs i pc̄to mortali. Aut rōne pprie paruitatis & ifirmitatis: & sic qlibet ēt quantūcūq3 sanctus indignus est. Propterea ois cōicans dicit. Dn̄e nō su3 dignus. Sed illi q pp̄ter suam ipietatē & maliciā indigni sunt iudiciū sibi manducāt & bibunt: dū sanctissimū sacramētū suscipiūt. O sacerdotes. o religiosi eucharistiā frequētantes notate verba: signate mysteria. Heu mūdo a scādalis. Ecquis enumerat quot sint q polluto ore p̄sumunt accipe corpus xp̄i. Verūtamē circa h̄ dubiū oriť: vtrū peccet sacerdos dans eucharistiam illi quē scit eē in peccato mortali. Et respondet Ric. in. 4. q̄ talis peccator: aut nō petit eucharistiā sibi dari. & tunc sacerdos dando peccaret. Aut petit: & tunc distinguo: q2 aut suū peccatū ē occultum: aut manifestū. Si manifestū: tunc sacerdos dādo sibi eucharistiā peccaret: q2 legitimā contra ipsum h3 exceptionem: quā sibi publice obicere pōt. Et accipio hic manifestū non p oi eo qđ pbari pōt: qđ magis pprie dicif manifestabile q̄3 manifestū. Vn̄ si sacerdos sciret parchianū suū eē i crimine: qđ legitime cōtra eū posset pbare: ita q̄ illud crimē nescirent cū ipso nisi duo vel tres testes p quos hoc pbare poss3: nō pp̄ter hoc deberet eucharistiā negare illi i publico petenti: q2 tūc inferret sibi penā ante criminis pbationē: qđ fieri non d3: vt ponif. 11. q. 3. in. c. cox. Sed accipio h̄ manifestū p notorio. Est aūt peccatū notoriu3 vel p sniam vel per cōfessionē factā in iudicio. aut euidentiā rei: que tergiuersatione aliqua celari nō pōt. extra de coha. cle. & mu. c. vltimo. Si aūt peccatū suum ē occultū. Aut petit i occulto: & tunc sacerdos sibi dādo peccaret q2 h3 contra eum legitimā exceptionē: quā sibi in occulto obijcere pōt: & ipsum d3 monere ne petat in publico: vt habeſ de cōse. di. 2. c. nō phibeat. Aut petit in publico: & tūc ē distinguendu3: q2 aut ē de aliena parochia: & tunc peccaret sibi dando. Aut ē de parochia sua: & i tali casu sacerdos teneť sibi dare: q2 cōtra eū nō h3 legitima3 exceptionē: quā ei in publico obicere possit. extra de offi. iudi. ordi. c. si sacerdos. Sic xp̄us

cõicauit Iudã quẽ sciebat ꝓditorẽ: ne peccatũ eius occultũ panderet: vt dicit. i. q. i. c. xp̃s. ⁊ 7. q. i. c. aduersitas. Illi ergo q cũ pctõ mortali cõicare ꝑsumũt Iude similes efficiunt. Secunda mũdicia necessaria cõicare volẽtib⁹ dicitur cõfessionalis. Debet nãqꝫ qs ante sacramẽti susceptionẽ mũdare se per cõfessionem factã sacerdoti. Sed hic dubitare ꝯtingit. vtrũ contritus non cõfessus peccet mortaliter cõicãdo. Et rñdet Ric. ꝙ distinguendũ ẽ: qꝛ aut talis hꝫ copiam confessoris idonei: ⁊ tempus sufficiens ad cõfitendum: ⁊ loquelam liberam: aut non. Primo suscipiendo hoc sacramẽtũ mortaliter peccat: qꝛ ad hoc ꝙ homo sit dignus hoc sacramẽtũ suscipe: reqritur ꝙ recõciliet deo ⁊ ecclesie: que recõciliatio ẽ p cõfessionẽ ⁊ absolutionẽ. Secũdo modo subdistinguendũ est: qꝛ aut iminet scandalũ psone sue: aut cõis: hoc est populi: aut qꝛ iam incepit sacrũ mysterium si sacerdos est: ⁊ in quolibet istoꝝ casuũ licitũ ẽ cõicare cũ ꝓposito cõfitendi. Si tñ nõ adest aliqs ꝑdictoꝝ casuũ tenet expectare quousqꝫ habeat copiã cõfessoris. Tertia mũditia q̃ reqritur i volẽtibus cõicare dicit corporal. Pro cuius itelligentia notandũ fm Boñ. ⁊ Ric. i. 4 di. 9. ꝙ alia est imundicia corpalis que ẽ cõiũcta spũali: sicut pollutio ꝓueniẽs ex crapula: vl ex turpibus cogitationibus ꝓcedentibus: ⁊ cũ hac nõ lꝫ ad sacramẽtũ accedere. Alia ẽ imunditia pure corpalis nullũ horrorẽ imũdicie i aĩa generãs: vt imũditia in pede: ⁊ hec nõ ipedit. Unde pollutio ꝓueniens ex ifirmitate: vel debilitate nature nõ ipedit vsum sacramẽti: licet laudabile sit ob reuerẽtiam abstinere. Similr imũditia mẽstruoꝝ nõ ꝓhibet mulierẽ cõicare qꝛ ẽ imũdicia pure naturalis. Simile põt dici de illa ifirmitate que Leuitici. 15. vocat flux⁹ seminis. Et si diceret ꝙ tales i veteri lege reputabant imũdi: ⁊ arcebant ab ingressu i templũ: ⁊ ab esu agni. Rñdent prefati doc. ꝙ istd non tenet hodie: qꝛ lex data ẽ in onus ⁊ i figura: ⁊ per illas imũdicias significabant imunditie spũales. Dicit tamẽ Boñ. ꝙ deus diligit mũdiciã corporalẽ que excitat deuotionẽ mentis: ⁊ abhominat imũditiã corporalẽ: que ẽ via ad irreuerẽtiã mentis. vnde q imũdis manibus tractaret corpus xp̃i propter irreuerẽtiaꝫ sacramẽti nõ eẽt imunis a peccato. Secũduꝫ principale qd̃ requirit ⁊ ẽ necessariũ cõicantib⁹ dicit diligentia: que adhuc triplex eẽ põt. Prima ẽ diligentia examinatõis. Debet quidẽ qlibet q vult cõicare exaĩare diligenter seipsum: vt cõfiteat de oibus peccatis mortalibus de qb⁹ memor eẽ põt: qm si qs omisisset cõfiteri aliqd peccatũ mortale ꝓpter suã voluntariã negligentiã: lꝫ psuaderet sibi ꝙ ꝓpter cõfessionem alioꝝ eẽt mundus: cõicando peccaret mortalr ⁊ si qs facta diligentia sua nõ recordaret nisi d vno peccato: ⁊ de illo dũtaxat cõfiteret i ꝑticulari: ⁊ de oblitis in generali cõicando grãꝫ xp̃i obtineret fm Scotum i. 4. di. 9. Immo multotiẽs oblita peccata ꝟtute sacramẽti ad memoriã reducunt. Et tũc tenet homo post susceptũ corpus xp̃i ꝗ̃citius põt cõfiteri de illis i spãli: quod ẽt tactũ est a nobis: dũ diximus de reiteratione cõfessionis. Secũda diligentia ẽ exuentis oratõis. Debẽt vtiqꝫ q cõicare habent per aliquod spaciũ ante orare feruẽter. Tertia diligẽtia ẽ pie meditationis. Debent ẽt pie meditari ⁊ cõtẽplari clementiam ⁊ amorẽ domini nostri iesu xp̃i qui nobiscum eẽ dignat in venerabili sacramẽto. Tertium quod ẽ necessariũ cõicantibus dicit reuerẽtia. Debent nanqꝫ corpus christi sumere cũ reuerẽtia ⁊ honore genuflexi videlicet ⁊ pectora sua tundẽtes. di. Cẽturionis verba Math. 8. Dñe nõ sum dignus ⁊c. Et de hoc deuotissimũ est exẽplũ illud: menteqꝫ sollicita speculandũ: quod de beato Hiero. Eusebius in eius transitu narrat. Scribit eni sic. Quidã frater ad locũ accedens sanctissimũ corpus iesu christi secuꝫ tulit: quod vbi Hiero. vir dñi videre potuit: nobis ei auxiliantibus ꝓstrauit se in terrã pronus ⁊ voce ⁊ lachrymis quãtũ poterat clamabat. d. Domine quis ego sum vt sim dignus ꝙ sub tectũ meũ intres. Meruit hoc peccator homo. Certe dñe non sum dignus. Nũqd ego melior suꝫ ꝗ̃ oẽs patres mei. Tu Moysi noluisti vno ictu oculi te mõstrare. Cur nunc tñ te humilias: ⁊ patiaris ad hoiem descendere publicanũ ⁊ peccatorẽ. Cũqꝫ proximus eẽt sacerdos: erigens se vir religiosus genib⁹ flexis cũ cunctis tenẽtibus magnis lachrymis ⁊ suspirijs: ⁊ ꝗ̃ pluries pcutiens pectus suũ dixit. Tu es dñs meus ⁊ deus meus q pro me passus es: an forte alius. Certe tu es ille: qui cũ deus esses sol⁹ ante tpa ⁊ sine pricipio genitus a deo patre eterna ⁊ iuestigabili generatõe: q cum ipso patre ⁊ spiritu sancto vnus deus es pmanens illd qd erat ⁊ es. Intra vnius puelle corpusculum te clausisti factus homo. Tu nempe es ille quem in Iordane baptizante Ioanne vox subito pa

terna celitus intonuit. Hic inquiens est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et spiritus sanctus in te in colūbe specie descendēs te esse vnum cū patre ⁊ idē in substantia declarauit. Tu bene iesu ꝓ me crucis tam grandis in tuo illo quod cerno pñs corpore super tulisti supplicium: vt mortē quā meis incurreram flagitijs interimeres: ⁊ animas antiquorū quas dudum diabolica negtia infernalibus mansionibus detinebat recuperes: ⁊ totam humanam naturā: que corruerat in mortē perpetuam: tuo cū ipsa pacificato patre: ad vitā interminabilē reuocares. Tu es vita vitalis ⁊ amabilis: atq; iucunda. Multaq; alia addidit verba mysterijs deuotissimis plēa quibus finitis vir domini gloriosus sacramentum suscipiens ad terram supinus redijt. Deinde manus in modum crucis supra pectus tenens Symeonis ꝓphete vaticinium decātauit. Quo finito apparente luce quadam mirabili ex hac vita migrauit. Elaboremus itaq; oēs: vt cū omni deuotione qua possumus sacramētum hoc frequentemus: vt sic mereamur i hoc seculo participes fieri diuine gratie: ⁊ in futuro sempiterne glorie: in qua videbimus deum sicuti est: qui viuit ⁊ regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Dominica oliuarum in mane. de contemptu mundi: ad quem nos xp̄s rex regum induxit verbo pīter ⁊ exemplo. Sermo. .62.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinā. Scribunt hec verba Math. 21.c. ⁊ in euāgelio hodierno. Inuigilādum ē accuratissime ab omnibus nobis: ne decipiamur a blādicijs ꝓditoris mūdi. Allicit eqdem nos apparenti suauitate: dulciq; armonia bonorū tpalium. Cui si ꝓbuerimus aures mentis immemores sacri glorie celestis: ruemus in pelagus vastissimū inferni tenebrosi: sicut illi qui syrenarū cantus nō curāt euitare. De qbus sic dicit Hiero. ad matrem ⁊ filiam in galijs cōmorantes. Narrant gentilium fabule cātibus syrenarum nautas in saxa precipites. ⁊ ad Orphei citharā arbores bestiasq; ⁊ silicū dura mollita. Hinc ⁊ Hiero. i prologo Josue dicit. Nos ad patriam festinātes mortiferos syrenarum cantus surda debemus aure ptransire. Propterea saluator noster in oi vita sua vbo pīter ⁊ exemplo contēnere mundū nos docuit. Pro cuius cōtēptu hac die mansuetus ⁊ humilis sedere voluit super asinam. Et qm̄ rarissimi sunt qui eius exēplum sequātur: pluresq; inueniunt dilectores q̄ꝫ contēptores mundi. Idcirco in presenti sermone de mundi cōtēptu dicemus: notabimus q; tres principales rōnes quare sit cōtēnēdus

Prima rō dicit̄ diuine ordinationis.

Secunda finalis consūmationis.

Tertia maligne conditionis.

Quod mundus contēnendus est: eo q; deus ita ordinauit: ⁊ de causa productiua mundi ⁊ tēpore ac vnitate. Capitulum. .i.

Prima rō quare cōtēnēdus ē mūdus dicit̄ diuine ordinationis. Ordinauit enī deus vt hō diligeret ipsum deum sūmum bonū: non āt mundum. Vn̄ magister sen. i. di. secundi li. ait. Fecit deus rōnalē creaturā vt sūmū bonū intelligeret: itelligēdo amaret: amando possideret: possidendo frueretur. Sed pro huius pñs pleniore itelligētia tria sūt de mūdo declaranda. Primū dicitur cāsalitas. Secūdū tpalitas. Tertiū vnitas. Primū declarandū dicit̄ causalitas. vtrū s. cā efficiēs ꝓductiua mū. i fuerit ipse deus. Et circa hoc sūt tres opiniones. Prima phoꝝ. q nescientes intelligere quō aliqd fieret ex nihilo: sunt multa falsa de mundo locuti: sicut patet de Democrito ⁊ Epicuro. q vt lactantius ait. i. di. insti. dixerunt oia fortuitu eē facta. Cōtra quos licet alij phi dixerint mūdū eē factum: ut pꝫ ꝑ de celo ⁊ mūdo. ⁊ fo methauroꝝ. tamē errauerūt aliq asserentes illū factū esse a deo de sui essentia. Sed hec positio sequentibus phis apparuit iprobabilis: q; dei essentia nobilissima ⁊ oino iuariabilis fieret corporaliū ⁊ variabiliū materia: que de se est iperfecta: nisi ꝑficiat̄ per formā. Anaxagore aūt opinio fuit vt dicit Ar. i. phicorū. ⁊ 2. de aia. ⁊ in. i. de generatione q; mūdus erat factus ex principijs existētibus. s. materia ⁊ forma. Sed forme latebāt in materia anteq̄ꝫ itellectus illas distingueret. Platonici vo posuerūt mundū ex principijs existentibus materia ⁊ forma: sed materiā posuerunt p se: ⁊ formas sepatas. Thales milesius vt refert Lactantius. li. i. di. insti. dixit deū ex aqua cuncta formasse. Unde materiam rerum posuit in humore: ⁊ principiū cāmq; nascendi constituit in deo. Omitto qd senserit Crisippus: qd Cleantis: qd Zeno: qd Empedocles ⁊ ceteri q ' deo errauerūt: q; nescierunt contemplari oipotentiem

omnipotentiam dei: que ex nihilo pōt facere
aliqd. Unde ex nihilo creauit angelos: ex ni/
hilo materiā primā: ex nihilo creat animas no
stras. Propterea dicit magister di. i2. secūdi.
li. Creare est ex nihilo aliquid facere. Hoc au
tem nos intelligimus ex reuelatione dei facta
Moysi eximio ꝓpharum. q in prin. Geñ. ita
scripsit. In principio creauit deus. i. ex nihilo
produxit ſm glo. celum ⁊ terram. Ex quo ꝯ
phis dicimus illud Lactantij in. i. diui. insti.
O missis terrenis hoꝰ i phie auctoritatibus ni/
hil certi asserentibus: aggrediamur viam rectā
quos equidem si putarem satis idoneos ad be
ne viuendum duces esse: ⁊ ipse sequerer ⁊ ali
os vt sequerentur hortarer. Sed cum magna
inter se concertatione dissideant: secumqꝫ ipsi
plerumqꝫ discordent: apparet eorum iter ne/
qūqꝫ esse directum. Siquidem sibi quiqꝫ vt ē
libitum proprias vias impresserunt: confusio
nēqꝫ maximam inquirentibus veritatem reli/
querunt. Nobis autem qui sacramentum reli
gionis accepimus cum sit veritas reuelata di
uinitus omnes vtriusqꝫ sexus sine vllo discri/
mine ad celeste pabulum conuocamus. hec il/
le. Sileant ergo phi ⁊ erroribus suis circa pro
ductionem mundi imponant iam finem. Se
cūda opinio est hereticorum. Nam manichei
vt cōmemorat Aug. in li. de natura bōi. Po
nentes duo principia. vnum. s. deum oium in
visibilium. Aliud diabolum oium visibilium:
dixerunt mundū istum visibilem factum fuisse
atqꝫ productum a diabolo tenebrarum princi/
pe. Hanc autem heresim pditissimam conant
ipsi pbare auctoritate. rōne. ⁊ exemplo. Aucto
ritate contendunt ꝓbare. d. ꝙ diabolus in scri
pturis vocat princeps ⁊ deus mundi huius.
Unde Jo. i2. xp̄s ait. Nunc iudicium ē mun
di: nunc princeps mundi huiꝰ eijciet foras: Et
Jo. i3. Uenit enim princeps huius mundi: ⁊
i me non hꝫ qcq̄. Et ꝯ se Jo. i9. Pilato dixit
Regnum meū nō est de hoc mūdo. 2o arguūt
manichei rōne sic. Nullum malum ē a deo: qꝛ
vt hr Geñ. i. Uidit deus cūcta que fecerat: ⁊
erant valde bona. Et Dioꝰ. in li. de di. no. ait
A sūmo bono non egredit nisi sūmum bonū:
sed mundus est malus ergo nō est a deo. Qꝺ
autem sit malus pꝫ: qꝛ si eēt bonus eēt diligē/
dus: qꝛ ſm Dionysium vbi. s. Bonū ē natu/
raliter diligibile: sed ois predicat mūdū fore cō
tēnendum. Unde Jo. i. cano. 2. c. ait. Nolite
diligere mundū: neqꝫ ea que in mūdo sunt: qꝛ
siquis diligit mundū non ē charitas patris in
eo. Et Jac. 4. scribit. Adulteri an nescitis qꝛ
amicitia huius mūdi inimicitia est deo. Quicū
qꝫ ergo voluerit amicus huius seculi eē: inimi
cus dei constituet. Et Jo. 7. de mundo xp̄s di
xit. Non potest mundus odisse vos: me autē
odit: quia testimoniū phibeo de illo: quia ope
ra eius mala sunt. 3o superinducunt manichei
ad suum errorem confirmandum exemplum.
qꝺ Math. recitat. 4. c. qñ ostēdit diabolus xp̄o
oia regna mundi promittens se ea illi daturū
si cadēs adorasset eum: ergo videt ꝙ ipse erat
Vtrū aqua sit de substātia siue integritate sacramenti. Ad qđ respondet Bon. in. 4. di. xi. d. q̄ de integritate huius sacramēti sunt quattuor scilicet materia: forma: ordo: ⁊ intentio cōsecrātis. De cōgruitate autem ⁊ bene esse sunt que sunt his annexa. Aqua ergo cū nō sit aliqđ horum nō est de necessitate sacramenti: sed annexum est materie. s. vino: q2 adiungitur vino: et in ipsum cōuertitur: ⁊ postmodū in sanguinē: ⁊ ideo est de congruitate apponenda: tamē admiscenda est vino: vt dicit̄ extra de cele. mis. c. vltimo. Cuius ratio multiplex est fm̄ Alexā. Prima ꝓpter exemplū domini. Probabiliter enī3 credit̄ q̄ domin⁹ hoc sacramētū instituit in vino aqua ꝑmixto: vt dicit Dama. ⁊ Cyprianus de cōse. di. 2. c. scriptura. Secūda ratio ē ꝓpter signū vnionis corporis mystici cū capite. Vnde de cōse. di. 2. c. cū omne. dicit̄. Cū in calice vino aqua miscet̄ xp̄o populus adunat̄: ⁊ credentiū plebs ei in quē credit copulat̄ ⁊ iungitur. i. copulāda ⁊ iungenda significat̄ ꝑ fidē: ⁊ dignā sacramenti susceptionē. Ex quo Ric. in. 4. di. xi. refert q̄ ꝓpter huiusmodi significationē3 tātū3 debet apponi de aqua ⁊ de vino q̄ aqua possit trahi ad naturā vini. Populus. n. trahēdus est ad xp̄m. Et ideo multū sunt illi reprehensibiles q plus ponunt de aqua q̄3 de vino. Est qdē ꝑniciosus abusus: vt dicit̄ in. c. ꝑniciosus. extra de cele. mis. Tertia ratio quare aqua admiscet̄ vino est ꝓp fluxū aque de latere xp̄i: a quo lanceato vt habet̄ Joh. 19. continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Ideo de cōse. di. 2. c. in sacramentoꝝ oblationib⁹. dicit̄. Nō debet i calice domini aut vinū solū aut aqua sola offerri: sed vtrūq3 ꝑmixtū: q2 vtrūq3 ex latere xp̄i i passione sua ꝓfluxisse legit̄. Notandū tm̄ fm̄ magistru3 sen. c. penultimo. xi. di. quarti. q̄ si sacerdos cōsecret vinū sine aqua vere cōuertitur in sanguinē. Nā ⁊ grecoꝝ ecclesia dicit̄ aquā3 nō apponere sacramento: vt ait Inno. de officio misse. ꝑte. 3. c. 26. ⁊ tm̄ ecclesia nō negat ipsos cōficere sanguinē xp̄i. Ille tm̄ q aquā nō apponeret reprehendēdus esset ꝓpter rationes iam dictas. Septimo dubitat̄ circa obligationē: vtrū scilicet popul⁹ debeat cōicare sub vtraq3 specie. Ad qđ respondet sanctus Tho. 3. ꝑte. q. 80. q̄ circa vsu3 huius sacramēti duo possunt cōsiderari: vnū ex ꝑte ipsius sacramenti: aliud ex parte sumentiū. Ex parte ipsius sacramēti ꝯuenit q̄ vtrū q3 sumat̄. s. corpus ⁊ sanguis: q2 i vtroq3 cōsistit ꝑfectio sacramenti. Et ideo q2 ad sacerdotē pertinet hoc sacramentū cōsecrare ⁊ ꝑficere: nullo modo debet corpus xp̄i sumere sine sanguine: ꝓut plene patet de cōse. di. 2. in. c. cōperimu⁹. Ex parte aūt sumētiū requirit̄ summa reuerentia ⁊ cautela: ne aliquid accidat qđ vergat in iniuriā tanti sacramenti. Quod ꝑcipue posset accidere in sanguinis sumptione: q qde3 si incaute sumeret̄ de facili posset effundi. Et q2 crescente multitudine populi christiani in q̄ cōtinent̄ senes ⁊ iuuenes: quoꝝ quidā nō sunt tāte discretionis. vt cautelā debitā circa vsum huius sacramēti adhiberent. Ideo ꝓuide obseruat̄ vt populo sanguis sumend⁹ non det̄: s3 solū sumat̄ a sacerdote: ⁊ etiam secūdū aliquos nō datur sub vtraq3 specie ꝓpter periculū erroris: ne. s. cōmunis popul⁹ crederet xp̄m nō eē totum sub vtraq3 specie.

De figuris que p̄cesserūt sacramentū eukaristie: ⁊ de septem ꝓprietatibus māne appropriatis huic sacramento. Capi. 2.

Ecūdū mysteriū declarādū de sacra-
s mento eukaristie dicit̄ figurationis.
Fuit nāq3 cōgruū hoc sacramentū ꝑfigurari secūdū Alex. ⁊ Bon. i. 4. di. 8. ꝓpter tria. Primo ꝓpter dignitatē: q2 ꝑdicādū ⁊ expectandū erat sicut donū dei excellentissimu3: ideo figure huius sacramēti ꝑire debuerunt in qbus refulciretur expectatio fideliū: ⁊ dignitas huius sacramēti famosior ostenderet̄. Vnde figuraꝝ ꝑmissio non fuit aliud q̄3 fame eius diuulgatio. Secūda ratio est ꝓpter difficultate3. Inter cetera enī3 sacramēta hoc est difficillimu3 ad credendum: imo inter cetera credibilia: ideo homines debuerunt ad hoc assuefieri quadam figurarū manu ductione. Tertia ra ratio fuit propter significationem: quia hoc sacramento christus passus significat̄: ⁊ cōtinet̄. Cōgruebat autē xp̄m passum aliqua figura ꝑsignari. Similiter autē ⁊ hoc sacramentū quo significatur ⁊ continetur. Precesserunt autem nō vna: sed plures figure: q2 sicut dicit Augu. in. 4. de trini. Oportebat q2 per multa exain⁹ a deo decisi q̄ multa vitā venturā cōclamarent scilicet. xp̄m. Et secundū Alex. licet res ꝑfigurata tantis figuris sit vna secundū substantia3: tamen illius sunt multi effectus ⁊ multe ꝓprietates siue cōditiones: quarum multiplicitatem respiciunt ipse figure diuerse. Magister vero sen. dimissis alijs figuris que assignari possēt: tantum quattuor enumerat: sacrificium scilicet Melchisedech: agnum pascalē: māna: ⁊ sanguinem

guinem qui fluxit de latere christi: q̄ figure suffi
cienter enumerantur duplici ratione. Prima
est respectus siue relatio figurarū ad legem na
ture mosaice ꝛ euangelice: vt.s. per oblationē
Melchisedech ostendatur fuisse prefiguratum
sacramentum in lege nature. Per agnū pascha
lem: ꝛ māna in lege scripture. Et per sanguinē
qui fluxit de latere christi in lege gratie. Se-
cunda ratio est si attendamus ad ea que presi-
gnantur. Nā in hoc sacramento est visibilis for
ma: ꝛ hec prefigurata est in sacrificio Melchi-
sedech: ꝛ est res contenta: ꝛ hec figurata est in
agno pascali: ꝛ res significata tantū: ꝛ hoc i mā
na. Et virtus dans efficaciam: ꝛ hoc in sangui
ne qui defluxit de latere xpi. Verūtamē soler-
ter est aduertendū q in māna qđ pluit dūs pa-
tribus in deserto Exo.16. septē cōditiones re-
periuntur conuenientes huic sacramento ineffa
bili. Prima est modus generatōis. Secū
da est locus descensionis. Tertia tempus re-
collectionis. Quarta terminus mensuratio-
nis. Quinta ritus preparationis. Sexta au
sus reseruationis. Septima gustus saporatio
nis. Prima cōditio erat modus generatio-
nis: q2 in nocte inuisibiliter de celo descēdebat
Quid enim designat p noctē nisi fidei nostre
statum. Sicut enim in regno celoꝝ nulla ē ob-
scuritas tenebrosa: ꝛ in inferno nulla pōt lucidi
tas apparere. Sic in p̄senti peregrinatione nō
est lux clara visionis deifice sicut in celo: non
obscura tenebrositas eterne damnationis sicut
in inferno: sed nocturna fidei lux stellari ꝛ luna
ri nō quidē solari lumine illustrata qbus lumi-
nibus videmus ꝛ cognoscimus hoc sacramen
tum. Secunda cōditio illius māne erat loc⁹
descensionis: q2 descendebat in deserto circa ca
stra filioꝝ israel solum: eisq3 defecit cum intra-
uerunt terrā promissionis. Sic hoc sacramētū
non nisi in ecclesia: ꝛ in eius fide veraciter con
secratur: atq3 in deserto presentis vite tantūmo
do frequentatur. Cum autē ad repromissā vi-
uentium terrā ventum fuerit iam non amplius
hoc sacrificium offeretur: sed gloriosus iesus i
cōsummato felicitatis loco cōspiciet ineffabili-
ter exaltatus. Tertia cōditio erat tēp⁹ recolle
ctionis. Sex enim diebus poterat reperiri: prece
pitq3 Moyses ex parte domini: feria sexta pro
sabbato colligi. Sabbato autē egressi quidā de
populo vt colligerent non inuenerunt. Sic ꝛ
istud viuificum sacramentū non nisi sex dieb⁹
presentis peregrinationis reficere habet: sꝫ sab
bato sempiterne quietis inueniet rex noster ie
sus christus nō mystice sacramēto velatus sed
manifestus ꝛ decore regio gloriosus. Quar-
ta cōditio est terminus mensurationis: q2 per
singula capita mensuram gomor ex parte dūi
Moyses colligi instituerat: nec qui plus collegit
plus habuit: nec q minus: min⁹ inuenit. Sic q
dem istud mirabile sacramentū nequaq3 conti
net minorē iesum in minori hostia q3 in maiori
nec plus in plurib⁹ q3 in vna. Quinta condi-
tio erat ritus p̄parationis: q2 illud māna ignē
optime sustinebat: nā māna liquidū colligebat
simile coriandro: ꝛ ppe ignē ponebat ꝛ efficie-
batur durū: deinde atritabat: ꝛ ex ci⁹ farina cō
ficiebat panis. Sed si ponebat ad solē liquefie
bat: ꝛ cōtabescebat. Sic istud benedictū sacra-
mentū pfecte ignem sustinet deuoti ꝛ feruentis
amoris: atq3 rationes ab amoris fornace pce-
dentes pfecte cōcludunt huius sacramenti irre
fragabilē veritatem. Sed sol curiositatis huma
ne ꝛ fantastice ratiōis ad pscrutationē sacramē
ti p psidiā eum liquescere facit. Sexta condi-
tio est ausus reseruationis. Nā p̄cipiēs Moy
ses q nullus seruaret ex eo vsq3 in mane: q vo-
luerunt reseruare: inuenerunt q scaturire cepit
vermibus atq3 cōputruit. Sic hoc sacramētuꝫ
reseruatū ab his qui ad illud nolūt accedere sca
tet vermibus: q2 ipsi tales deteriorant: ꝛ indu
rantur: vt patet. 82. di. in. c. presbyter. Se-
ptima conditio erat gustus saporationis: q2 vni
cuiq3 sapiebat iuxta desiderij sui appetitū. Ali
qui enim cū summa delectatione vescebantur [illegible]
bo illo sapidissimo: nōnulli vero murmurātes
dicebant. Anima nostra nauseat super cibo isto
leuissimo. Sic h̄ sacratissimū sacrm̄ sumētibus
diuersimode sapit secunduꝫ diuersas disposi-
tiones quas i eis format: vel desiderium chari
tatis: vel indeuotio malignitatis. O quot sunt
obstinati peccatores ꝛ presumptuosi qui corp⁹
christi sumentes nullū ex eo percipiunt gustuꝫ.
Alij vero q̄mirabiliter propter deuotionem ꝛ
fidem recreant ꝛ cōsolant. De quo ꝛ si multa
possent exempla narrari: vnuꝫ tamē referam⁹
quod rome euenit. Tempore namq3 Eugenij
quarti quedam notabilis ꝛ spiritualis domina
deo deuotissima Francisca nomine de pontia-
nis singulis diebus festis sacramenti commu-
nionē de manu sacerdotis reuerentissime su-
scipiebat: sentiebatq3 delectationē admirabileꝫ
adeo vt sepius post communionem p magnuꝫ
temporis spacium raperet in extasim. Quo-

dam vo die dum in ecclesia sancte Cecilie trāstyberum expectat et accipere cōionē: sacerdos ille q celebrabat: aut leuitate duct⁹: aut diabolica tēptatione deuictus tēptauit sibi dare hostiā nō consecratā. Cūqz ori eius appropinquasset recusauit illā sumere dicēs. Parcat tibi deus o pater sacerdos: q me non solū decipe credidisti: sed etiā idolatrā facere voluisti. Quibus vbis cōmotus sacerdos veniā petiit: et peccatū postea cōfessus: rem alijs studuit enarrare.

De septem fructibus quos aquirunt hi qui fideliter et deuote sanctam cōionem suscipiunt. Capitulum. .3.

Tertiū mysteriū declarandū de sanctissimo sacramēto dicit fructificatiōis. Deuote eni cōicantes multos fructus consequunt et pcipue septem. Primus dicit gratificatio. Secūdus remissio. Tertius satisfactio Quartus defensio. Quintus releuatio. Sextus cibatio. Septimus glorificatio. Prim⁹ fructus dicit gratificatio. Confert eni sacramentum deuote cōicantibus gratiā. Rō ē sm Tho. 3 pte. q. 79. Tum qz in eo cōtinet xps: q sicut veniēs in mūdo: venit cū gratia: sm illud Jo. j. Gratia et veritas p iesum xpm facta ē. Ita veniens in isto sacramēto. Cum qz repsentatur passio eius: q̄ fuit gratie effectiua. Tum qz sumitur sub spē cibi nutrientis. Vn sicut cibus pstat vitā: ita et hoc sacramētū: ppterea vocat eucharistia. i. bona gratia. Nā dicit sacrificiū respectu pteriti. s. passionis xpi quā repsētat Et dicit cōio respectu presentis quasi cōis vnio qz vnit mēbra cū corpore: vel i corpore mystico et dicit viaticū respectu futuri: qz est pfiguratiuū vite: et qz passio vnio et gloria sunt ex gratia: iō noiat eucharistia. Secūdus fructus deuote cōicantiū dicit remissio. Remittunt nāqz per hoc sacramētū peccata venalia. vt habet de cons. di. 2. c. cum oē. c. si quotiens. et c. ante benedictionē. Quātū aūt fit istud. s. remissionē venialiū habere: patere pōt si cōsideret quantū ipsam aiam ledant. Nam licet eternā dānationē non inducant: tamē iferūt duo pcipua nocumenta. Primū ē qz diminuūt feruorē charitatis. Secūdū qz obligant ad penā tēporalē. Ex quo dicit Bon. in. 4. di. 20. q siqs morit cū venialia habēs vadit ad purgatoriū. Tertius fructus deuote cōicantiū dicit satisfactio. Hoc siqdem sacramētū satisfacit p peccatis. Secūdum eni Tho. 3. pte. q. 79. hoc sacramētum simul ē sacrificiū et sacrm. Sed rōnem sacrificij hz iquātum offert. Ronē vo sacri inquantum sumit. Et ideo effectū sacri habet in eo q sumit: effectū āt sacrificij in eo q offert vel in his pro qbus offert. Si g cōsideret vt sacramētū hz duplicem effectū. Vno modo recte ex vi sacri. Alio modo quasi ex quadā cōcomitātia. Et vi qdē sacri directe hz illum effectū ad quē est institutū: non ē aūt institutū ad satisfaciēdū: sed ad spūaliter nutriendū per vnionē ad xpm et ad mēbra ei⁹: sicut et nutrimentum vnit nutrito. Sed qz h⁹ vnitas fit per charitatē ex cuius feruore aliqs consequit remissionē nō solum culpe: sed et pene Inde ē q ex cōsequēti per quandā cōcomitantiā ad pncipalē effectū hō consequit remissionē pene: nō qdē totius: sed sm modū sue deuotionis atqz feruoris. Si aūt cōsideret inquātū ē sacrificiū habet vim satisfactiuā: et pdest his p qbus offert tam viuis q̄ defunctis. Sed i satisfactione magis attendit affectus offerētis q̄ qualitas oblationis. Quāuis ergo hec oblatio ex sui quātitate sufficiat ad satisfaciendū pro oi pena: tamē fit satisfactoria illis pro qbus offert vel et pro offerentibus sm quātitatē sue deuotionis: et non pro tota pena. Hinc Alex. papa de conse. di. 2. in. c. nihil. ait. Nihil in sacrificiis maius esse pōt q̄ corpus et sanguis christi nec vlla oblatio hac potior est: sed oēs pcellit: q pura cōscia dño ē offerēda. Quartus fructus deuote cōicantiū dicit defensio. Defendit vtiqz hoc sacramentū pseruando a peccatis futuris. Vt eni ait Tho. vbi. s. Peccatū est qdā mors spūalis aie. Vnde hoc mō pseruat aliquis a peccato futuro: quo pseruat corpus a morte futura: qd quidē fit dupliciter. Vno mō inquantū hoīs natura interius roborat cōtra interiora corruptiua: et sic preseruat a morte p cibū et medicinam. Alio modo p hoc q munit cōtra exteriores impugnatiōes: et sic pseruat p arma: qbus munit corpus. Vtroqz aūt modo hoc sacramētū conseruat a peccato. Nā pmo quidem p hoc q christo coniungit p gratiā roborat spūalem vitā hoīs tanq̄ spūalis cibus et spūalis medicina: sm illud psalmi. Panis cor hoīs cōfirmat. Et Aug. sup Jo. ait. Securus accede panis est nō venenū. Secūdo inquātū est signū passionis xpi per quā victi sunt demones repellit ipsorū ipugnationem. Vn Criso. super Jo. ait. Vt leōes flāmā spirātes de mēsa dñi recedimus terribiles demonibus facti. Notādum tū q licet hoc sacramētū inquātum ē de se habeat virtutē pseruatiuā a peccato: nō tamē

aufert

aufert homini possibilitatē peccandi: eo q̄ hō i statu vie est huius cōditionis q̄ potest flecti in bonū ⁊ in malum. Quintus fructus deuote cōicantium dicit̄ reuelatio. Si eni homo post d̄notā cōionem in peccatū rueret facilius ab illo surgere pōt: q̄z si ante illud non cōicasset. Rō est: q̄r vt diximus: per sacram cōionem aīa roborat̄ ⁊ fortificat̄: ⁊ ideo facilius ē forti resurgere q̄z debili. Sextus fructus deuote cōicantium dicit̄ cibatio. Cibat vtiq̄z hoc sacramētuz spūaliter animā ⁊ multotiens miraculose reficit ipsum corpus. Dicit̄ enim de beata katherina de senis: q̄ sepius cōione suscepta per dies plurimos sine cibo ⁊ potu p̄sistebat absq̄z aliq̄ sui corporis lesione. Septimus fructus dicit̄ glorificatio. Facit ēt hoc sacramētum ad augm̄tum glorie que sequitur ad augmētum gratie. Quāto eni anima proficit ⁊ crescit in gratia: tāto copiosiorem gloriā promeretur. Sed q̄ deuote ⁊ humiliter suscipit sacramētū eucharistie p̄ficit in gratia: vt tactū ē supius: idcirco abundantius gloriā obtinebit. Currite igit̄ omnes ⁊ conscientijs a peccatis emūdatis sacram cōmunionē accipite: q̄r saluator noster dixit Jo. 9. Siq̄s manducauerit ex hoc pane viuet i eternum: hic p̄ gratiam: ⁊ in futuro p̄ gloriam: in qua viuit ⁊ regnat ipse iesus dei filius cum patre ⁊ spiritu sancto per cuncta secula seculoꝛuz. Amen.

Feria tertia hebdomade sancte: de veritate sacramēti eucharistie: in quo vere ⁊ realiter cōtinet̄ ipse xp̄s. Sermo. .64.

Caro mea vere est cibus ⁊ sanguis meus vere ē potus. Verba sunt redēptoris nostri originaliter Jo. 6. c.

Inter cetera fidei nostre credibilia maximū ⁊ admirabile ē realis actualis existētia corpis ⁊ sanguinis xp̄i in sacramēto altaris sub spēbus panis ⁊ vini. Hoc vtiq̄z nisi fides credat sermo nō explicat. Verūtamē ad confundendam pfidiam infidelium consolandosq̄z fideles qui id credunt: in hoc sermone de veritate altissimi sacramenti verba faciemus. Est et enim necessarium simpliciter credere ⁊ firmit̄ confiteri qd̄ a dn̄o iesu xp̄o audiuimus dictum carnem. s. suam vere eē cibum: suum sanguinem vere esse potum. s. in sacramento altaris: in quo vere ⁊ realiter contineт̄. Ad qd̄ p̄bādū ⁊ fideliter p̄suadēdū procedemus tripliciter:

Primo per auctoritates.
Secundo per rationes.
Tertio per exempla.

Q̄d omnes tam theologi q̄z sacra concilia ⁊ doctores antiqui tenent ⁊ confitentur dn̄z iesum xp̄m realiter esse in sacramento altaris sub speciebus panis ⁊ vini. Capitulum. .j.

Primo probanda ē veritas corporis ⁊ sanguinis xp̄i in sacramento altaris p̄ auctoritates. Primo theologoꝝ. Secundo conciliorum. Tertio doctorum. Primo itaq̄z theologi omnes Ric. s. Boū. Sco. ⁊ ceteri. di. x. quarti li. dicunt q̄ opinio quorūdā fuit ⁊ error pessimus q̄ xp̄s nō eēt in altari nisi tm̄ sicut in signo: ⁊ dicit̄ manducari: quia signum eius tm̄ accipit̄. Sed iste error cōtra pietatem fidei est: que tantum beneficiū sibi a deo datū recognoscit ⁊ gratias agit: q̄ in carne sua ⁊ natura propria sit nobiscū. Est etiam contra sacramenti dignitatem per excellentiam: in q̄ relucet diuina potentia ⁊ bonitas altius ceteris sacramentis. Nam cetera sacramenta excellit: ⁊ quasi consumatiuū est alioꝝ oīum: sicut charitas omnium virtutum. Manifestat̄ nāq̄z oī potentia dei in operis singularitate. Cum. n. panis in corpus xp̄i verum ⁊ integrum ī multis altaribus conuertit̄ nullo remanente cōmuni: ostendit se deus posse supra omnē potentiā operatiuam in conuersione. Et per hoc q̄ idē in pluribus locis supra imaginatiuam. Et per hoc q̄ tam magnum ⁊ integrum in tam parua specie facit existere non contractum: ostendit se posse supra potentiam intellectiuam. Error igitur p̄tactus detractus est a quodā Berengario rome coram. 113. episcopis. vt habet̄ de cōse. di. 2. in. c. ego Berengarius. Ideo catholice dicendū est s̄m Franciscū de marone i quodam sermone de corpore xp̄i: q̄ sub specie panis que videt̄ in hostia quatuor eē creduntur.

Primo qdem ibi creditur esse corpus xp̄i ex vi Vboꝝ: q̄z Vba consecrationis de solo corpore faciunt mentionem. Secūdo est ibi sanguis xp̄i ex cōcomitātia imediata: q̄r sanguis imediate disponit corpus ad vitam. Tertio ē ibi anima xp̄i ex cōcomitantia propinqua: q̄r licet anima: nō viuificet corpus nisi mediante sanguine tamen ptinet ad eandem naturā: ⁊ ideo cōcomitat̄ ipsum p̄pinque. Quarto est ibi diuinitas verbi ex cōcomitantia remota: q̄r licet diuinitas cum tribus p̄cedentibus faciat vnū suppositum: tamen non ptinet ad vnā naturā.

Similiter etiam in calice ista quatuor esse cre-
dunt: sed alio ordine. Primo ē ibi sanguis
ex vi v̄borum pro eo q̄ v̄ba consecrationis ca
licis de solo sanguine faciunt mentionē. Se-
cundo est ibi corpus ex cōcomitantia imediata
q2 corpus sanguinis est imediatū receptaculū.
Tertio est ibi aīa cōcomitantia propinqua: q2
ptinet ad candē naturā humanam. Quarto
ē ibi diuinitas ex cōcomitantia remota: q2 non
ptinet ad candem naturā: q̄tum ad idē suppo-
situm. Et ista quatuor significauit saluator no
ster ibi esse. d. Joh. 9. Ego sum panis: p hoc
dans intelligi corpus. Et subiūgit: viuus: per
hoc denotās aīam p quam corpus viuificatur:
et q2 aīa sine corporeo sanguine viuificari non
pōt: ideo subintelligit hic sanguis. Deinde ad
dit: qui de celo descendi propter diuinitatem.
Quare totus xp̄s continet sub specie panis:
et totus sub specie vini. Secūdo ad ostenden
dam v̄itatem sacramēti facit auctoritas sacroꝝ
cōciliorū. Scribit eni extra de cele. mis. in. c. cū
Marthe. Dicit hoc sacramētum mysteriū fi
dei: qm̄ aliud ibi credit q̄ cernat: et aliud ibi cer
nit q̄ credat. Species panis et vini cernitur
et credit̄ v̄itas carnis et sanguinis xp̄i. Et i. c.
i. de sum. tri. et fi. ca. sic scribit. Una ē fideliū
vniuersalis ecclesia extra quam nullus omnino sal
uat: in qua idē ipse sacerdos est et sacrificiū ie-
sus xp̄s: cuius corpus et sanguis in sacro alta-
ris sub speciebus panis et vini veraciter conti
net transubstantiatis pane i corpus et vino i sā
guinem virtute diuina: vt ad pficiendū myste
rium vnitatis accipiamus ipsi de suo qd̄ acce-
pit ipse de nostro. Sed propter dicta in pall. c.
cum marthe. notāda sunt fm Fran. de maro-
ne quatuor documēta. Primū q̄ in hoc sa
cramēto proprie non videt xp̄s oculo corpora
li: q2 accidentia que ibi cernunt non sunt i cor-
pore xp̄i sicut in subiecto. Et si querat quare xp̄s
in hoc sacro corpus suū dedit nobis velatū sub
accidētibus. Rūderi potest q̄ id fecit propter q̄
tuor rōnes. Prima est pp humilitatē: vt. s.
homines in hoc sacramēto humiliarent credē-
tes ea que sunt supra itellectū. in hoc eni sacro
valde necessaria est captiuatio itellectus in ob-
sequiū xp̄i. Secūda rō est propter fidelitatem
vt. s. fides habeat meritū: q2 vt Greg. dicit in
omel. Fides nō habet meritū vbi humana rō
prebet experimentum. Tertia rō est propter
indignitatē. s. quoad malos q indigni sunt cla
re conspicere corpus dñi iesu xp̄i. Quarta rō
est propter imbecillitatem quo ad omnes: quia
claritatem corporis iesu xp̄i nullus viator na-
turaliter posset inspicere. Secūdm documentū
q̄ licet proprie ibi non videat xp̄s: tamē nō errāt
fideles q dicunt dñm se vidisse in manibus sa
cerdotis: q2 nullus errat: cuius v̄ba pñt v̄ifi-
cari eo modo quo v̄ificat scriptura diuina: i qua
dicit q̄ aliq viderūt deum oculo corporali: sicut
de Moyse dicit q̄ vidit dñm cernendo corpo
ralem rubum Exo. 3. non q̄ ibi viderit diuini
tatem: sed q2 dñs assistebat illi rubo. Et ita cor
pus xp̄i suo modo assistit spēbus que in hoc sa
cramento cernunt. Tertium documentum
q̄ in hoc sacramento adoratio non est dirigen
da ad illud qd̄ cernit: sed ad illud qd̄ credit tm̄
q2 illud est dignum adoratione. Quartū do-
cumentum q̄ ante completa v̄ba consecratio
nis hostia non est adorāda donec eleuetur a sa
cerdote vel adoretur: q2 nūdum ibi constat eē
corpus xp̄i. 3° ad ostendendā v̄itatem sacri
sunt auctoritates sanctorum doctorum. Ex q
bus omnibus quatuor tm̄ inducemus nominatis
simos et famosos doc. s. Amb. Aug. Greg.
et Hilarium. Ambrosius eni in li. de sacramē
tis. et ponitur de cō. di. 2. in. c. panis. ait. Pa
nis est in altari vsitatus ante v̄ba sacramētoꝝ
vbi autem accessit consecratio: de pane fit cor
pus xp̄i. Et idem in li. de officijs. et habet in
. c. ante benedictionem. de conse. dist. 2. Ante
benedictionem alia spēs nominat: post bene-
dictionem corpus significat. Et idē de conse.
di. 2. in. c. reuera. ait. Hoc quod conficimus
corpus ex virgine est. Et idem de conse. di. 2.
in. c. omnia. ita pulchre loquit. Omnia quecū
q3 voluit dñs fecit in celo et in terra: et q2 volu
it sic factum est. Ita licet figura panis et vini
videat nihil tamen aliud quam caro xp̄i et san
guis post consecrationē credenda sunt. Unde
ipsa veritas ad discipulos hoc inquit. caro mea
est pro mūdi vita. Et vt mirabilius loquar nō
alia plane q̄ que nata est de Maria: et passa ē i
cruce: et resurrexit de sepulchro. Et Aug. d' cō
se. di. 2. c. nos autē. dicit. Nos autem in spē
panis et vini quā videmus res inuisibiles. i.
carnem et sanguinem honoramus. Et idem i
. c. non omnis. Non omnis panis sed accipi-
ens benedictionē xp̄i fit corpus xp̄i. Et idem i
epistola ad Hyreneum. Perfectus panis de
celo: corpus est ex virgine. Greg. āt in omel.
pascali. et habet in. c. qd fit. de cōse. di. 2. My-
sterium fidei dicit qd̄ credere debes q̄ ibi salus
nostra

nostra consistat. Prouidens.n.nobis dñs ꝺdit hoc sacr̄m salutis: vt qr nos quottidie peccamus: ⁊ ille iam mori non pōt: p illud sacramentum remissionē consequamur. Quottidie.n. ipse comeditur ⁊ bibitur in veritate: sꝫ integer et viuus atqꝫ imaculatus permanet. Et ideo magnū ⁊ pauendū mysterium est. qr aliud videtur: ⁊ aliud itelligit. Hilarius de conse. di. 2. c. corpus. ita loquit. Corpus xp̄i qḋ sumitur de altari figura est dum panis ⁊ vinum extra videt: veritas autem dum corpus ⁊ sanguis xp̄i in veritate interius creditur. Confiteri igitur debemus ⁊ indubie credere dominum iesum christum in sacramento altaris vere ⁊ realiter contineri.

Qꝺ rōnibus fidelibus ꝓbari potest etsi nō demōstratiuis veritas carnis ⁊ sanguinis xp̄i in sacramento eucharistie.

Capitulū. .2.

Secundo probanda est veritas corporis ⁊ sanguinis christi in sacramēto admirabili eucharistie p rōnes: non quidem naturales ⁊ demonstratiuas sed fideles ac persuasiuas: ⁊ colligi possunt principaliter tres. Prima dicitur distinctiua. Secunda cōceptiua. Tertia cōmutatiua. Prima dicit distinctiua. Maior enim distantia est vt dicit Bona. di. x. quarti. inter ens ⁊ non ens: qꝫ inter ens ⁊ ens. Si ergo deus potuit de nihilo producere omnia que sunt in celo ⁊ i terra: cur non poterit mutare vnum ens in aliud ens: ⁊ conuertere panem in carnem ⁊ vinum ⁊ sanguinem. Ideo Ambro. in libro de sacramētis ait. De totius mundi operibus legistis quia ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt. Sermo igitur qui potuit ex nihilo facere quod non erat: non poterat ea que sunt in id mutare quod non erat. Non est enim minus dare qꝫ mutare nouas naturas rebus. Secūda ratio dicitur conceptiua. Si corpus christi supernaturaliter: ⁊ miraculose potuit a virgine concipi: cur non poterit in sacramento ex miraculo realiter contineri. Ideo ait Ambro. vbi supra. Quid hic queris nature ordinem i christi corpore: cuꝫ preter naturam sit ipse dominus natus ex virgine. Sed non immerito dubitari potest vtrum nobilior sit virtus transubstantiādi panem in carnem: ⁊ vinum in sanguinem christi: virtute virginis ipsum concipientis. Et nonnulli tenere voluerunt ꝙ sic: tuꝫ quia sacerdos conficit corpus christi paucioribus verbis qꝫ conceperit virgo: tum quia virtus conceptionis in virgine terminata fuit ad corpus christi passibile ⁊ immortale: virtus autem transubstantiandi terminatur ad impassibile ⁊ immortale. Contra istos tamē sic asserētes dicit Bonauentura. x. di. quarti. ꝙ dupliciter est loqui de virtute transubstantiante ⁊ de concipiente. Vno modo prout sunt in suo fonte: ⁊ primo principio: vt dicatur virtus concipiendi que operata est conceptionem principaliter ⁊ propria auctoritate: ⁊ similiter virtus trāsubstantiandi: ⁊ sic non est comparatio secundum magis ⁊ minus in se: cum sit vna ⁊ eadē virtus diuina non intensa nec remissa. Sed si ipsa comparetur ad manifestationem factam p hos effectus: iudicanduꝫ est ꝙ se habent sicut excedentia ⁊ excessa: licet enim vtrunqꝫ sit nobilissimum ⁊ ostendat potentiam esse summā. in conceptione tamen magis laudatur maiestas diuina: ⁊ in transubstātiatōe magis captiuatur ratio nostra. Secundo modo possumus loqui de hac duplici virtute: prout dicitur communicari creature fm ꝙ dicitur ꝙ virgini data est potestas concipiendi: ⁊ sacerdoti per verbum potestas conficiendi: ⁊ sic loquendo simpliciter virtus concepiendi dignior ⁊ excellentior ⁊ nobilior est: tum quia subiectum magis nobilitat. Maius.n. est esse matrem dei quaꝫ esse sacerdotem: tum quia actio est singularior ⁊ preclarior. Maius enim est concipere quam conficere: quia terminus actionis plus accipit a concipiente matre quā a conficiente sacerdote. Accepit enim a matre humanitatem ⁊ esse: in consecratione vero corporis christi non accipit esse. Idcirco respondēdū est his qui contrarium tenere voluere dicentes virginem concepisse christum mediantibus pluribus verbis quam sacerdos conficiat. Quos nescio si insanos aut ignorantes nominē eo ꝙ comparatio ista nulla est quia verba sunt de necessitate consecrationis: non autem conceptionis. Vnde si sacerdos nunquam proferret verba nūquaꝫ cōsecraret. Beatissima autem virgo non concepit xp̄m ex vi v̄borum: sed ex merito v̄tutum suaꝝ: ob qḋ posito ꝙ cum dixit. Ecce ancilla domini: obmutuisset: remanentibus in ea tamen v̄tutibus supradictis: adhuc concepisset xp̄m. Similiter male intelligunt q v̄tutem trāsubstantiandi hoc modo preferunt virtuti concipiendi: qr ille terminat ad corpus impassibile ⁊ immortale: ⁊c̄. Nam arguunt quasi cor/

pus xp̄i cōsecratione fieret. Sed certe non fit.
Nā non fit eius humanitas: q̄ facta est in con
ceptione: nō fit gloria corporis: q̄ facta est i re
surrectione: nō fit pfecta etas: q̄ etas .33. anno
rū in spacio est perfecta: vnde argumentū defi/
cit vt diximus: q̄ arguit ac si faceret: sed p cōse
crationem nihil nouū fit: sed hoc solū fit: vt qd̄
erat in celo perfectū et gloriosum: idē sine mu/
tatione sui fit in sacramento virtute trāsubstan
tiandi. Tertia ratio manu ducens nos vt fir/
miter credamus corpus christi esse in sacramē/
to altaris dicitur cōmutatiua. Nam legim⁹ se/
pius fuisse per diuinā virtutē imutatā naturā.
Ideo Amb⁹ in. c. reuera. de cōse. di. 2. inquit
ff orte dices aliud video: quomodo tu mihi as/
seris q̄ corpus xp̄i accipiam. Et hoc nobis ad
huc superest vt pbemus: quantis igit̄ vtimur
exemplis: vt probemus hoc nō esse qd̄ natura
formauit: sed quod benedictio cōsecrauit: maio
remq; vim esse benedictionis q̄ȝ nature: q̄ be
nedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgā
tenebat Moyses: pīecit eam et facta est s pens
Rursus apprehendit caudā serpentis: et i vir/
ge naturā reuertit. Vides ergo pphetica gra/
tia bis mutatā esse naturam: et serpentis et vir/
ge. Currebant egypti flumina puro meatu aq̄
rum subito de fontis venis sanguis cepit erū/
pere: non erat potus in fluuijs. Rursus ad p
phete preces cruor cessauit fluminū: aquarum
nature remeauit. Circūclusus erat vndiq; po/
pulus hebreorum. Hinc egyptijs vallatus: inde
mari clausus. Virgā leuauit Moyses: separa
uit se aqua: et in murorum speciem se congelauit:
atq; inter vndas via pedestris apparuit. Ior
danis retrorsū conuersus contra naturā: i sui
fontis reuertitur exordium. Nōne claret natu
ram vel maritimorum fluctuum vel fluuialis
cursus esse mutatam. Sitiebat populus patrū
tetigit Moyses petrā: et aqua de petra fluxit.
Nūquid nō preter naturā operata est gratia vt
aquam vomeret petra: quā non habet natura.
Marath fluuius amarissimus erat vt sitiens
popul⁹ bibere nō posset: misit Moyses lignū
in aquam: et amaritudinem suam aquarum natu
ra deposuit: quā infusa subito gratia tēperauit.
Sub Elyseo ppheta vni ex filijs prophetarum
excussum est ferrum de securi: et statim inmersum.
rogauit Elyseum qui amiserat ferrum. Misit
Elyseus lignū in aquā et natauit ferrū: vtiq;
et hoc preter naturā factū eē cognouim⁹. Gra
uior est ferri species q̄ȝ aquarum liquor. Aduer

timus ergo maiorē esse gratiam q̄ȝ naturam et
adhuc tamen prophetice benedictōis miramur
gratiam. Quod si tantū valuit humana benedi
ctio vt naturā cōuerteret: quid dicimus de ip
sa consecratione diuina vbi ipsa verba domini
saluatoris operantur. Nā sacramentum istud
quod accipis christi sermone conficit. h Amb.
qui in talibus et similibus exemplis nobis ostē
dit quāta potest magnus et excelsus deus: cui⁹
potestati atq; virtuti imense et infinite ascribun
tur omnia miracula sacramēti altaris.

Qualiter miracula et exempla operata in sa
cramento altaris ostendunt vere ibi esse corp⁹
christi. Capitulum. .3.

T Ertio probāda est veritas sacramenti
p exempla. Nā de⁹ benedict⁹ et si nō
semp quādoq; tn̄ ad cōfusionē cordiū
inflatorum multa de hoc sacramēto ostendit mira
atq; stupenda. Inter que illud vnū ē celeberri
mū ac memoria dignū: qd̄ euenit dum sanct⁹
Antonius de padua Arimini predicabat. Ibi
nāq; hereticus quidā aderat: q male sentiebat
de corpore xp̄i: atq; in contemptū corporis xp̄i
hostias nō cōsecratas sepius asino suo pbebat
in cibū. Cū vero h innotuisset Antonio fidei de
fensori acerrimo illū ad se vocatū dure redar/
guit: veritatēq; sacramenti et fideliter pdixit.
Cū vero ille ptinax i suo sensu māceret: assereret/
q; asinū suū plꝰ pe tali cibo fore ppastū: cōuenit
cū eo Anton⁹: vt de h experiētia fieret: et p dies
tres asinus sine cibo trāsiret: et die tertia Anto
nius i foro celebrata missa: et reseruato sacro il
lud intra hostias nō cōsecratas reponeret: atq;
illo mō asinus famelic⁹ inuitaret ad pabulū: qd̄
cū factū fuisset corā multitudine maxima: animal
illud appropinquās ptore i q̄ corp⁹ xp̄i intra ho
stias nō cōsecratas reuerēter recōdita erat ex
miraculo dei cognouit dn̄m suū: et caput et pe/
des inclinās humiliter adorauit: neq; cura sibi
fuit de cibo quo indigebat: cūq; verberib⁹ ab il/
lo heretico angeret traheret et volueret semp sa
ciebat vt prī⁹: vñ cō hereticꝰ ille et alij q̄plurimi
omni errore deposito ad verā fidē redierūt. An
tonius aūt deo grās referens sac. in honorifice
in loco debito posuit et cōseruauit. De multis
etiā cōptū ē q ex priuilegio spāli corp⁹ xp̄i vide
runt: aut in specie pueri: aut carnis: aut sangui
nis. Qd̄ fit sm̄ Tho. 3. pte. q. 76. p imutatōe
oculorum eorū q sic vidēt: quorum oculi imutant ac
si expsse viderēt exteri⁹ carnē aut sanguinē vel
puerum nulla trāsmutatōe facta ex pte sacramēti
qd̄ patet

nõ statiꝫ esse desinit: sed manet q̃ꝫdiu per calorem naturaleꝫ digeratur. Unde tã diu corpus christi sub speciebus sacramentalibus manet etiã a peccatoribus sumptum. Quare doc. oẽs dicunt ꝙ peccatores veraciter ꝛ sacramentaliter: licet non spũaliter corpus christi suscipiant: quod cantat ecclesia in prosa in festo corpis christi dicens. Sumũt boni: sumũt mali: sorte tamẽ inequali vite vel interitus. Et Aug. sup Joh. ait. Multi de altari accipiunt: ꝛ accipiẽdo moriuntur. Ad idẽ ext. c. sicut Judas. c. ꝛ sancta de conse. di. 2. Tertiũ dubiũ vtrum peccator qui cũ certa scientia in peccato sumit corpꝰ xp̄i: sumat illud dãnabiliter. Et ꝙ sic patet p dictuꝫ apostoli. d. ꝙ iudiciũ sibi mãducat ꝛ bibit: qd̃ nõ est ſm Bonã. q2 ipsum corpus aliquã maculã det anime: sed q2 peccator ipsuꝫ cõtemnit dũ se preparare nõ vult ꝛ mundare. Sed aliquis obijcere põt si mãducare corpꝰ xp̄i cũ peccato peccatũ est: ergo a simili ꝛ videre: ergo quotiẽs cunqꝫ existens in pctõ mortali vid: corpꝰ xp̄i peccat mortaliter. Rñdet Tho. ꝛ Bonã. ꝙ visus nõ ptingit ad substãtiã corporis xp̄i: sꝫ solũ ad species sacrãles: sꝫ ille q mãducat nõ solũ sumit spẽs sacrãles sꝫ etiã xp̄m q est sub eis: ꝛ idõ a visione corporis xp̄i nullꝰ babtizatus, phibet: nõ babtizati aũt nõ sunt admittẽdi: etiã ad inspectionẽ huius sacri: vt pꝫ p diony. in lib. ange. hierar. sꝫ ad mãducationẽ nõ debent accedere nisi illi q bene dispositi ꝛ mũdati sunt: q̃re nõ ẽ simile videre ꝛ sumere hoc sacramẽtũ. Quartuꝫ dubiũ ẽ: vtrũ accedere ad hoc sacramẽtũ cũ cõsciẽtia peccati sit grauissimũ oium peccatorũ. Et qbusdaꝫ videt ꝙ sic. Primo q2 glo. super illud. i. Cor. xi. c. Qui mãducauerit ꝛc. De indigne mãducãte ait: ac si xp̄m occiderit punief sꝫ peccatũ xp̄m occidẽtiũ videt fuisse grauissimũ: ergo ꝛ h peccatũ. 2° arguũt: q2 Hiero. dicit in quadã epla. Quid tibi cũ feminis q ad altare cũ dño fabularis. Dic sacerdos dic clerice q̃liter cũ eisdẽ labijs filiũ dei oscularis qbꝰ osculatus es filiã meretricis. O iuda osculo filium hominis tradis. Ex qbus vbis videt ꝙ fornicator accedẽs ad mensaꝫ xp̄i peccat sic̃ peccauit Judas pctõ enormi ꝛ grauissimo. Rñdet tamẽ Tho. vbi supra ꝙ aliquod peccatũ põt dici grauiꝰ alio dupliciter: vno mõ p se: alio mõ p accidẽs. Per se qdẽ ſm rationẽ sue speciei: q̃ attendit ex pte obiect: ꝛ ſm hoc quãto id cõtra qd̃ peccat ẽ maius: tãto peccatũ ẽ grauiꝰ: ꝛ quia diuinitas xp̄i est maior humanitate ipsiꝰ: ꝛ ipsa humanitas est potior q̃ꝫ sacramẽta humanitatis. Inde est ꝙ grauissima peccata sunt q̃ cõmittunt in ipsam diuinitatẽ: sicut est peccatũ infidelitatis ꝛ blasphemie. Secũdario aũt sũt grauia peccata q̃ cõmittunt in humanitatẽ christi. Tertio aũt loco sunt peccata q̃ cõmittunt contra sacramẽta q̃ ptinent ad humanitatẽ xp̄i. Et post hoc sunt alia peccata cõtra puras creaturas. Per accidẽs aũt vnũ pctm̃ ẽ grauiꝰ alio ex pte peccãtis: puta pctm̃ qd̃ est ex ignorãtia vel infirmitate leuius ẽ pctõ qd̃ ẽ ex cõtẽptu vel ex certa sciẽtia. Et eadẽ rõ est de alijs circũstãtijs. Sciẽdũ hoc ergo cõicare in pctõ mortali in quibusdã põt esse grauius. sicut in his q ex actuali cõtẽptu in cõsciẽtia peccati ad hoc sacramẽtũ accedũt. In qbusdã vo minꝰ graue: puta in his q ex quodã timore ne deprehendant i pctõ cuꝫ cõsciẽtia peccati h sacramẽtũ suscipiũt. Sic ergo pꝫ ꝙ hoc peccatũ ẽ multis alijs grauius ſm suã speciẽ: nõ tñ oium grauissimũ. Ad primuꝫ ergo dicendũ ꝙ peccatũ indigne sumẽtiũ hoc sacrm̃ cõpat pctõ occidẽtiũ xp̄m ſm similitudineꝫ: q2 vtriqꝫ cõmittit cõtra corpꝰ xp̄i: nõ tñ ſꝫ criminis quãtitatẽ. Peccatũ enim occidẽtiuꝫ xp̄m fuit multo grauius. Primo qdẽ q2 illud peccatũ fuit cõtra corpꝰ xp̄i in sua specie ppria: hoc aũt ẽ cõtra corpꝰ christi specie sacramenti. Secũdo q2 illud peccatũ pcessit ex intentiõe nocendi christo: nõ aũt hoc peccatũ. Similiter fornicator accipiẽs corpꝰ xp̄i cõpat iude osculanti christũ q̃ꝫtũ ad similitudinẽ criminis: q2 vterque ex signo charitatis christũ offendit: non tñ q̃ꝫtũ ad criminis quãtitatẽ. Hec tamẽ similitudo nõ minus cõpetit alijs peccatoribus q̃ꝫ fornicatoribus. nã ꝛ p alia peccata mortalia agitur cõtra charitatẽ christi cuius signũ ẽ hoc sacramentũ: tãto magis quãto peccata sunt grauiora. Secundũ quid tamẽ peccatũ fornicationis magis reddit hominẽ ineptũ ad perceptionem huius sacramẽti: inq̃ꝫtũ. s. p hoc peccatũ spiritꝰ maxime carni subijcit: ꝛ ita impedit feruor dilectionis q requirit in hoc sacramẽto. Plus tñ ponderat impedimẽtũ ipsius charitatis q̃ꝫ feruor eius: vñ etiã peccatũ infidelitatis qd̃ funditus separat hominẽ ab ecclesie vnitate simpliciter loquẽdo maxime hominẽ ineptũ reddit ad susceptionem huius sacramenti: vnde grauius peccat infidelis accipiens hoc sacramentum q̃ꝫ peccator fidelis: ꝛ magis cõtemnit christuꝫ ſm ꝙ ẽ sub hoc sacramẽto p̄sertiꝫ si nõ credat xp̄m vere sub hoc sacramento esse: q2 q̃ꝫtum est in se

xp̄i: nō ni s3 Alex. de pane illo accipit eē corp⁹
xp̄i: s3 ip̄sa essentia panis sine omni mutatione
facta in corp⁹ xp̄i mutaꝛ in illud. Ideo Vgo.
li. 2. de sacramētis. pte. 8. c. 9. ait. Nō sic corp⁹
xp̄i in pane cōsecrari dicim⁹: vt de pane corp⁹
xp̄i esse accipiat: nec quasi corp⁹ nouū subito fa
ctum de mutata essentia: sed in ipsuz vex corp⁹
mutatā essentiā: nec ipsam substātiā panis ꝛ vi
ni in nihilū redactā: qꝛ desijt esse qđ fuit: s3 mu
tatā potius: qꝛ cepit esse aliud qđ nō fuit. Ter/
tiuz dubiū declarādū: vtrū illa cōuersio fiat i in/
stanti vel successiue. Et Rñdet Ric. vbi. s. q̄
fit in instanti: qꝛ vt accipi pōt a cōmentatore. 4.
metaph. Omnis successio in mutatione causaꝛ
vel ex resistentia mobilis ad motorē: vel medij
ad motorē vel ratione vtriusqꝫ: ꝛ puto q̄ sub re
sistentia ipsius medij debeat cōprehendi diui/
sibilitas spacij p cōparationē ad limitationē vir
tutis in motore: vñ q̄uis corporale mediū an
gelo nō resistat: tñ qꝛ limitate virtutis est: non
posset se trāsferre ab oriente in occidētē ptran
seundo spaciū in instāti. Virtus aūt cōuertens
substātiā panis in corp⁹ xp̄i nō est limitata. Il
la eniz cōuersio fit p vtutē diuinā: q̄ infinita ē
Nec sibi resistit substātia panis: qꝛ tota natura
pfecte subdit vtuti diuine. Nec ē aliqđ mediū
per qđ ista cōuersio fiat: hoc enim nō habet lo/
cuz pprie loquēdo: nisi de mutatiōe locali. Pa
tet enim nō esse corpus xp̄i nihil posituū dic
ꝛ tñ si esset mediū nō oporteret q̄ causaret suc/
cessionē in diuina opatione. Deus. n. vnū la
pidē trāsferre posset ab oriente in occidentē p
totū mediū in instāti. Nō. n. oportet q̄ diuisi/
bilitas medij causet successionē i mutatiōe: nisi
cū h̄ mutaꝛ sit limitate vtutis. Quartū dubiū
declarandū: vtrū vtus trāsubstātiatiua pnci
palius respiciat sacerdotem q̄3 vba. Et rñdet
Ric. di. 8. q̄ti. q̄ vtus p̄dicta principalius re
spicit sacerdotē: qꝛ qñ dñs operaꝛ aliquē effectū
mediāte instrumēto animato cuiusmodi ē fu⁹
fuı pbm primo politicox: ꝛ in animato: vtus
dñi principalius respicit instrumentū anima/
tuz q̄3 inanimatū. In trāsubstātiatione autem
sacerdos se habet sicut instrumētū animatū: et
veba sicut inanimatū: ideo vtus dñi principali
ter opantis principalius respicit sacerdotem q̄3
verba. Secūda ratio ē: qꝛ qñ plura instrumēta
p ordinē se habentia cōcurrūt ad eundē effectuz
vt man⁹ ꝛ penna ad scripturā: vtus principa/
lis motoris principalit⁹ respicit illud instrumen
tuz qđ ē sibi ppinquius ꝛ mediāte quo aliđ in
strumentū mouet: vnde virtus scribentis prin
cipalius respicit manū q̄3 pennā. Ad trāsubstā
tiationē autē cōcurrunt plura instrumēta p or
dinē se habētia. s. sacerdos ꝛ vba: quox sacer
dos ē ppinquior principali agēti: qꝛ sibi ē simi
lior ꝛ ei⁹ repraesentat psonā. Est etiā platiōis
vbox cā: ideo vtus trāsubstātiatiua principa
lius respicit sacerdotē q̄3 vba. 3ª rō ē qꝛ vtus
trāsubstātiatiua sacerdotē respicit pmanēte rō
ne caracteris q in sacerdote pmanet: vba autē
sicut sunt transeuntia respiciunt trāseuntē nō p
aliquē transitū ex pte vtutis: put ē in principa
li agente: sed p transitū ipsox vbox: s̄m qđ tñ
p̄dicta virtus respicit principalı⁹ vba q̄3 sacer
dotē: inq̄stū vba magis de ppinquo se habēt
ad effectū q̄3 sacerdos: s̄m quē modū etiaz dici
potest q̄ virtus scribentis principalius respicit
pennam q̄3 manum.

De multiplici mā̄ducatione corporis xp̄i: ꝛ
de dubijs que circa illā haberi possunt. Ca. 2.

Secundū mysteriū qđ annotauit aposto
lus in themate dicitꝛ mādūcatiōis: asse
rens qđ xp̄s dixit. Accipite ꝛ mā̄ducate: hoc ē
corp⁹ meū. Ad qđ plenı⁹ intelligēdū quatuor
sunt dubia declarāda. Primū quot sūt modi
mā̄ducādi corp⁹ xp̄i. Et rñdet magister in. 4.
di. 9. q̄ ē duplex. vn⁹ sacralis: ali⁹ spūalis: q̄ di
stinctio s̄m Bon. oritꝛ vno mō a dispositiōe su
mentiū: qꝛ qdā accedūt male dispositi: ꝛ hi mā
ducant sacramētaliter: qdā bene: ꝛ hi spūaliter
Secūdo accipit a mō sumendi: qꝛ qdā suscipiūt
ore corporis ꝛ nō cordis: ꝛ hi sacraliter. Qui/
dā vo ore cordis: ꝛ hi spūaliter. Comedere
igitꝛ sacramētū spūaliter est illud suscipe cū fide
informata charitate. Comedere aūt sacraliter ē
illud suscipe cū fide sine charitate. Qui mādu
cant sacramētaliter: tantū suscipiunt sacramētū
sed nō effectū illius. Qui vo mā̄ducāt spūali/
ter effectū grē cōsequūtꝛ. Secūdū dubiū: vtꝝ
mali sumāt corp⁹ xp̄i vereciter. Et rñdet Tho.
3. pte. q. 80. ꝛ Bon. in. 4. di. 9. q̄ circa h̄ qdaz
antiqui errauerūt dicētes q̄ corp⁹ xp̄i vex a ma
lis nō sumitꝛ: qꝛ nō decet tātā maiestatē ꝛ carnē
tā sanctā ꝛ purā in corp⁹ peccatis subditū introi
re. Ideo asserebāt q̄ corpus xp̄i vex a specie/
bus abscenderet: ex quo peccator ipsuz labijs ꝛ
ore polluto cōtingeret. Sed hoc est erroneū eo
q̄ manentibus speciebus corp⁹ xp̄i sub eis esse
nō desinit. Species autē manet q̄diu substan/
tia panis maneret: ꝛ sibi adesset. Manifestum
est aūt q̄ substātia panis assumpta a peccatore
nō statim

diminuit sanctitatē huius sacramenti: et virtutē xp̄i operantis in hoc sacramento quod est con temnere ipsum sacramentū in seipso. Fideles autē qui cū conscientia peccati sumūt: cōtemnūt hoc sacramentū nō in seipso: sed q̄tum ad vsū indigne accipiens.

De potestate cōsecrandi concessa sacerdotibus rite ordinatis secundum formā ecclesie: q soli conficere possunt. Capitulum. .3.

Tertiū mysteriū qđ apostolus annotauit dicit cōsecrationis: ibi. Hoc facite in meā cōmemorationē. In qb⁹ v̄bis fm Fran. data fuit potestas cōsecrandi apostolis: qui vt dictū ē in precedentibus fuerunt tūc a xp̄o ordinati sacerdotes. Sz hic quattuor dubia adhuc occurrūt aperienda. Primū vtrū angeli habeāt p̄tātē cōsecrādi. Et rn̄det Alex. in.4.q nō: eo q deus talē potestatem ipsis nō dedit: et hoc ꝯgrue. Primo q: v̄bus trāsubstātiandi elementū in corpus xp̄i et sanguinē data est verbo sensibili. vnde cuius est ꝓferre v̄bū sensibile: eius est ministerialiter mediāte v̄bo tali consecrare. Inquit enim Augusti.in.q i. in.c.detrahe. Accedit verbū ad elementū et fit sacramentū. Secunda ratio est q: si sacramēta ministrarentur homini p angelos esset hō in sua reparatione subiectus angelice nature: et sic nō esset p xp̄m solū restitutus in pristinā dignitatē. Secūdū dubiū: vtrū aliquis nō sacerdos possit cōsecrare. Et respondeo q nō: immo si oēs homines mundi nō sacerdotes essent sancti et iusti: et p annos et annos dicerent v̄ba cōsecrationis sup debita materia cū intentione cōsecrandi nunq̄ cōsecrarent. Ideo scribitur de sum.tri.et fi.ca.c.1. Hoc vtiq3 sacramentū nemo potest cōficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus fm claues ecclesie: quas ipse cōcessit apostolis eorūq3 successoribus iesus christ⁹. et ecclesia cātat sic. Sacrificiū illud instituit: cui⁹ officiū cōmitti voluit: solis p̄sbyteris qb⁹ sic cōgruit: vt sumant et dent ceteris. Et.25.di.i.c. perlectis. dicitur. Ad presbyterū pertinet sacramentū corporis et sanguinis dn̄i in altare dei cōficere. Tertiū dubiū vtrū sacerdotes mali et peccatores possint cōsecrare. Et rn̄det Bon. in.4.di.13.q sic: q: officium cōsecrandi nō est ex propria sanctitate: vt quidā heretici dicunt: sed ex auctoritate. Tho. vero i.3.p̄te.q.87.ait Nō ex hoc ipso aliquis desinit eē minister xp̄i q est malus: q: dominus habet bonos et malos ministros: q cū auctoritatē habent cōsecrādi: cōsecrare possunt. Vnde Aug.i.q.i.c.intra.ait. Intra catholicam ecclesiā in ministerio corporis et sanguinis domini: nihil a bono maius: nihil a malo minus perficitur sacerdote q: nō in merito consecrantis: sed in v̄bo perficitē creatoris et in virtute spiritus sancti. Ad idem. est.c. vt euidenter.c. prophete.c. cū scriptura. c.mīn secularium.et.c.sacerdotes. Quartū dubiū: vtrū sacerdotes heretici: scismatici: excōicati vel degradati possint cōficere. Et respondet Bon.in.4.di.13.q aliqui voluerūt distinguere q sacerdotes mali quidā occult. sunt mali: et tales possunt cōsecrare. Alij v̄o sunt manifeste mali et ab ecclesia precisi: sicut heretici: et alij predicti: et tales nō possunt. Et ad hoc allegant dictū Aug.i.q.i.c.extra catholicā. Extra catholicā ecclesiam nō est locus veri sacrificij. Et Hiero.i.c.odit.q dicit. Odit domin⁹ sacrificia hereticorū: et a se proijcit: et quotiēs in nomine eius cōgregati fuerint detestatur fetorē eorū: et claudit nares suas. Habent etiā ibi.c. nō oportet. Sed tamē positio ista falsa est: vt patebit. Ideo dicendū et melius q sacerdotes omnes prenominati cōsecrare possunt: q: potestas consecrandi eukaristiā vt inquit Tho. et omnes theologi pertinent ad caracterē sacerdotalis ordinis. Caracter autē indelebilis est. Ideo dicendū q in sacramēto duo attendunt̄ scilicet sacramēti veritas q̄ cōsistit q̄tū ad rem primā: et sacramenti vtilitas: q: consistit q̄tum ad rē vltimā: que est incorporatio vel vnio: q̄tum ad corpus mysticū. Si de veritate sacramenti loquamur veritas saluatur vbi ex parte ministri ē ordo et intentio: et v̄bi prolatio: cum adest debitū elementū. Si autē loquamur q̄tum ad vtilitatē: dicendū q sacerdos bonus cōficit ad vtilitatē suam et assistētū. Malus occultus ad damnū suū tantū: nihilominus ad vtilitatem assistentiū qui deuote audiunt missam. Sed p̄cisus et hereticus ad damnationē suā et omniū assistentiū. Quia ergo in p̄cisis et hereticis manifestis priuatur sacramētū omni fructu: q̄uis sit ibi corpus xp̄i verū. Ideo loquunt̄ sacri canones ipsorū sacrificia detestantes non ratione opati operis: sed dāni. Ric. vero i.4. dicit q p̄fatos sacerdotes posse hoc sacrificium cōficere intelligit̄ dupliciter: aut de iure: aut de facto. Primo mō nō omnis sacerdos pōt hoc sacramentū cōficere: q: nec irregularis nec suspensus: nec interdictus: nec excōicat⁹: nec scismaticus: nec hereticus nec degradatus hoc sacramentum

sacramentum potest de iure conficere: quia qli bet predictorum prohibitus est potestatis sa/ cerdotalis vsus. vnde conficiendo grauissime peccant. Secundo modo. s. de facto quilibet ip sorum potest vt predictū est. Considerēt itaqꝫ laici quāta est sacerdotalis dignitas: q̄ta sacer/ dotib⁹ data est potestas. Nō sint ipsi sacerdotū iudices: & ex consequenti sacramentorum con temptores. de quo plenius dixim⁹ in opere de virtutibus. Venerentur & colant illos vt p̄res vt dominos: & tanti sacramēti ministros. Pre parent se omnes cum omni humilitate et re/ uerentia ad sacram cōionem de illorum mani/ bus suscipiendam. Ipsi vero sacerdotes stu/ deant pro viribus nitorem mentis & anime conseruare: viuereqꝫ munde & caste: vt sic di/ gne conficere possint & dispensare fidelibus abs qꝫ proprio detrimento: immo cum merito & be nedictione dei sacratissimum corpus filij eius domini nostri iesu xp̄i: qui est benedictus & lau dabilis per infinita secula seculorum. Amen.

Feria quinta in cena domini: de exemplis a christo nobis exhibitis: in quibus eum sequi debemus: & precipue tempore sacre eucharistie cōmunionis.

Sermo. .66.

Exemplum eni de/ di vo/ bis vt quemadmoduꝫ ego feci ita & vos faciatis. Piissimi ie su verba sunt ista Jo. 13. c. & in euangelio hodierno. Suscep/ turi sanctissimum sacramentum hodierna die vel in proxima solēnitate pascali diligenter ac sollicite inuigilare debemus: vt ad illud acce/ damus cum omni mundicia: puritate: ac reue rentia. Id autem facere poterimus: si volueri mus imitari exempla virtutum: que docuit nos ipse xp̄s in vltima sua cena. In illa nanqꝫ do cuit nos omnes quid cōicando essemus factu ri. Iccirco in presenti sermone pro morali de claratione euāgelij: de exemplis moralib⁹ spiri tualiter in eo contentis: & a domino iesu christo nobis oblatis erimus tractaturi: quoniam ad illa christus iesus nos in verbis in themate pre missis inuitat. In quibus totum euangelium hodiernum complectendo septem exempla de/ notissima declarabimus.

Primum dr̄ memorande mortalitatis.
Secundum consumande charitatis.
Tertium tollerande aduersitatis.
Quartum contēnende prosperitatis.
Quintum obseruande castitatis.
Sextum exercende humilitatis.
Septimum desiderande felicitatis.

Qualiter christus docuit nos exemplo suo memores esse mortis acerbissime quam pro nobis peccatoribus ex charitate & amore pati̅ tissime tollerauit. Capitulum. .i.

Primum exemplum quod christus no bis exhibuit dicitur memorande mor talitatis. Ipse eteni memor erat mor tis sue: quod euangelista exprimit. d. Ante di em festum pasche sciens iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad p̄rem. Pro quorum verborum declaratione tria sunt no/ tanda. Primum quid per hoc nomen pasca intelligatur. Et ad hoc sic dicit Aug. super Jo. Pascha non sicut quidam estimant grecū no men est: sed hebreum. Opportunissime tamē occurrit in hoc nomine quedam congruentia vtrarunqꝫ linguarum. Quia enim pati grece paschi dicit̄: ideo pascha passio putata est. vel h̄ nomen a passione sic appellatum. In sua vero lingua hoc est in hebrea pascha transitus dicit̄: propterea q̄ tunc primum pascha celebrauit po pulus dei quando ex egypto fugiens rubrum mare pertransiuit. Secundum autem Nico. d̄ lira. dicebatur pascha iudeorum transitus: eo q̄ tunc angelus transijt per egyptum interficiēs primogenita egyptiorum & filios israel saluās

Secundum notandum q̄ paschale festum apud iudeos incipiebat a vespera diei: in qua luna erat. 14. Dies autem festiuus apud eos i cipit a vespera vnius diei: & durat vsqꝫ ad ves peram sequentis diei. Unde Leuitici. 23. c. di citur a deo. A vespere vsqꝫ ad vesperum cele/ brabatis sabbata vestra: & sic dies pasce solēnis erat luna. 15. propter quod eundem diē quem Joānes nominat ante diem festum pasce pro pter naturalem distinctionem dierum: Marc⁹ nominat primum diem azimorum: q2 a vespe precedenti diei incipiebant comedere azima. Quare sm̄ Hiero. oēsqꝫ theologos di. xi. q̄r ti. tenendum est q̄ iesus fecit cenam luna. 14. & passus est luna existente. 15. Tertium no/ tandū q̄ sicut xp̄s recordabat̄ mortis de proxi mo sibi iminentis: ita & qui vult cōicare mortē xp̄i ad suam mentē reuocare debet. Hoc do cuit apostolus cū dixit. i. Cor. xi. Quotiēscūqꝫ mādūcabitis panē hunc & calicē bibetis: mor/ tē dn̄i annunciabitis donec veniat.

Qualiter xp̄s nos docuit exemplo suo vt memores simus immense charitatis sue: qua nos dilexit. Capitulum. .2.

Secundū exemplū qđ docuit nos xp̄s dicit consummande charitatis. s. de quo euāgelista scribit. Cū dilexisset suos q erant in mundo: in finem dilexit eos. i. s3 glo. maiora signa dilectionis ostēdit. Dilexit nāq3 dn̄s seruos suos iustos et sanctos: reos et peccatores: pro eis patiendo et moriendo. Ob qđ Hiero. ad damnasum papam de filio ꝓdigo ait. Que maior potest esse clementia: q̄3 vt dei filius hominis putaretur: decem mensium fastidia sustineret: partus expectaret aduentum: p singulas adolesceret etates: et post contumelias vocum alapas et flagella crucis pro nobis fieret maledictus: vt nos a maledicto legis absolueret. Et apostolus Ro. 5. inquit. Cōmendat suam charitatem deus in nobis: qm̄ cum adhuc peccatores essemus xp̄s pro nobis mortuus est. Si ergo xp̄s tantum dilexit nos: vt sanguinem suum et vitam daret pro nobis: nos debemus et illum diligere: ac pro eius amore proximorum odia deponere. An non heretici vel ingrati habendi sunt illi qui xp̄m non diligunt pro quibus mori dignatus est. Propterea scribitur sic de conse. di. 2. in. c. iteratur. Semper xp̄i mors per seculi vitam ponenda est memorāda vt discant qua charitate dilexit suos qui pro eis mori dignatus est. Cui omnes debemus vicem rependere charitatis: quia ad hoc prior dilexit nos cum essemus gehenne filij: vt eū diligeremus a morte iam liberati. Et Cassio. i li. de dilectione dei ait alloquens aiam sic. Anci anima mea et auribus percipe diuinam clementiam. Quis abyssum tam ineffabilis gratie considerauit. Quis de fonte tante dulcedinis gustauit et non amauit. Quare non diffūdis in deum vniuersos affectus quos dirigis vanitates et insanias falsas. Cur quero diligis aliquid preter illum qui tam benigne: tam misericorditer a tot miseriis te redemit. Iugi feruentio et assidua meditatiōe reuolue qualiter vnigenitus dei patris cum esset splendor et figura substantie eius post exinanitionem vsq3 ad formam serui: post lachrymas: post labores: post sudores: post contumelias: post flagella: post sputa: post liuores: post coronam spineam: ꝓ te affixus in cruce quandoq3 pependit. Manus eleuabat ad patrem in sacrificium vespertinum: vt te ad amplexus amicabiles inuitaret

Vide anima mea ne ingrata sis in tanto cumulo beneficiorum. Ingratitudo enim est peremptoria salutis. hec ille. Quando ergo xp̄s conspicit hominem q̄ non diligit conqueritur de illo. vt Aug. inquit in li. contra. 5. hereses. d. Cum essem vnicus patris mei reconciliaui te. cum inter montes et siluas errares quesiui te. humeris meis portaui te. laboraui. sudaui. caput meum spinis apposui. manus meas et pedes clauis obieci. lancea latus meum aperui: vt te mihi copularem: et tu diuideris a me.

Qualiter xp̄s nos exemplo suo docuit aduersa libenti animo tollerare: et in tribulationibus esse patientes. Capitulum. 3.

Tertium exemplū quod nobis xp̄s dedit dicit tollerande aduersitatis. Tollerauit. n. Iudam proditorem suū equo et patienti animo: quē i cena retinuit: cēlauit q3 eum cum aliis discipulis: ne eius peccatū3 occultum faceret manifestum: vt habetur. i. q. 1. i. c. xp̄s. et hoc euangelista expressit cū3 dixit Et cena facta. s. quantum ad esum agni pascalis: nō tamen completa quantum ad alia cibaria. Sequitur cum diabolus iam misisset i cor vt traderet eum Iudas Symonis scariotis. l. s'm Nicolaum de lira: q2 die precedenti eum vendiderat suggestione diaboli hanc proditionem in cor ipsius mittentis. Sequitur textus. Sciens q2 omnia dedit ei pater in manus: et quia a deo exiuit et ad deum vadit. Que verba exponens Grego. 4. moral. ait. Sciebat. n. q̄ in manu sua ipsos etiam persecutores acceperat: vt ipse in se ad vsum pietatis intorqueret quicquid eorum contra se malicia permissa seuiret. O quanta erat patientia et longanimitas benedicti iesu xp̄i: quando in cena illa respiciebat proditorem videbatq3 cor eius malignū et tamen non eijciebat eum non ostendebat sibi turbulentam faciem: non inferebat contumelias i li et conuicia: sed medijs cibus mansuetissimus quantum in se erat: querebat reuocare illum a cogitatu maligno. O patientia inuictissima xp̄i iesu benedicti. Hanc docuit nos verbo cum dixit Luce. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et Math. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celoru3. De patientie autem laudibus multa dicta sunt a nobis in ope de virtutibus. iō pauca hec sufficiāt

Qualiter christus nos exemplo suo docuit contēnere prospera mundi huius: et ne in illis fiduciam

fiduciam habeemus. Capitulum. .4.
Quartum exemplum quod christus no
bis dedit fuit contemnende prosperi/
tatis. De quo euangelista scribit. Sur
git a cena et ponit vestimenta sua. i. deponit. p
hoc innuens deponendum esse oim seculi hu
ius affectum: neqz confidendum esse in bonis
pntis vite. Quod Hiero. dixit sic scribens in
epistola ad Exuperantium. Si fieri potest imi
tare Joseph. et Egyptie dne palliu dereliNque
nudus christuz nudum sequere. Nec solum a
christo eiusqz sanctis: verum etiam a gentilib9
sepe monemur vt huius vite gaudia paruipen
damus: respuamusqz omnia bona eius. Und
et Seneca ad Lucillum ait. Noli huic tranquil
litati confidere. Et iterum ad eundem. Clamo
vitate que vulgo placent qui casus ad oe fortui
tum bonum suspitie si pauidiqz subsistite. Et
fera et piscis sepe aliqua oblectatione decipitur
munera ista fortune putatis insidie sunt. Quis
qs vestrum tutam agere vitam volet: ista fisca
ta beneficia deuitet qzplurimum: in qbus hoc
quoqz miserrimi fallimur: qd deum habere pu
tamus in precipitia cursus iste deducit: et hui9
eminentis vite exitus cadere est.

Qualiter christus exemplo suo nos docuit
obseruare et custodire sibi valde acceptam vir/
tutem castitatis. Capitulum. .5.
Quintum exempluz a christo nobis da
tum fuit obseruande castitatis. Qd eua
gelista explicauit cum dixit. Et cum ac
pisset lintheum precinxit se. Nos etiam lubos
precinctos habere debemus. sm illud Luc. 12
Sint lumbi vestri precincti. Que verba expo
nens Greg. in omel. ait. Lumbos enim pre/
cingimus cum carnis luxuriam per continenti
am coartamus. Sed vt dicit Aug. quem allega
uimus in sermone de luxuria. Inter omnia
xpianorum certamina duriora sunt prelia casti
tatis: in quibus quotidiana est pugna et rara vi
ctoria. O quanta multitudo damnatur pp ter
vitia carnis. Ecquis explicet quot sunt illi qui
vt persistant in miseriis et turpitudine confiteri
et coicare postponunt. Quis etiam enumeret
quot inueniuntur qui post perpetrata nefadissi
ma et feridissima peccata carnalia: pre verecun/
dia illa non confitentur: et sine vera emendato
ne conscientie accedunt ad sacram coionem.
O infelix conditio talium sic facientium: q iudi
cium dei manducant et bibunt.

Qualiter xps exemplo suo nos docuit: vt
humilitatis exercitia non recusemus.
Capitulum. .6.
Sextum exemplum quod christus no/
bis tribuit dicitur exercende humilita/
tis. De quo euangelista subdit. Deinde
misit aquam in peluim: et cepit lauare pedes di
scipulorum: et extergere lintheo quo erat preci/
ctus. O quid erat videre regem angelorum
et dominum celi et terre genuflexum ante pedes
discipulorum: et manibus proprijs contractan
tem: et lauantem pedes illos sordidos et luto
sos. Interroga eum anima mea: et dic illi. Cur
o bone iesu tantum te humilias. Ut defatiga
tus et madefactus sudore pedes discipulis tuis
laues. Et respondebit tibi protinus. O anima
mea. Charitas que me traxit vsqz ad exinani/
tionem: vsqz ad formaz serui: ipsa me sic hum
iliare compellit. Quinimmo et maiora humili/
tatis officia suscipere coget: cum die crastina
crucifixus et nudus cum latronibus deputabor
Sed discite a me omnes: quia mitis sum et hu
milis corde.

Qualiter xps exemplo suo nos docuit vt desi
deremus supnam felicitate. Capitulum. 7.
Septimum exempluz quod xps nobis
dedit dicit desiderande felicitatis: qz
Petrum induxit vt desideraret habere
partem secum. dicit ergo Joanes. Uenit er/
go ad Symonem Petrum. Et dixit ei Pe/
trus. Dne tu mihi lauas pedes. In passu hoc
dubitare solent quidam vtrum xps lauerit pe/
des discipulorum aliorum priusqz Petri. Et
Origen. dicit q sic. qz incepit lauare a minori
bus. Sed non videt verisimile vt dicit Nico.
de lira: si trasisset per omnes alios: qn aliquis
eorum vel plures recusassent hanc lotionem:
sicut et Petrus. Et ideo alij doc. dicunt q pri
mo venit ad Petrum: pp q alij discipuli audi
ta reprehensione Petri non fuerut ausi vltra
iam recusare. Qd ergo euangelista dicit: cepit
lauare etc. et postea subdit. Uenit ergo ad Sy/
monem: non est per hoc intelligendum q alios
lauerit ante ipsum: sed euangelista prius dixit
factum in generali: postea explicat modum i p
ticulari incipiens a Petro q dixit. Domine tu
mihi lauas pedes. i. vis lauare pedes mihi pec
catori: tu q es filius dei: quasi dicat nullo mo d
cet. Simile verbu dixit i pricipio sue conuersio
nis Luc. 5. Exi a me dne: qz ho peccator sum.
Rndit ihs et dixit ei. Qd ego facio tu nescis mo
scies aut postea. i. sm Criso. humilitate hui9 do/

etrine. Et quomodo humilitas sufficit in deum ducere. Dicit ei Petrus non lauabis mihi pedes in eternum. i. nunquam secundum Aug. ac si diceret. Nunquam sustinebo vt tu laues pedes meos. Et secundum Nico. de li. licet Petrus hoc faceret bono zelo: tamen indiscrete hoc faciebat: quia cum xps non posset errare non debebat voluntati eius aliquo modo resistere. Idcirco respondit ei iesus. Si non lauero te non habebis partem mecum. Quod moraliter et litaliter intelligi potest. Moraliter quippe intelligendo: nullus potest habere partem cum xpo in gloria celesti: nisi lotus fuerit a macula peccati. iuxta illud Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. Si autem intelligatur de lotione corporali litaliter: tunc secundum Origen. dubium est quomodo ille qui ob reuerentiam iesu non permittebat lauare pedes suos non habebit partem cum filio dei. Et respondet Nico. de lira. quod sicut aliquid est illicitum non ex sui natura: sed tantum quia prohibitum: vt patet de ligno vetito primo parenti: ita similiter aliquid est necessarium ad salutem: non ex sui natura: sed propter preceptum dei vel prelati: et sic erat in proposito. Ex quo enim xpus volebat simpliciter hoc fieri. etc. Petrus de necessitate salutis tenebatur hoc sustinere. Sed cum a xpo fuit reprehensus respondit. Domine non tantum pedes meos: sed et manus et caput. q. d. prius sustinerem a te per totum corpus lauari quam a te separari: quia quamuis esset durum sibi vt magister suus ei seruiret: tamen grauius illi erat ab ipso separi. Vnde dicitur in itinerario Clementis quod quandocunque Petrus erat memor dulcissime societatis xpi resoluebatur in lachrymas ita quod facies eius adusta videbatur ex frequenti lachrymarum fluxu. Dixit ei iesus: qui lotus est. s. per baptismum non indiget nisi vt pedes lauet. i. affectus quia vt dicit Aug. in expositione huius passus Si aliquis baptizatus statim moriatur euolet ad patriam: nec indiget aliqua alia lotione: sed si supuiuat indiget lotione pedum. i. affectionum mentis. Subdit adhuc xps. Vos mundi estis: sed non omnes. vbi Aug. Hoc quid sit ne quereremus ipse euangelista patefecit adiungens. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Et Origen. Quod ergo dicit vos mundi estis refertur ad. xj. quod vero subditur: sed non omnes: dicitur propter Judam existentem immundum. Sequitur euangelista. Postquam ergo lauit pedes discipulorum suorum accepit vestimenta sua: et cum recubuisset: iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me magister et domine: sum etenim. Si ergo laui pedes vobis ego dominus et magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. i. pietatis: benignitatis: et humilitatis obsequia inuicem exhibere: quoniam hec est via per quam acquiritur beata vita. Ergo vt sacra lectio nobis proficiat: demus operam vt in his septem premissis exemplis imitemur dominum iesum xpm: vt sic tandem admittamur ad cenam illam magnam: in qua omnes electi pascuntur reficiunturque beata visione dei: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Feria quinta in cena domini: de celebratione misse: ac eius significatione: necnon et illius auditione. Sermo. .67.

Sacrificate sacrificium iustitie: et sperate in domino. Illuminati prophete verba sunt ista ps. 4. Possunt ac debent omnes fideles sperare vberem fructum se fore suscepturos ex frequenti oblatione sacrificij immaculati dei nostri iesu xpi: qui quotienscunque misse debite celebrantur offertur pro viuis atque defunctis. Et licet non omnes esse possint parati semper et quotidie sanctissimum sacramentum suscipere: veruntamen non priuantur suauissimo eius fructu: cum assistunt fideliter et deuote quando a sacerdotibus consecratur. Vnde Aug. de conse. di. 2. in. c. vt quid. ait. Vt quid paras dentem aut ventrem: crede et manducasti. Quoniam autem plerique cor habentes aridum et indeuotum negligenter suo tempore ad missas audiendas conueniunt: aut illas audiunt minus reuerenter. Idcirco in hoc sermone de missa loquamur: ad quam nos inuitat propheta in verbis propositis exhortans etiam eos qui non sunt sacerdotes vt velint adesse in celebratione tanti mysterij: sperantes ob id consequi copiosa munera gratie dei. De missa itaque tractaturi tria mysteria principalia declarabimus.

Primum erit de celebratione.

Secundum de significatione.

Tertium de auditione.

Quod triplex regula est obseruanda in celebratione misse. s. loci temporis et modi. Cap. .j.

Primum mysterium de missa declarandum est de eius celebratione. Nam hec vt ait Hugo. li. de sacris Missa nil aliud est quam consecratio eucharistie: que ideo dicitur missa: quia mittitur hostia vel oblatio. Vel sicut dicit magister

magister di. iz. quarti. Missa dicitur: qr mittit celestis missus: q vt exponit Inno. est magni consilij angelus. Iste inquā mittit ad cōsecrā dū: qr ille est sacerdos inuisibilis dñs iesus xps q cōsecrat ꝛ cōficit hoc sacramentū vbicūqꝫ cōficiatur. Vel dicit missa: qr apostolus fidelis p ministeriū sacerdotis p̄ces ꝛ vota ꝛ oblationes deo mittit. Tamē celebranda est cū obseruatōe triplicis regule. Prima est loci. Secūda temporis. Tertia modi. Prima regula obseruanda in celebratione misse est loci. Vt enim inquit Ric. in. 4. di. iz. Cōmuniter nō lꝫ missaꝫ celebrare in loco nō sacro: qr sic instituit ecclesia: vt patet de cōse. di. i. c. sicut. c. missaꝝ. c. hic ergo. ꝛ. c. nullus presbyter. Cuius institutionis ratio fuit: qr in sacramēto altaris quod i missa cōsecrat: cōtinet ille q est summe sanctus ꝛ totius nostre sanitatis causa effectiue inq̄tuꝫ deus: ꝛ meritorie in q̄tū homo. In casu tñ magne necessitatis p̄mittunt iura celebrari in loco nō sacro: si tamē tabula sit ꝯsecrata: ceteraqꝫ scā mysteria ad illud officiū pertinentia ibi affuerit sicut cū ecclesie omnes fuerint incense: vel cuꝫ hoies essent in itinere: vel cū adesset alia aliqua legitima ꝛ rationabilis cā: in qbus casib⁹ cū licentia episcopi celebrare licet in loco non sacro Cōcedunt tamē fratribus p̄dicatorib⁹ ꝛ minoribus exigente legitima cā: vtputa dum essent p̄dicantes v̄bū dei in publicis cāpis vel plateis aut in similibus celebrare cū altari viatico absqꝫ licentia ab epo postulata vel impetrata: qd̄ patet extra de priuil. ꝛ priuil. exces. ca. in his. vbi sic habet. In his q̄ ad cultū diuinū facere dignoscuntur: nō maligna sed benigna esset poti⁹ interpretatio facienda. Vnde imitari cōpellimur q cū fratribus p̄dicatorib⁹ ꝛ minorib⁹ duxerimus indulgendū: vt vbicūqꝫ fuerint sine prochialis iuris preiudicio cū altari valeant viatico celebrare. Quidā nimis stricte interpretādo indulgentiā nostrā nituntur asserere: q p eā dicti fratres preter prelatorū assensum facere h̄ non possunt, ꝓpter qd̄ eos celebrare iuxta indulgētiā apostolicā nō p̄mittunt. Cū aūt nihil eis cōferret memorata indulgentia: sine qua prelatis annuētibus id liceret eisdē: fraternitati tue mādamus quatenus interpretatōe huiusmodi reprobata: dū tñ ab alijs q̄ iuri parrochiali p̄iudicant, p̄sus abstineāt: datā eis sic licentiā celebrandi auctoritate nostra nō differas publicare ita q dicti fratres aliquā ex indulgentia nostra videant in hoc gratiā cōsecuti. Hec ibi. Que verba sunt Honorij tertij. Et sicut in loco sacro vt dictū est: cōiter misse sunt celebrāde: ita etiā celebrari debent sup altari consecrato. Notandū tamē secundū Rica. vbi supra: q q̄uis ante tēp⁹ Siluestri celebraret sup altare ligneū qd̄ cito poterat transferri: qr ꝓpter p̄secutioneꝫ nō erat fidelibus certus locus ad manēdū: tñ postea instituit ecclesia vt celebraret sup altare lapideū. Vnde de cōse. di. i. in. c. altaria. dicit Altaria si nō sunt lapidea crismatis vnctōe nō consecrent. Cuius ratio fuit: qr altare dꝫ eē de materia forti: qr cōsecrari debet: ꝛ ideo nō dꝫ eē de terra. Et qr in ecclesia debet esse copia altarium vt hoc mysteriū frequentet: ideo altare nō debet esse de auro vel de argento: q̄ nō facili possunt haberi. In veteri autē lege: qr non sic multiplicabant altaria: nihil opus erat si de auro fierent. Conuenientius est etiā altaria fieri de lapide q̄ꝫ de ligno ꝓpter significationeꝫ: qr vt dicit glo. in. dicto. c. altaria. Altare significat christū: qui dicitur petra. Sed occasione dictoꝝ apud multos dubitatur. Vtrū celebrans super altare nō cōsecratū aut fractū sit irregularis. Et rñdet Ric. q nō: eo q irregularitas est de iure positiuo: ꝛ hoc nō est in iure positum. Scienter tamē celebrans sup altare nō consecratū grauiter peccat etiā si hoc faciat ex ignorātia crassa: q̄uis minus grauiter q̄ꝫ si hoc faceret scienter: qr ecclesia ordinauit sup altare consecratū debere celebrari: vt patet de cōse. dis. i. c. ecclesie. ꝛ extra de cōse. eccle. vel. alta. ca. i. ꝛ c. qd̄ i dubijs. Secūda regla seruāda in celebratione misse dicit temporis. De quo sciēdū fm Ric. q qr hoc sacramētū p̄tinet ad temp⁹ gratie: qd̄ p diē significatur: iuxta illud apostoli Ro. iz. Nox p̄cessit dies aūt appropinquauit ideo cōiter loquēdo missa debet celebrari i die artificiali: ꝛ nō in nocte: incipiendo diē artificialeꝫ nō tantū ab ascensu solis sup oriçontē nr̄m sꝫ ab illa p̄te t̄pis que pōt p̄pēdi esse sup oriçōteꝫ nr̄m aliq̄ aeris illustratio p aliquos radios solis: q̄ illustratio est manifestatio solis orituri. In nocte tñ natiuitatis dñi media nocte vl' circa horā illā celebrat missa: ꝛ antiquitus celebrabatur in principio noctis resurrectionis. Et h̄ ꝓpter priuilegiū illaꝝ noctiū. Et de hoc dicit de conse. di. i. in. c. nocte sancta. Nocte sancta natiuitatis dñi saluatoris missas celebrent presbyteri ꝛ hymnū angelicū in eis solemniter decantent: quoniā etiā eadem nocte ab angelo pastoribus est nunciatus. Et subito facta est cū an

gelo multitudo celestis exercitus laudantium deũ: ꝛ dicentium. Gloria in excelsis deo: ꝛ in. t. pax. h. b. v. Quare autē celebrantur tres misse in die natalis dñi ratio est sm Archi. in tractatu quē fecit de offi. ecclesie: qꝛ vna missa. s. ante diē significat tempus ante legē quādo eramꝰ in tenebris. Secūda missa in aurora significat tempus sub lege quādo nondū plena dei cognitio habebat. Tertia in die significat tempꝰ gratie quādo iam plena cognitio habetur. De hora autē misse sciendū est q instituta est fieri cōmuniter tribus horis: scilicet hora tertia: sexta: ꝛ nona. Celebratio enim misse est memoriale passionis xp̄i: qui sm Aug. in li. de cōcordia euangelistarum: crucifixus fuit hora tertia linguis iudeorum: hora sexta manibus militū: ꝛ hora nona expirauit. Cōsuetudo tamen est vt nō dicatur solemnis missa hora nona: nisi in diebus ieiuniorum: ꝛ matutine quādo episcopi faciūt ordinationes. Misse autē priuate dici possunt ab aurora vsq ad sextam. Sed dubium oritur apud plerosq: quare in parasceue nō celebrat missa. Et respondetur q id rationabiliter fit: quia dupliciter representatur ab ecclesia passio christi. Vno modo iniq̄tā factam christo sm se ꝛ absolute: vt moueant corda eorum ad cōpassionē: ꝛ qꝛ ipsa dies in qua passus fuit ipsam passionem satis efficaciter representat: statuit ecclesia vt illa die non consecretur corpus christi sed quod in precedenti die reseruatū est sumat. Sanguis tamē non reseruatur propter effusionis periculū. Quia autem effectus passionis illius seu influentie ad nos continue ꝑueniūt: seu in nos descendūt: ideo statuit ecclesia vt excepta die ꝓdicta quotidie in ecclesijs missa celebretur. Tertia regula seruāda i celebratiōe misse dicit modū: qui cōsiderat aut respectu calicis aut respectu luminis: aut respectu indumentorum. Si respectu calicis: ꝛ tunc aduertendum est vt dicit Ric. q nō licet celebrare in calice lapideo propter eius ineptitudinē: nec ligneo ꝓp humilitatem: nec vitreo ꝓpter fragilitatem: nec ereo vel de auricalco: qꝛ ob vini virtutē eruginem colligeret: ꝛ vomitū ꝓuocare posset: sed dꝫ esse calix de auro vel de argento. Et si qs tam pauper ē q nō possit habere calicem aureū vel argēteū habeat stagneū: vt patet expresse de cōsecra. di. i. c. vasa. ꝛ. c. ꝛ calix. Secūdo cōsideratur modus in celebratione misse respectu luminis. Nam sacerdos nō debet celebrare sine igne seu lumine: ꝛ hoc primo ꝓpter ecclesie cōstitutionem: que reprehendit celebrantes sine igne. extra de cele. mis. c. vltimo. Secūdo propter ipsius ignis significationē. Significat. n. dilectionis feruorem per quē xp̄s pro nobis passus hoc sacramentū instituere voluit. Etiā eius lumen ꝛ calor significant q sacramentū operatur in celebrante digne: ꝛ suscipiente augmentū illuminationis in intellectu: ꝛ feruorē charitatis in affectu. Tertio considerat modus celebrandi respectu indumentorum. Nullꝰ vnq celebrare debet sine vestibus ab episcopo benedictis: de quibus sic dicitur de conse. di. i. c. vestimenta. Vestimēta ecclesie quibꝰ dño ministratur: ꝛ sacrata esse debent ꝛ honesta: quibꝰ in alijs vsibus non debent frui q̄ ecclesiasticis: ꝛ deo dignis officijs: que nec ab alijs debent contingi aut efferri: nisi a sacratis hominibus: ne vltio que Baldasar regem percussit super hoc transgredientes veniat ꝛ corruere eos faciat ad ima. Et vt dicit glo. in. c. seq. super verbo polluantur. Ex veste altaris dēmū ne vel altaris non debet fieri casula vel alius ornatus ecclesie. Que autem ꝛ quot sint vestes ille que requiruntur ad celebrationem misse refert Innocen. in li. de offi. misse. parte. i. c. io. d. Sex sūt indumenta cōmunia episcopis ꝛ ꝑsbyteris: videlicet amictus: alba: cingulus: stola: manipulus: ꝛ casula. In multis tamē locis inualuit cōsuetudo vt cingulus non benedicatur. Quicūq ergo celebraret sine huiusmodi vestibꝰ grauiter peccaret. Sint ergo sacerdotes diligētes ꝛ solliciti: ne omittant quicq̄ de his que ordinata sunt ab ecclesia.

Quod illorum que requiruntur in celebratione quedā significant pertinentia ad incarnationem: quedam ad passionem: quedam vero ad resurrectionem.

Capitulū. .2.

Secundū mysteriū de missa declarandum est de eius significatione: i quo videre debemus quid significent illa que requiruntur ad misse celebrationem vltra ea que requiruntur ad essentiam sacramēti. Et respondet Ric. q per illam significantur tria. Primo quedam pertinentia ad incarnationē. Secundo quedam pertinentia ad passionem. Tertio quedam pertinentia ad resurrectionē.

Primo significantur quedam pertinentia ad incarnationem christi. Nam sacerdotis calciatio incarnationis est representatio. In persona enim filij dei dicitur in psal. In idumea extendam

etten dum calciamentum meũ. i. humanã naturam: quam assumã. Unde sacerdos cũ xp̃m representet: missam non debet dicere discalciatus. Amictus in capite representat diuinitatẽ amictam humanitate. Caput eniȝ christi ẽ deꝰ. Alba camisia nouitatẽ vite significat quã christus habuit et docuit: et tribuit in baptismo. Zona siue singulus significat christi iusticiam: iuxta illud propheticum. Et erit iusticia cingulum lumborum eius. Manipulus positus in leua per quam vita presens designatur significat ꝙ christus in via manipulum portauit virtutum et meritorum. Stolla que collo sacerdotis incũbit significat obedientiam: quã christus ꝓpter salutem humani generis subijt factus obediẽs vsqȝ ad mortem. Casula que alijs vestimentis superponitur christi charitatem significat: que omnes alias virtutes excellit. Introitus sacerdotis ad altare aduentum christi significat: et introitus misse desiderium aduentus eius significat. Et ideo in missa solemni non debet intrare sacerdos quousqȝ inceptus sit introitus misse: qꝛ ante christus fuit desideratus ꝙ̃ veniret. Et quia in aduentu christi fuit aperta vena misericordie: ideo post introitum subdit̃ kyrieleison: quod iterpretatur domine miserere: qđ nonies dicitur computãdo ibi xp̃e: vt ꝑ misericordiam christi nouem associemur ordinibꝰ angelorum. Post hoc subiungitur. Gloria in excelsis deo: ad representandum hymnũ queȝ angeli pastoribus nato domino cõcinerũt: quẽ sacerdos inchoat: quia angelum magni consilij representat. Et chorus concinendo prosequitur: quia subito facta est cum angelo multitudo militie celestis: laudantiuȝ ꝛc̃. Orationes aũt que subsequuntur representãt orationes quas christus post suam natiuitatẽ fecit pro populo. Epistola que premittitur euangelio significat predicationem precursoris. Baptiste. Graduale significat lamentum penitentie: qꝛ Joãnes penitentiam predicabat. Et quia post luctum sequitur consolatio: iuxta illud Math. 5. Beati qui lugent quoniã ꝛc̃. Ideo post graduale cantatur alleluia: quod significat ineffabile gaudium angeloꝝ et hominum in eterna felicitate laudantium deum. Diaconus suscipiens codicẽ euangelij benedictionem a sacerdote postulat: ad significandũ ꝙ nullus dȝ p̃dicare nisi mittatur. Lectio enim euangelij p̃dicationem christi significat. Et debet legi in loco magis eminenti ꝙ̃ epistola: iuxta illud. Super montẽ excelsum ascende tu qui euãgelizas syon: et quia corde creditur ad iusticiã: ore aũt cõfessio fit ad salutẽ: vt ostendat ecclesia ꝙ euãgelij verbum corde recipit: mox post euangeliũ fidei symbolum ore decantat: quod tamẽ sacerdos incipit vt significet ꝙ christus ex proprio christianam fidem docuit. Offertorium quod cantatur significat sacerdotẽ oblaturum sacrificium laudis: qui anteqȝ dicat oremus: premittit: dominus vobiscũ: ad significandũ: quia nisi dominꝰ sit nobiscũ ad salutem nostrã orare nõ possumus. Secundo significantur in missa quedam pertinentia ad christi passionẽ. Naȝ post offertoriũ fit silentiũ: et dicuntur orationes tacite: ad representandum illud tempus quo xp̃s nõ ambulabat palam inter iudeos cũ eũ interficere cogitarent: qꝛ tamen appropinquãte passione iterũ palaȝ ambulauit: ad hoc significãdũ exclamat sacerdos. Per omnia secula seculoꝝ. Prefatio autẽ est quedã gratiarum actio et diuine laudis confessio: representans illã gratiarum actionẽ quam sancti reddunt xp̃o in celo. Sanctus representat laudẽ quaȝ sibi cecinerũt pueri hebreorũ in dominica palmaꝝ: eleuatio corporis christi representat eleuationem christi in cruce: demissio depositioneȝ eius de cruce: positio super palã inuolutionẽ in syndone mũda: pala. n. syndoneȝ representat: ideo dicit̃ de conse. di. i. c. consulto. Consulto omniũ cõstituimus vt sacrificiũ altaris non in serico pãno aut tincto quisqȝ celebrare p̃sumat: sed in puro lintheo ab episcopo consecrato terreno. s. lino procreato: atqȝ cõtexto: sicut corpus dñi nostri iesu christi in syndone linea munda sepultum fuit. hec ibi. Cum autẽ sacerdos dicit. Nobis quoqȝ peccatoribus: representat contritionẽ: et cõfessionẽ latronis alteꝝ increpantis: et misericordiã petentis: eo ꝙ Centurio et qui cum eo erant reuertebantur percutientes pectora sua. Quãdo sacerdos exclamans dicit. Pater noster ꝛc̃. reductio est ad memoriã illius clamoris: quẽ emisit xp̃s in hora mortis. d. Pater in manus. ꝛc̃. altare crucẽ significat. Calix sepulchrũ. patena lapidẽ quo sepulchrũ fuit clausuȝ.

Tertio significant̃ in missa quedã pertinẽtia ad xp̃i resurrectionẽ. Nã cum sacerdos dicit. Pax dñi ꝛc̃. insinuat ꝙ vna sabbatoꝝ stetit iesus in medio discipuloꝝ suoꝝ et dixit eis. Pax vobis. Et quia tunc dedit eis potestatem remittendi peccata: ideo chorus exclamat Agnꝰ dei et cetera: quod ter repetitur ad significan-

dum q̄ petimus nobis dimitti peccata cogita-
tionis: locutionis: et operationis: per que nos re-
missionem veniemus ad eternā pacem. Post
coto significat gaudium apostolorū de xp̄i resur-
rectione. Ite missa est: representat illud qd̄ dictū
est apostolis post ascensionē in celum. s. Hic
Iesus qui assumptus est &c. Deo gratias: rep̄
sentat apostolos regressos in Hierusalem cum
gaudio magno vnanimiter perseuerantes i ora-
tione. Significat etiā q̄ pro beneficio redēptio-
nis nostre cuius mysterium representat i missa
debemus esse in cōtinua gratiarū actiōe. Si qs
vero quereret cur nō dicitur Ite missa est: in
qualibet missa. Rn̄det Bon. di. 13. quarti. in
declaratione litere q̄ quedam misse celebrant
specialiter ad honorē sanctorum: et q2 ipsi sunt
beati: et coram deo: ideo in talibus licentiatur
populus: et dicitur. Ite &c. quasi festinate igre
di in illam requiem. Quedam misse specialiter
celebrantur ad salutem viuorū: et q2 non sumus
certi de salute nostra: ideo debemus continue
soliciti esse: ne per nostram ignauiam in nobis
misse efficacia depereat. Ideo dicitur in missa
Benedicamus dn̄o. Quedam misse speciali-
ter dicuntur ad requiem defunctorū: et in illis
dicitur. Requiescant in pace. Si aūt adhuc ali-
quis quereret: quis adinuenit ritum celebrādi
missam cum tot conditionibus: audiat Ric. d.
in declaratione litere. di. 13. quarti. Missam
beatus Petrus apostolus primus omniū An-
tiochie dicitur celebrasse: secūdū qd̄ dicit Hugo.
li. 2. de sacramentis. pte. 8. c. vltimo. Et de cō-
se. di. 1. c. Iacobus. dicit. Iacobus frater dn̄i
secundum carnem: cui primum tradita est hie-
rosolymitana ecclesia: et Basilius cesariensis
episcopus tradiderunt nobis misse celebratio-
nem. i. misse celebrande ordinem secūdū glo.
ibidem. Et post alij alia addiderunt ad solemni-
tatem et decorem: vt habetur dist. i. c. Ecclesia-
sticarum.

An sit melior missa sacerdotis boni q̄ȝ mali
et an sit de obligatione audire missam: et quali-
ter missa sit audienda humiliter reuerēter et de
uote. Capitulum. 3.

Tertium mysterium declarandum de mis-
sa dicit auditio: in quo considerabimus
adhuc tria videlicet. Primo meliora-
tionem. Secundo obligationem. Tertio deuo-
tionem. Primo consideremus melioratio-
nem: vtrum melior sit missa boni sacerdotis q̄ȝ
mali. Et quibusdā videtur q̄ non propter ver-
ba Greg. qui i registro ait. Heu in quā ma-
gnum laqueū incidunt q̄ diuina et occulta myste-
ria plus ab alijs sanctificata fieri posse credunt
cum vnus idem spiritus sanctus ea mysteria oc-
culte atq3 inuisibiliter operando sanctificet. Sed
in contrarium est illud qd̄ scribitur. 1. q. 1. c. ipsi
sacerdotes. vbi sic habet. Quanto sacerdotes
fuerint digniores: tanto facilius in necessitati-
bus pro quibus clamant exaudiuntur. Ad idē
facit. c. ibidem sacerdotes. et c. sacrosancta. Rn̄-
det Tho. 3. parte. q. 82. q̄ in missa duo sūt con-
sideranda. s. ipsum sacramentum qd̄ est princi-
pale: et orationes: que in missa fiunt pro viuis
et mortuis. Quantum ergo ad sacramētū non
minus valet missa mali sacerdotis q̄ȝ boni: q2
vtrobiq3 idem conficitur sacramētū. Ad quod
facit. c. cū scriptura. 1. q. 1. et c. significasti. et c.
non quales. et c. dn̄s. et c. nō nocet. De ora-
tione aūt que fit in missa: dicendum q̄ pōt con-
siderari dupliciter. Vno modo iquantum ha-
bet efficaciam ex deuotione sacerdotis orantis.
et sic nō ē dubiū q̄ missa melioris sacerdotis ē
magis fructuosa. Alio mō oratio pōt conside-
rari inquātū profert a sacerdote in psona totius
ecclesie: cuius sacerdos est minister: qd̄ quidē
mysterium etiā i peccantibus manet. Vn̄ quā-
tum ad hoc est fructuosa non solū oratio sacerdo-
tis peccatoris et missa: sed etiam oēs alie eius
orationes quas facit in ecclesiasticis officijs: in
quibus gerit personam ecclesie. Orationes ue-
ro eius priuate non sunt fructuose. Greg. ergo
loquitur de veritate sacramenti in auctoritate p̄
allegata ad partē contrariam. Ex quo Bon. d.
Si qs libentius audit missam melioris sacerdo-
tis credo q̄ bene facit: dū tamē credat ipsum in
substantialibus non supereccedere peccatorē:
alioqn piculose erraret. Secūdo consideremus
misse obligationē: de qua sic loquitur. c. missas
de conse. di. 1. Missas die dn̄ico secularibus au-
dire totas spāli ordine p̄cipimus: ita vt ante be-
nedictionē sacerdotis egredi populus nō pre-
sumat. Vbi circa tria dubitare contigit. Pri-
mo vtrū clerici et religiosi teneant seruare hoc
statutum: q2 dr̄ secularibus. Et respōdet Io.
an. in rosario sup dicto. c. q̄ si ad hoc tenentur
laici: multo magis et clerici: qui totaliter dediti
sunt diuino cultui: vt p3. 12. q. 1. c. duo sunt ge-
nera. Secūdo dubitat vtrū eadē sit obligatio
audire missam alijs diebus festiuis que et die-
bus dn̄icis. Et dicendū q̄ sic: q2 de similibus
idem est iudicium. Nam statutum de audiēde

misse

misse factum fuit vt saltem pro illo tempore va
caretur diuinis. Ex quo precipitur q̄ tota mis
sa audiat̄: vt p3 in ꝑ allegato. c. missas. ⁊ in. c.
oēs fideles. ⁊ in. c. cū ad celebrandas. S3 alia
festa ab ecclesia ꝑcepta sunt supaddita diebus
dn̄icis: vt in illis vacet̄ diuinis: ideo populus
in illis festis predictis audire missas tenet̄. Et
hoc colligit̄ ex his q̄ dicit̄ ex̄ de ꝑrochijs. in. c.
vt dn̄icis diebus ⁊ festiuis. Tertio contingit
dubitare: vtrū peccet q non audit missam a ꝓ/
prio ꝑrochiano. Et dicūt cōiter doc. q̄ nō: dū
mō nō fiat ex cōtemptu: ⁊ ꝓprius sacerdos nō
requirat: q si requireret idiscrete ⁊ idebite nō esset
audiendus: puta si requireret ipediēs deuotiōe3
⁊ salutē ꝑrochianoꝝ: puta si requireret aliquem
ꝑrochianū vt audiret missam suā dū ille vellet
ꝑegrinari: vel ꝓ iplendo aliquo voto: vel pro
consequenda aliqua idulgentia. Nā requisitio sa
cerdotis in tali casu irrationabilis eēt ⁊ iniusta
Similiter ēt cum populus ire vellet ad audien
dum verbum dei ab aliquo illud predicante: q
autoritatem habeat ꝑdicandi: sicut habere so/
lent religiosi mendicantes: iniquū proculdubio
eēt si sacerdotes astringere vellent suos subdi
tos: vt omisso verbo dei missas audirent ī ꝑro
chia: in quo etiam casu subditi ei non obedien/
tes meo iudicio non peccant: q: vt inq̄t Bern̄.
in li. de ꝑceptione ⁊ dispensatione. Iniquum
ꝓculdubio foret si ea que sunt ꝓ sola charitate
instituta cōtra charitatē tenerent̄: sed obserua/
re statutum de auditione misse in propria pro
chia est institutum ꝓ charitate: ergo non deb3
seruari cōtra charitatem. Esset autē cōtra cha
ritatem si populus cōis impedirent̄ ne posset ci
bari ⁊ recreari spirituali doctrina: ⁊ marie q̄
vt in pluribus ipsi curati ⁊ ꝑrochiani aut non
ꝑdicant aut predicare nesciunt: ⁊ tamē vt dixi/
mus in sermone de verbo dei: ⁊ habet̄ extra d̄
offi. iudicis ordi. c. inter cetera. Inter cetera q̄
ad salutem spectant populi xp̄iani pabulum v̄
bi dei maxime noscitur necessarium: quia sicut
corpus materiali: sic anima spūali cibo nutrit̄.
Si ergo necessitas corporal' aut temporal' excu
sat a peccato non audientes simpliciter missa3:
⁊ ex consequenti si aliquā non audiāt ī ꝑrochia
multo fortius necessitas spūalis excusabit: que
vt dictum est inest populo cōi ad audiendū ver
bum dei. Hortandi tamen sunt omnes tā viri
q̄ mulieres: vt suos ꝑrochianos reuereantur:
consuetasq3 faciant oblationes: ⁊ cum eoꝝ bñ/
dictione se transferant cum adest legitima cā ad
missas alibi audiendū: imo laudarem si ipsi pa
tres sacerdotes cum predicat̄ verbum dei ab
aliq̄ famoso viro surgerent bono mane: ⁊ cele
brata missa pplos suos admonerēt vt ꝯfluerēt
ad predicationes: ipsiq3 pro bono exēplo vna
cum illis idem facerent: qm̄ vt dictu3 est satis i
digent seculares dirigi ꝑ verbum dei in viam
salutis. Tertio consideremus misse deuotio
nem. Audienda etenim est humiliter reueren
ter: ac deuote. Sunt tamen multi qui du3 mis
sa celebratur ponunt se prope os sacerdotis ꝓ/
spicientes si de illo passeres exeant ac musce.
Alij sacerdotem preueniunt fortiter clamātes.
Gloria in excelsis. Credo. ⁊ similia. Nam dū
sacerdos facit pausam postq̄3 dixit visibilium
⁊ inuisibilium anteq̄3 sequat̄. Et in vnum dñ3
iesum xp̄m: ⁊ illi submurmurantes dicūt. Et i
vnum dñm ⁊c̄. Multi adhuc non curant audi
re ea que sacerdos in missa dicit: sed suas ora/
tiones ⁊ officia genuflexi dicūt: qui tamē q̄3diu
sacerdos alte loquit̄ aut cantat astare debēt mis
se cū silentio ⁊ intēte audire: vt dicit̄ de conse.
di. i. in. c. apostolica. Quando vō sacerdos se
cretas orationes ⁊ canonē dicit: tunc possunt ⁊
ipsi dicere orationes ⁊ orare: nō tamen cū stre
pitu faciendo pis. pis. pis. ⁊ turbando mente3
sacerdotis. Pleriq3 ēt volunt audire missas q̄s
dam peculiares omissa propria missa diei dñi/
ci aut festi precepti: qui si scienter id faciūt non
excusant̄ a peccato nisi audiant missam ꝓpria3
Vnde dicit̄ extra de celebra. mis. c. quidam.
Quidā laicorū habēt i cōsuetudine vt ꝑ singu
los dies audiāt euāgeliū. In principio erat v̄
bum: ⁊ missas peculiares: hoc est de sancta tri
nitate: ⁊ de sancto Michaele. Et ideo statutū
est vt vlterius hoc nō fiat nisi suo tempore. Et
nisi aliqs velit ꝓpter reuerentiā sancte trinita
tis non pro alia deuotione audire. Sed si vo/
luerint vt misse sibi cantent̄ de eodem die mis
sas audiant pro salute viuoꝝ ac ēt defunctorū:
hec ibi. Quare vt finem huic sermoni demus
audiende sunt misse cum oi māsuetudine ⁊ fer
uore: qm̄ sic audientes consequunt̄ in hoc secu
lo dei gratiam ⁊ in futuro sempiternam gloriā
in qua viuit ⁊ regnat deus per eterna secula se
culorum. Amen.

Feria quinta in cena domini: de sacramen
to baptismatis: per quod efficiuntur homines
dei filii promittentes in illo abrenunciare dia/
bolo ⁊ eius pompis.

Sermo. 63.

Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Verba sunt redemptoris nostri Ioānis.31. c. ꝛ i euāgelio hodierno. Admo ta debz esse mundicia mentis oibus qui p sacramentum baptismi regenerati facti sunt participes: ꝛ heredes celestis regni domini iesu xpi. Per baptismū nāqz filii dei effi cimur: in illo, ꝑmittentes abrenūciare diabolo: ꝛ oibus pompis eius: vt notat̄ de conse. di. 4. c. prima igit̄ ꝛ. c. primum interroget̄. Nūc aūt pleriqz tanti beneficii imemores: oē cor suum ad mundana atqz terrena conuertunt paruipēdētes nō solū repromissam beatitudinem: verū ēt habitā dignitatem: ꝛ gratiam p baptismum. Ideirco de ipso in presenti sermone aliqua discutiemus: vt intelligentes tanti sacramenti virtutem ꝑtinentiam ꝛ sublimitatem cōemur iuxta saluatoris nostri sententiam in verbis allegatis ꝑ thematis lauare pedes. i. mentis affectiones mundare ab oi iquinamento: ꝛ turpitudine iordinati amoris cuiuscūqz boni creati. De ipso itaqz baptismate locuturi tria mysteria proponimus declaranda.

Primum dicitur diffinitionis.
Secundum obligationis.
Tertium fructificationis.

Quid sit baptismus: ꝛ ꝺ eius institutiōe ac materie determinatione: necnon ꝛ forme obseruatione. Capitulum. .1.

Primum mysterium de baptismo ꝺclarandum dicit̄ diffinitionis: in quo qd sit baptism⁹ videamus. Et licz Hugo. li. 2. de sacramentis pte. 6. c. 2. dicat. Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbū dei. Tamē cōuenientior ē diffinitio magistri i qui in. 4. di. 3. ait. Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma prescripta verborū. Secundum. n. Ric. sup prefata diffinitione duplex est materia baptismi. s. remota que est aqua: ꝛ propinqua que est ablutio in aqua. Diffinitio ergo Hugonis exprimit materiā remotam: ꝛ illa magistri materiā ꝓpinquam. Pro declaratione autē clariore huius partis: tria adhuc de baptismo consideremus. Primo eius institutionem. Secundo materie determinationem. Tertio forme obseruationem. Primo eius institutionem considere mus: quando. s. baptismus fuit institutus. Et aliqui dixerunt q̄ fuit istitutus post resurrectionem quando xp̄s dixit aplis Math. vltimo. Euntes docete oēs gētes baptizātes eos i nomine patris ꝛc̄. Alij aūt dicunt q̄ fuit istitutus ab illo tpe quo xp̄s ipsum sanctificauit. Sed vt d. Dam. i. in. 4. li. c. 1. Xp̄s sanctificauit baptismum quādo fuit baptizatus: ergo tunc fuit istitutus. Et glo. super illud Luc. 3. Iesu baptizato ꝛc̄. Baptizatus inqt est dn̄s mundari nō indigēs: sed tactu munde carnis aquas mūdans vt vim habeant abluendi. Sed Ric. in. 4. dicit q̄ xp̄s baptismi sacramētum prio istituēdū isinuauit. secūdo istituit. tertio istitutum obseruari precepit. Primū fecit facto ꝛ verbo. Facto quando a Ioāne baptizatus fuit: i quo baptismo isinuauit baptismū fore i aqua fiendū: qr ipse i aqua baptizatus fuit: i noie trinitatis in quātum i suo baptismo apparuit psona patris i voce: ꝛ psona filij i carne: ꝛ psona spūs sci i columbe specie: nec tunc aliquam virtutē regenerandis cōtulit aq̄s: nisi q̄ ex tunc ordinata fuit aqua ad hoc vt in ea institueretur regenerationis sacramētum. Si tamē haberet̄ illa aqua q̄ corpus eius tetigit seruari deberet cū maxima reuerentia propter mundissimam ꝛ sanctissimā carnem quam tetigit. Verbo ēt insinuauit baptismū: quando Io. 3. c. dixit. Nicodemo. Nisi qs renatus fuerit ex aqua ꝛ spū sancto nō potest introire in regnū dei. Scdo xp̄s baptismum instituit qd fecit facto ꝛ verbo. Facto. qm̄ vt dicitur Io. 1. baptizauit p discipulos suos q de mandato eius baptizare ceperunt. Et vt dicit Nico. de lira sequendo Aug. Primo ipse xp̄s baptizauit discipulos suos baptismo suo. s. aqua ꝛ spū sancto: qd ēt ponitur de conse. di. 4 c. quando ab hiere solymis. ꝛ. c. si cos. Deinde verbo instituit quando misit discipulos suos binos ad predicandum ꝛ baptizandum. de qua missione habetur Luc. 1. Tertio xp̄s institutum baptismum obseruari precepit quādo post resurrectionem dixit discipulis. Euntes ꝛc̄. Sanctus vero Tho. in. 3. pte. q. 66. dicit q̄ baptismus institutus fuit ante passionem xp̄i: sz necessitas vtēdi hoc sacro indicta fuit post passionē ꝛ resurrectionē: tuz qr in passione xp̄i terminata sunt figuralia sacra: quibus succedit baptismus ꝛ alia sacra noue legis: tū ēt qr p baptismū cōfigurat̄ hō passioni ꝛ resurrectioni xp̄i inquantū morit̄ peccato: ꝛ icipit nouā iusticie vitā: ꝛ iō oportuit xp̄m pati prius ꝛ resurgere q̄ hoib⁹ indiceret̄ necessitas se cōfigurando morti ꝛ resurrectioni

Ie resurrectioni. Et lz apli baptizassent vt di/
ctum ē ante passionē xpi. tñ fm Ric. adhuc nō
publicabāt baptismū vt necessariū ad salutē: ꝛ
lex nō obligat quousqz sit ꝓmulgata. Secū/
do cōsideremus circa baptismū materie deter/
minationē. ē. n. baptismi materia aqua: vt ait
Ri. ꝛ oēs doc. tam theologi ꝙ̄z canoniste: com
ꝑhendendo sub aqua ablutionē ꝙ̄ fit in ea. ꝛ lo
quendo de baptismo scd'm quod distinguit
a baptismo sanguinis ꝛ fluminis: de qbus di/
cemus i sequēti mysterio. Rō est fm Hgo. in
li. de sacramētis: qꝛ oē sacramentum similitudi
nem quandam hꝫ ad ipsam rē cuius ē sacramē
tum. Aqua. n. est repsētatiua effectuū baptis
mi ꝛ rōne nature ꝛ rōne vsus. Nam aqua est
naturaliter frigida: rōne cuius representat fo/
mitis repressionem. Est ēt naturaliter humida
humiditate apta ad abluendū: rōne cuius rep̄/
sentat a sordibus peccati purgationē. Est etiaꝫ
naturaliter diaphana ꝛ clara: rōne cuius rep̄/
sentat gratie illuminationem. Qꝛ ēt quantum
ad vsum est multū vtilis: representat sacramen
tum baptismi esse in effectu valde vtile. Et qꝛ
est ad habendū valde facilis: representat sacra/
mentum baptismi esse quantū ad obseruātiam
facile. Et qꝛ ēt quantū ad vsum ē multum cōis
representat sacramentū baptismi quātū ad ne/
cessitatem eē cōe. Nec pōt eē aliqua artificialis
aqua materia baptismi: sed naturalis tm̄: qꝛ ba
ptism⁹ istitutus fuit sacramētū necessitatis quā
tum ad oēs. Et ideo xp̄s ipsum istituere nolu/
it nisi in aqua: que faciliter posset haberi: ꝛ cōi
ter ab oibus tam paupibus ꝙ̄z diuitibus: quod
non ē verū de aliqua aqua nisi naturali. Et si
diceret̄ ꝙ ignis esset conueniens materia bap/
tismi: qm̄ fm Dionysium ꝛ Damā. habet vim
illuminandi. Et Joānes baptista. Math. 3. p̄
nunciās xp̄i baptismū dixit. Ille vos baptiza/
bit in spū sancto ꝛ igne. Rñdet Tho. ꝙ pp rō
nes iam tactas aqua ꝛ non ignis ē materia ba
ptismi. Dictū vero Jo. fm expositionē Hie/
rony. refertur ad spm̄ sanctū qui sup discipulos
in linguis igneis apparuit vt dicit̄ Act. 2. Vl'
per ignem pōt itelligi tribulatio: vt Criso. di/
cit sup Math. qꝛ tribulatio peccata purgat ꝛ cō
cupiscētia: quare ignis accipit̄ ibi metaphori/
ce. Qm̄ aute vt superius cōmemorauimus ma
teria ꝓpinqua baptismi est ablutio in aqua. vñ
baptizare i greco tm̄ valet quātū lauare i latio
fm illud Judith. 12. Descēdebat i vallē Betu
lie ꝛ baptizabat ꝛc. Propterea apud nōnullos
de imersione i aqua dubitat̄. vtrū. s. sit necessa
ria. Et respōdet Tho. i. 3. pte. q. 66. ꝛ Boñ. ꝛ
Ri. i. 4. di. 3. ꝙ ꝙ̄uis tutius sit baptizare per
modū imersionis: qꝛ hoc hꝫ cōior vsus: potest
tamē baptismus fieri per modū aspsionis vel
per modū effusionis fm illud Ezech. 39. Effū
dam super vos aquam mundam. Sic apli ba
ptizauerunt tria milia hoium vna die nō imer
gendo sed aspergendo. Et beatus Laurētius
baptizauit romanum effundendo. Qñ ergo i/
mineret necessitas vel ꝓpter paucitateꝫ aque:
vel ꝓpter debilitatem ministri: q non pōt su/
stentare baptizandū: vel propter damnū quod
baptizatus ex imersione timeret: ꝛ verisimili/
ter dubitaret: potest baptismus sine imersione
celebrari: qꝛ lꝫ ablutio aque sit de necessitate sa
cramēti: modus tamen ablutionis per accidēs
se habet ad sacramentum. Secundū vo Ric.
cum totum corpus non posset ablui: abluenda
est pars principalior: vt caput ꝛ maxime facies
quia in ea vigent sensus. Unde credo ꝙ si
caput pueri baptizaretur anteꝙ̄z pars corporis
exeat: quod aliquando faciendū est propter pe
riculum mortis: puer baptizatus est. Si vero
manus vel pes abluatur antequaꝫ aliqua pars
alia appareat: volūt aliqui dicere ꝙ puer bapti
zatus esset: quia anima est in qualibet parte cor
poris tota. Cōmunius tamen tenetur ꝙ de le
ge cōi non esset baptizatus ꝙ̄uis forte diuina
pietas in tali casu vicem suppleat baptismi: ꝛ
ideo semper quando periculum mortis immi/
net abluendum est illud de puero quod potest
ablui siue sit parum siue sit multum. hec Ric.
Dubitatur adhuc a multis an immersio effu/
sio vel aspersio debeat esse vna vel trina. Et
respondent doc. superius nominati ꝙ vnitas
vel multitudo immersionum non est de sub/
stantia baptismi: sed solum de bene esse: ideo
vtrunqꝫ licite fieri potest scilicet ꝛ semel ꝛ ter
immergere: quia vnica immersione significa/
tur vnitas mortis christi: ꝛ vnitas diuinitatis
Per trinam autem immersioneꝫ significatur
triduum sepulture christi: ꝛ etiam trinitas per
sonarum. Sed vt dicit Tho. diuersis ex cau/
sis fm ordinationem ecclesie quandoqꝫ institu
tus est vnus modus: quandoqꝫ alius: qꝛ eniꝫ
a principio nascentis ecclesie quidam de trini/
tate male sentiebant: xp̄m purū hominem esti
mantes: nec dei filium dictū fm veritatem na
ture: sed tm̄ pp meritū eius quod precipue fuit
in morte: iō non baptizabant in nomie trinita/

ris: sed in cōfiguratione mortis xp̄i: ꝛ vna im/
mersione: quod reprobatū fuit in primitiua ec/
clesia: statutūq; vt baptizaret in nomine patris
ꝛc. ꝛ tunc imergendo: sicut patet de conse. di.
4. c. postq̄ vos. ꝛ. c. si quis episcopus aut pre/
sbyter. ꝛ. c. de trina. ꝛ. c. eodē modo. ꝛ. c. mul
ti. Postmodū vero inoleuit quorūdā heretico
rū ꝛ scismaticoꝝ error: qui sm̄ Aug. sup Jo.
male sentiebant de vnitate diuinitatis: ideo ī de
testationē erroris eoꝝ fuit statutū in cōcilio.
Tholetano vt vna tantū fieret imersio: sicut ha
betur de cōse. di. 4. c. ꝑpter vitādū. Sz cessan
te tali causa cōmuniter obseruatur in baptismo
trina imersio: vt potest colligi extra de baptis/
mo ꝛ eius effectu. c. i. ꝛ ideo grauiter peccaret
aliter baptizans quasi ritū ecclesie nō obseruās
nihilominus tamē esset baptismus. Occurrit
aūt ꝑpter dicta dubitare circa talē casuz. Qui/
dam existens super pontē nō potens hr̄e aquā
ad baptizandū puerū ꝛ verisimiliter timens eū
cito moriturū intendens prouidere saluti pueri
proiicit eum in aquā cū intentione baptizandi
proferens verba in qbus cōsistit debita forma
postea puer euadit aliquo casu: vtrū talis debeat
reputari baptizatus. Et aliquibus videt̄ q̄ sic
q2 ibi cōcurrunt debita forma: debita materia:
ꝛ debita intentio. Ric. aūt di. 4. quarti tenet cō
trariuz: quoniā cū ꝑprima materia baptismi sit
ablutio in aqua: qd̄ aqua abluit̄. primo aqua co
operitur in toto vel in parte: ꝛ postea discoopit̄
vnde ꝑpter primū baptismus representat xp̄i
sepulturā: ꝛ ꝑpter secundū resurrectionē: cū/
tus autē puer in casu predicto per actū illius q
talis fuit petitio sensualitatis: cuius desideriū
erat ad nō moriendū: vt magister sen. dicit i lra
Si autē loquamur de predicta oratione q̄tum
ad formā: sicut cū forma petitiōis respiciat di/
scretionē, pponentis: ꝛ talis modus, pponendi
sit a discretiōe rōnis: cōcedendū est q̄ talis ora
tio fuit voluntatis rationalis. Ad quod melius
intelligendū notādū fm Boñ. ꝛ Ric. q̄ cū in
xp̄o sint plures nature intellectuales, vz diuina
ꝛ humana: necesse est in xp̄o plures esse volun
tates: qđ magister i tex. per multimodas aucto
ritates sanctorū ostēdit. Vnde si numerent̄ vo/
luntates xp̄i fm naturas due sunt. s. diuina: et
humana

humana: sed s̄m ꝑsonas tres sunt. s. voluntas
diuina: et voluntas anime rōnalis: et voluntas
appetitiua sensitiua: que extenso nomine volun
tatis voluntas dicit̄: qꝛ mouet̄ post apprehēsio
nez: qꝛ ꝓprie loquēdo de nomine volūtatis vo/
luntas nō inuenit̄ nisi in pte aie rōnali. secūduz
philo. 3° de aia. Igit̄ tāq̄ȝ verus hō cogitās i/
mo clare videns dn̄s iesus xp̄s q̄ sibi paraban
tur in primo passiones: q̄ martyria in suo cor/
pore tolleraturus erat: volūtate quadā pietatis
dicebat. Pater si possibile est transfer a me ca
licez istū: verūtamē qꝛ sic est volūtas tua vt pro
humano genere moriēdo et patiēdo satisfaciaȝ:
ecce me ꝓmptissimū et paratū: fiat non qđ ego
volo volūtate sensualitatis: sȝ qđ tu: qꝛ ego ideȝ
volo volūtate ratiōis. O bone iesu doctor vita
tis q cepisti facere et docere: tu nobis dixisti vt
orātes loqueremur patri tuo vbū hoc: qđ tu in
tua agonia sepius replicasti: fiat voluntas tua.
Ob qđ Leo papa in sermone de passione ait.
Hec vox omnes fideles instruxit: oēs cōfessio/
res accendit: oēs martyres coronauit. Nā qs
mundi odia: qs temptationū turbines: qs pos/
set ꝑsecutoꝝ superare terrores: vbi xp̄s in oīb⁹
et pro omnib⁹ patri diceret. Fiat voluntas tua.
Discant ergo hāc voceȝ oēs ecclesie filij: vt cū
aduersitas violenter alicuius temptatōis incū/
bit sepato tremore formidinis accipiāt tolerātiā
passionis. hec ille. 3° apparet vehemētia dolo/
ris xp̄i in sua oratiōe ex cōfortatione. Taȝ vr/
gens enim erat dolor eius vt et angelus ad eū
cōfortādū mitteret̄. Apparuit inqt Lucas ei an
gelus cōfortās eū. Apparitio aūt illa s̄m Ni/
co. de lira. fuit in visione corporali: vbi ondit̄ur
q̄ in eo erat vera humanitas: q̄ cōfortabat̄ con
tra tristiciā insurgentē in pte sensitiua ex appre
hensione mortis imminentis. Et factus in ago/
nia ꝓlixius orabat. Erat aūt hec agonia relu/
ctatio sensualitatis mortē horrentis: et rōnis ip
sam acceptātis: qꝛ virtute diuina quelibet ps ꝑ/
mittebat̄ agere et pati qđ erat sibi ꝓpriū. Et fa
ctus est sudor eius sicut gutte sanguinis decur
rentis in terrā. Ex vehemēti eniȝ anxietate fie/
bat: vt nō solū humores exirent ꝑ sudorē: sȝ etiā
aliqđ de sanguine sudorē tingente. Secūdū vo
opinionē aliquoꝝ hoc supnaturaliter factū est:
vt sic xp̄s suū sanguinē iā ꝓ salute nr̄a effunde
re inciperet. Sȝ nō immerito querere qs posset vtꝝ
dolor christi patiētis fuit dolor acerbissim⁹: ita
q̄ excesserit omnē dolorē quorūcūqȝ patientiū.
Et rn̄det Ric. in tertio. et Boū. di. 16. et Tho.
tertia pte. q. 66. q̄ q̄uis dolor xp̄i nō fuerit ma
ximus omniū doloꝝ simpliciter: cuȝ dolor dā/
natoꝝ sit eo maior: fuit tamē maximus omniū
doloruȝ huius vite propter tria. Primo ꝓpter
cām passionis. Secūdo ꝓpter modū patiendi.
Tertio ꝓpter cōditionē patientis. Primo
si cōsideret̄ cā ob quā christus passus fuit: i eo
doloris afflictio magna fuit. Nō enim patieba
tur ꝓ culpa ꝓpria: imo pro aliena: nō ꝓ amicis
sȝ pro inimicis: et etiā ꝓ his quos videbat igra
tos. Secūdo si cōsideret̄ modus patiēdi: fuit
in eo dolor acerbissimus: tuȝ ꝓpter generalita/
teȝ: qꝛ in omnib⁹ mēbris affligebat̄: tum etiam
ꝓpter cōtinuitatē: qꝛ suspendiū ei⁹ cōtinuabat̄:
et claui adeo affligebāt pendētē. Ob qđ mors
cōfixoꝝ in cruce est acerbissima: qꝛ cōfigunt̄ in
locis neruosis et maxime sensibilib⁹. Tertio si
cōsideret̄ qualitas siue ꝯditio patiētis: maxima
fuit in eo afflictio propter maximā cōplexionis
equalitatē et ꝓpter sensus viuacitatē. Unde qꝛ
nullus potuit ei equari: nec in equalitate cōple/
xionis: nec in viuacitate sensus: dolor illius fuit
omniuȝ doloꝝ acutissimus. Addit etiā Tho.
q̄ si cōsideret̄ puritas doloris christi: dolor iste
fuit maximus. Nā in alijs patientibus mitiga
tur tristicia interior et etiā dolor exterior ex ali/
qua cōsideratōe rationis per quādā deriuatio/
neȝ seu redundantiā a superiorib⁹ viribus ad
vires inferiores: qđ in xp̄o patiente non fuit.
Unicuiqȝ. n. viriū ꝑmisit agere qđ est sibi ꝓ/
priū s̄m Dama. Ideo xp̄s Tren. i. ca. ait. O
vos omnes q trāsitis ꝑ viā attendite et videte si
est dolor similis sicut dolor meus. Cuius ma/
gnitudineȝ nos colligere possumus cū videm⁹
christū suaȝ passionē cogitantē sudoreȝ sangui/
neū emittere. Ubi es. o aia rationalis. Quid
agis. O insignita imagine dei tui. Velis obse
cro christo iesu oranti: sudanti: gementi: lachry
manti: et agonizanti pro salute tua assistere mi/
sericorditer. Noli dormire illi q non dormiuit
ipse tibi. Inspice mentis oculo cōpassiuo quā/
ta pro te passus est a die natiuitatis sue vsqȝ ad
horā presentem: et nunc vigilans et orās frequē
ter patri seipium offert: morteȝ acerbissimā ho
die fore passurum. Et quia homo est cogitat in
seipso et sibiipsi loquitur. Heu me filiū matris
mee hinc ad modicū captus ero: ligatus: flagel
latus: delusus: spinis coronatus: et inter duos
latrones i cruce cōfix⁹. Faciā oīa libēter vt obe
diā prī meo: et redimā hūanū gen⁹. Sȝ heu me
quāta sustinebo tormēta. o quāta ē tristicia mea

⁊ amaritudo cordis mei. Cōpatere illi anima
dura: ⁊ collige in corde tuo guttulas illas san/
guinis quas sudando pro te sudit in terram.
Q̄ð in cōprehensiōe vehemēter doluit pro
pter Jude dānationem: ꝑpter suam ligationē
⁊ propter discipulorum turbationem.

Primi articuli dolor secūdus.

ſ Ecūdus dolor quem christus pro no
bis sustinuit dicit̄ comprehension̄is:
quando. s. ministri iudeoꝝ comprehē
derunt eum: ⁊ velut mancipiū vilissimum liga
uerunt. Fuit aūt tunc vehemēs dolor eius ꝑ
pter tria. Primo propter Jude damnationē
Secūdo propter suā ligationem. Tertio prop
ter discipulorū turbationem. Primo fuit ve
hemens dolor christi ꝑpter Jude damnatio/
nem. Ipse nāq; turbam duxit ad locū in quo
christus orauerat: postq̄ erat cū discipulis su
is. Sciebat enim ipse locū illum: quia frequen
ter conuenerat illuc cum discipulis suis. Dede
rat autem signū his qui christum comprehēsu/
ri erant. d. Quēcūq; osculatus fuero ipse est:
tenete eū. Hoc autē signum fm glo. dedit eis
ne loco christi caperent Jacobum minorem: q
erat simil' xp̄o in facie. Accedēs ergo Judas
ad xp̄m osculat' est eum: ⁊ dixit. Aue rabbi.
Cui iesus. Amice inq̄d ad q̄d venisti: quasi di
cat fm aliquos. Tu ostēdis amiciciam signo:
⁊ ꝑditionem agis de facto. Vel melius fm
alios. O iuda amice mi quē ego dilexi: quē ad
apl'atum vocaui: cui familiarem me dedi: cuius
pedes in cena laui: cui nūquam displicui: oscu/
lo me tradis. Cur ista contra me facis. O ami
ce mi Juda: cui si ad penitentiam redire volue
ris: veniam sum prestare paratus. Cur me dere
linqs: Cur a tuo proposito malo animū tuum
non reuocas. Amice mi si adhuc me amicum
habere volueris: licet me tradas in manus ini
micorū meorū: reuertere tamen ad me ⁊ ego sus
cipiā te. O vere benignissimū ⁊ mā suetissimū
dn̄m: qui lʒ doleret de iniuria quā sibi Judas in
ferebat: magis tam̄ ac magis affligebat de dā/
natione eius. Nā lʒ xp̄s qui videbat oia dolo/
re non modico afficeret quādo Judas cōcepit
sio illū vendere: qn̄ Judas ad principes sacer/
dotū accessit: ⁊. 30. argēteos i manu recepit: qn̄
a cena exiuit: ⁊ ad colligendū cohortem ⁊ mini
stros sollicitus ꝑperauit: insuper suo fetido ore
ausus ē ꝑditorie osculari faciem iesu decoram:
⁊ os eius preciosissimū: plus tn̄ angustiabatur
cū videbat Judā ꝑpter suam obstinationē fore
damnandū. Sed hic dubitat vtꝝ si Judas nō
tradidisset xp̄m ⁊ iudei non crucifixissent eū
fuisse. humanū gen' redēptū. Et r̄ndet Alex. i
. 3. volumine sūme q̄ sic: q: in tali casu sola vo
luntas patiēdi sufficeisset ad redēptionē siue ad
liberationem: iō non excusat̄ Judas a peccato:
neq; iudei. Et si dicatur Ro. 8. Proprio filio
suo nō pepercit deus sed ꝑ nobis omnib' tra/
didit illum. Et Esa. 53. Tradidit in mortē ani
mam suam: ergo sicut pr̄ ⁊ filius nō peccauerit
a simili nō peccauit Judas neq; iudei. R̄ndʒ
Tho. 3. pte. q. 47. q̄ eadē actio diuersimode
iudicat̄ in bono vel in malo fm q̄ ex diuersa ra
dice ꝑcedit. Pater enī tradidit xp̄m passioni
ex charitate: qð intelligi pōt vno quidē mō fm
q̄ sua eterna voluntate p̄ordinauit passionem
xp̄i ad humani generis liberationem. fm illud
Esa. 53. Dn̄s posuit in eo iniqtatem oium no
strum. Secūdo non ꝑtegendo eū a passione:
sed exponēdo ꝑsequētibus vt Aug. dicit. Ipse
xp̄o filius tradidit seipsum passioni ꝑpter hu/
militatem: ⁊ ex obedientia factus ꝑ nobis obe/
diens vsq; ad mortē. vt dicit Phi. 2. Judas
cooꝑat' ē passiōi xp̄i ex cupiditate ⁊ iniquitate
Pilatus ex humano timore. Et ꝑ̄ct ex liuor̄
⁊ inuidia: ideo ij si vitupātur: ⁊ potissimū igra
tissimus Judas: de quo sic exclamat Bern̄.
O Juda mercator pessime. o ꝑditor auarissi
me: cur nō petiuisti a matre triginta illos argēte
os. Et q: paupcula erat aut mēdicasset aut scip
sam penitus vendidisset: dedissetq; tibi preciū
ne filium suū ꝑderes inocētem. 2° fuit vehe
mens dolor xp̄i ꝑpter suam comprehensionē
⁊ ligationem. qn̄. s. a ministris illis ligatus fuit
Ad qð plenius itelligendū querēdum pri' no
bis est. vtrū ipse filius dei benedicti volēs pas/
sionē sustinuit. Et respondeo q̄ sic: quod patʒ
tripliciter. Primo ex scripture cōfirmatione.
Vnde Esa. 53. dicit̄. Oblatus ē q: ipse voluit
2° ex p̄nunciatione. Prenūciauit quidē passio
nem suā qn̄ dixit Math. 16. q̄ oporteret ire hie/
rosolymam ⁊ multa pati a senioribus ⁊ scribis
⁊ principibus sacerdotū: ⁊ tertia die resurgere
Et Math. 17. c. qn̄ post transfigurationē pre/
cepit discipulis suis. d. Nemini dixeritis visio
nem donec filius hominis a mortuis resurgat
Et iteꝝ Math. 20. qn̄ assumpsit duodecim di/
scipulos suos secreto: ⁊ ait illis. Ecce ascendi/
mus Hierosolymā ⁊ filius hois tradet̄ princi
pibus sacerdotū ⁊ scribis: ⁊ cōdēnabūt eū mor
te: ⁊ tradent eum gētibus ad illudendum ⁊ fla
gellandum

gellandū τ crucifigendū. 3ᵉ patet ꝙ volūtarie
xp̄s se obtulit passioni ex tacti ꝓbatione. Nam
iudeos τ eos qui cum ipsis erant solo vbo vir
tute sua in terram ꝓstrauit. Quippe cū inter/
rogasset eos quem q̄ritis. Illiq; r̄ndisset. Je/
sum Nazarenum. vt eis dixit. Ego sum: abie
runt retrorsum τ ceciderūt in terrā: vt sic decla
rarent virtus diuinitatis eius. Ob qđ Aug. su
per Joā. inqt. Vbi nūc militum cohors. Vbi
terror τ murmur armoꝝ. Vna vox turbam o
diis ferocem: armisq; terribilē: sine telo vllo p
cussit repulit: strauit. Deus enim latebat i car/
ne τ sempiternus dies ita mēbris occultabatur
humanis vt laternis τ facibus quererēt i tene/
bris. hec ille. Ex̄ Criso. sequitur. Demum ne
quis dicat q̄m ipse iudeos ad hoc idurit vt ip̄z
occiderent: seipsum in manibus eorum tradēs
manifeste ostēdit eis oia que sufficiebāt eos re
uocare. Sed q̄ pmanebāt in malicia τ nullaz
habebant excusationem: tunc seipsum in mani
bus eorum tradidit: ideo iterū interrogauit eos
postq̄ a terra surrexerunt. Et illi responderūt
sicut prius. Quibus ipse dixit: dixi vobis quia
ego sum: si ergo me queritis sinite hos abire.
Tunc Symon petrus gladio pcussit Malcū
seruum pontificis: absciditq; auriculam eius
dexterā. Si quis autem quereret vnde gladius
erat Petro. Criso. dicit ꝙ audiens iudeos cō
tra xp̄m conspirasse armauerat se. Theophilus
vo ait ꝙ habuerat ipsum i cena pro vsu agni.
Sed xp̄s auricula illius sanata: vt Lucas re/
fert. Petrum charitatiue redarguit dicēs: mit
te gladium tuum in vaginam. An putas quia
non possum rogare patrem meū: τ exhibebit
mihi modo plus q̄ .12. legiōes angelorū. Vbi
Piero. Quasi dicat. Nō idigeo .12. apostolo
rum auxilio: ēt si omnes me defenderēt: q pos
sum habere .12. legiones angelici exercit⁹. Vn̄
legio apud veteres sex milibus hominū cōple/
batur. De .12. legionibus .62. milia angeloruz
fiūt: in quot genus hominū lingua diuisa est. h
ille. Subdit xp̄s q̄ō ergo implebunt scriptu
re ꝓphetarū. Calicē quem dedit mihi pater nō
vis vt bibam illum. Deinde dixit turbis Tan
q̄ ad latronē existis cū gladiis τ fustib⁹ cōpre
hendere me. Quotidie apud vos erā docens
i templo: τ nō me tenuistis. Sed hec ē hora ve
stra τ ptās tenebrarū: hora vestra dicit. s. vo/
bis cōcessa ad me comprehēdendū: τ ptās tene
brarū: q̄ diabolus tenebrarū princeps eos ad
hoc incitabat. Tunc illi cōprehenderūt iesuz τ

ligauerunt eū. O flebile spectaculū. o dolenduz
malū. o lachrymabile factum videre illos i xp̄z
seuientes. Nam vt pie possumus contēplari ir
ruerūt in eum frementes τ rugientes leonum
more. Alii cederūt eum p capillos suos τ violē
ter i terram ꝓiecerunt. Alii gratiosas manus
suas capientes retro verterunt. Alii funib⁹ du
ris illas ligauerūt. Alii cathenā collo eius ipo
suerūt. Alii contumeliosis vbis iniuriabant si
bi. Alii deniq; pugnis τ pomis suorum ensiū
pcusserunt eū. Quid vides a aia mea. Quid
audis. Quid loquor: de quo dicimus ꝙ tanta
patiebat ꝙ ligatus erat: τ tā viliter oppressus
τ fatigatus: nōne ipse est iesus dei τ virginis fi
lius. Nonne rex hominuz τ angelorū. Nōne
creator: gubernator: redemptor: glorificator: τ
benefactor tuus. Cur igit non ploras. cur non
clamas ad sidera. O iesu mi salus anime mee:
amice ꝓpter me miseram peccatricem tam di/
re vinctus es τ cathenat⁹. Emolli cor tuum ad
pietatem τ cōmiserationem: τ sequere illū me/
ditatione deuota quocunq; de cetero perget.
¶Tertio fuit vehemēs dolor christi ꝓpter disci
pulorū turbationem. Discipuli etenim talia q̄
i xp̄z fiebāt ꝯspiciebāt: τ ex h⁰ territi fugiert co
relicto: τ hoc p̄dixit Zacharias propheta .13. c.
Percutiam pastorem τ dispergent oues gre/
gis. Sed h̄ incidit questio. Vtrū ꝓphete p̄di/
xerunt mortem xp̄i τ passionem. Et r̄ndeo ꝙ
sic. Nam Lactantius. li. 4. inducit verba Si
bylle. d. Et in manus impias infidelium po/
stea veniet: dabunt aurē deo alapas incestis ma
nib⁹: τ impurato ore expuent venenatos spu/
tos. Dabit vero ad vbera simpliciter sanctum
dorsum: τ colaphos accipiens tacebit: ne quis
agnoscat ꝙ vbuz sit. vel vnde veniat: vt infe
ris loquat: τ corona spinea coronet. Ipsa eniz
insipiens gens deum tuum nō cognouisti: sed
spinis eū coronasti: τ horridū illi fel miscuisti.
hec ibi. Sz expresse adhuc sancti prophete pas
sionem xp̄i multipliciter prenūciauerūt. Dicit
nāq; Esa. 5. c. Incuruabit hō τ humiliabitur
vir. Glo. Rabbi Salomon dicit. Inclinabit
homo τ humiliabit altus vel robustus virorū
Et idem exponens illud Deute. 32. Deum q
te genuit dereliq̄sti. dicit in hebreo. Thessi. i.
debilitas τ obliuisceris deū: Meholelecha. Mole
lecha. i. vulneratū vel occisum tuū vel afflictū.
Et Tren. i. c. Hieremi. dixit. Plorans plo/
rauit in nocte τ lachryme illius in maxillis ei⁹.
Glo. Rabbi Moysi habet. Plorans erit. s.

ipsa Hierusalem: ⁊ plorare facit deum sanctū
Et Treñ. 3. Hieremias iquit. Dabit percutien
ti se maxillam saturabitur opprobriis. Quib⁹
v̄bis consonat dictū Michee. 5. c. In virga i
cutiēt percutient maxillam iudicis isr̄l. i. xp̄i. Na3
Esa. 33. dicit. Adonai iudex noster. Adonai
datoꝛ noster. Adonai rex noster. ip̄e aūt salua
bit nos. Et Esa. 53. c. de ipso passuro ita locut⁹
est. Dñe qs credidit auditui nostro. i. passiōis
xp̄i mysterio: qđ ego ⁊ ꝓphete audiuim⁹ a spū
sancto. Et brachiū dñi cui reuelatum est: quasi
dicat. paucis. Et ascendet sicut virgultū coram
eo. s. xp̄s. coram deo patre: ⁊ sicut radix. s. sur/
sum fructificans de terra sitienti. i. de virgine ñ
humectata vel fecundata humano semine. Et
non est ei spēs neq3 decoꝛ. s. i passione: ⁊ vidi
mus eū: ⁊ non erat aspectus ⁊ desiderauimus
eum despectū ⁊ nouissimū viroꝝ: virū doloꝝ
⁊ scientem infirmitatem ⁊ quasi absc̄ōditus vul
tus eius: ⁊ despectus. s. p̄ verecūdia. vnde nec
reputauimus eū. Vere lāguoꝛes nostros ipse
tulit ⁊ doloꝛes nostros ipse portauit: ⁊ nos re
putauimus eū quasi leprosū3 ⁊ percussum a deo
⁊ humiliatum. Ipse autem vulneratus est pro
pter iniquitates nostras: ⁊ attritus ē ꝓpter scelera
nostra. Disciplia pacis nostre super eum ⁊ li/
uoꝛe eius sanati sumus. Omnes nos quasi
oues errauimus. vnusquisq3 i viam suam de/
clinauit: ⁊ dominus posuit in eo iniquitatē oi/
um nostrū. hec ille. Qđ autem predicta ꝓphia
ad literā intelligaꝛ de i p̄o patet p̄ rabbi Moy
sen qui hoc tenet vt dicit Nico. de lira. De tri/
bulatione ēt xp̄i exponūt doc. iudei illud Esa.
xi. Timoris dñi: quod sequiꝛ ad illa verba. Re
quiescet super eum spūs timoris dñi. ⁊c. Nam i
li. Sanhedrin ip̄hec. i. disti. helecq taliꝛ scriptū
est. Vaharibo. i. ⁊ molestabit eum i timoꝛe do
min⁹. Ibi dicit rabbi Alexandri docet ꝙ ho/
noraret eū dñs p̄cepto tribulationū ⁊ tormēto
rum. Et dauid i psal. 21. q de xp̄o s̄m Nico. d̄
lira itelligiꝛ i p̄sona xp̄i ita dicit. De⁹ de⁹ meus
. i. pater rōne diuinitatis ⁊ rōne humanitatis.
respice i me. s. positū3 i afflictione. quare me d̄
reliq̄sti. s. in manib⁹ iudeoꝝ. lōge a salute mea
. s. corpali. verba derelictoꝝ meoꝝ. i. populi q̄
ita fecit sustinēdo pro eis penam. Deus me⁹
clamabo p̄ diem. s. circa horam nonā: ⁊ non ex
audies: qꝛ oratio illa ꝓcedebat vt dictū est quā
tum ad suā materiam a voluntate sensualitatis
⁊ non ad isipientiam mihi. s. hoc contigit ꝙ nō
sum exauditus: imo magna fuit sapiē hic redi/
mere genus humanum. Tu aūt in sancto habi
tas. i. omnia sancte facis. In tē sperauerūt pa/
tres nostri: ⁊ liberasti eos. s. de seruitute egypti
⁊ captiuitate Babylonis. Que liberatōes fue
runt q̄dam figure liberatōis hominum ꝓpter
mortem meā facte. Ego aūt sum vermis. i. vi
sus abhominabilis: ⁊ non hō. s. non viens rōe
quantū ad opinionem iudeorum q dicebant eum
demoniacū: opprobrium hominum. s. maioꝝ
⁊ phariseoꝝ: ⁊ abiectio plebis. s. populi cōis.
Oēs videntes me deriserunt me: locuti sunt la
bijs: ⁊ mouerūt caput. s. dicentes. Sperauit in
dño eripiat eū: saluum faciat eū qm̄ vult eum.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. s.
sup naturam fecisti me nasci de virgine. Spes
mea: qꝛ i xp̄o fuit spes future glorie quo ad cor
pus. In te ꝓiectus sum ex vtero. i. ubi in sup/
posito verbi vnitus a cōceptionis principio. d̄
ventre matris mee deus meus es tu. i. deum
meū te cognoui: qꝛ aīa xp̄i ab instanti cōceptio
nis fuit repleta virtutib⁹. Ne discesseris a me
qm̄ tribulatio ꝓxima ē: ⁊ non est qui adiuuet.
Circūdederunt me vituli multi: tauri pingues
. s. iudei petulantes ⁊ auari obsederūt me. Ape
ruerunt super me os suū: sicut leo rapiēs ⁊ ru
giens. Sicut aqua effusus sum: ⁊ dispsa sunt
omnia ossa mea. i. discipuli. Factum ē coꝛ me
um tanq̄3 cera liquescens in medio vētris mei
Aruit tanquā testa virtus mea: ⁊ lingua mea
adhesit faucibus meis: ⁊ in puluerem mortis
deduxisti me. Quoniam circumdederunt me ca/
nes multi: cōsilium malignantium obsedit me
Foderūt manus meas ⁊ pedes meos: dinu/
merauerūt oia ossa mea. Ip̄i vero cōsiderauē
runt me ⁊ isp̄exerūt me: ⁊ diuiserūt sibi vestimē
ta mea: ⁊ super vestē meam miserūt sorte3. Et
iterum p̄s. 2. quē apostoli Act. 4. c. de xp̄o in/
telligendū testati sunt: de eius passione ita inq̄t
Quare fremuerunt gētes ⁊ populi meditati sūt
inania. Astiterunt reges terre. i. Herodes: q
vocabaꝛ rex Galilee Marci. 6. ⁊ Math. 14.
Et Pontius Pilatus q tenebat ꝓ tunc locū
iperatoris. Vnde Cēturio sub eo cōstitut⁹ vo
caꝛ regulus Jo. 4. Et principes cōuenerūt in
vnum aduersus dñm ⁊ aduersus xp̄m eius.
Ad hoc ēt est ꝓphia illa Zach. 12. dicens. Vi/
debunt in quē trāsfixerunt. Sunt ⁊ alie ples d̄
xp̄i passione ꝓphie: quas omittimus breuita/
tis cā: ⁊ ad discipulos reuertimur in captione
xp̄i perterritos ⁊ fugientes. Neq3 credēdū ē id
fuisse sine angustia cordis magistri sui ēt ⁊ sine
fletu

fletu ac planctu ipsorū. Puto etenim q̄ postq̄z viderunt turbā xp̄m ligantem ab illo aliquātulum elongati fugiendo cū eiulatu ꝛ suspiriis dicebant. O magister clementissime oi melle suavior: quō videmus i te seuire maliciā iudeorū: heu ꝛ nos miseri quid faciemus tam gratiosum patrē amittentes. Reliquimus oia vt sequeremur te: ꝛ nunc certificati sumus q̄ p̄ntia tua priuabimur: qm̄ occident te phei. His ꝛ similib⁹ querelationibus discipuli mesti, magistrū solū in p̄sequentium manibus ac crudelissime eum tractantium dereliquerunt.

Qđ xp̄s vehementer doluit in deductione ꝑpter discipuli negationē: ꝑpter Anne interrogationem: ꝛ ꝑpter alape ꝑcussionem.

Primi articuli dolor tertius.

Tertius dolor quē xp̄s pro nobis peccatoribus supportauit dr̄ deductionis qn̄ vt habet Jo. 18. vinctus ductus ē ad Annam primū. i. primo. cuius cā subditur Erat eni socer Caiphe: ꝛ q2 eundo ad domum Caiphe hēbant transire ante domū istius Anne: ideo intrauerunt domū eius ob ipsius reuerētiam. Beda vero dicit: q2 forte diuinitus factū est: vt qui erant affines sanguine sociarent in scelere. Tunc aūt fuit vehemens dolor xp̄i. ꝑpter tria. Primo ꝑpter negationē. Secundo ꝑpter iterrogationem. Tertio ꝑpter ꝑcussionez. Primo fuit vehemēs dolor ille ꝑpter negationem qn̄ a discipulo negatus fuit. Vt etiā inqt Joānes sequebatur iesum Simon petrus ꝛ alius discipulus. i. Joānes s3 Aug. Discipulus aūt ille erat notus pontifici: ꝛ introiuit cum iesu in atriū pontificis. Petrus autē stabat ante hostium foris: quē Joānes introduxit. Cui ancilla hostiaria dixit. Nūqd ꝛ tu ex discipulis es hominis istius. Dicit ille. Non sū. Erat aūt Simon Petrus stās: ꝛ calefaciens se ꝛ ibi secūdo ministris dixit. Non sū. Et tertio rn̄dit cognato illius: cuius abscidit auriculam dicēti. Nōne ego te vidi in horto cum illo Sed dubitat̄ hic de hac negatiōe Petri. eo q̄ videt̄ diuersimode ab euāgelistis narrari. Nā Mattheus dicit secūdā negationē factā ad vocem ancille. Et Joānes dicit ad vocem ministrorū ad ignem stantiū. Siliter Matthe⁹ dicit tertiam negationem factā ad vocem illorum q̄ astabāt: ꝛ Joānes ad vocē cognati illius: cuius Petrus abscidit auriculam. Rn̄det Nico. de lira sequēdo Aug. de consensu euangelistarū: q̄ principalis intentio euangelistarum erat exprimere tertiā Petri negationē: ꝛ in h̄ omnes conueniunt. De personis autem accusantibus siue de negationis loco non erat pricipalis intentio: ꝛ probabile est q̄ multi ad verba Petri circa eum ꝛ consimilia verba dicebant: improperando ei magistrum suum: ꝛ iō vnus euangelistarum exprimit vnam personam accusantem: ꝛ alius aliam. vnde scd̄m veritatem historie prima negatio fuit facta ad hostiarie vocem principaliter. Secunda ad vocez illorum qui stabant ad ignem: fuerunt tamen excitati ab alia ancilla: ꝛ tertia facta est multis eum accusantibus: inter quos principalis erat cognatus illius cuius Petrus absciderat auriculam. De hac autez negatione Petri Crisosto. in sermone ita ait. Idcirco autem diuine prouidentie secretum permisit: vt primus ipse laberet̄ Petrus: quo erga peccantes duriorem sententiam proprij casus intuitu temperaret. Petrus enim orbis terrarum doctor ꝛ magister peccauit: ꝛ veniam impetrauit: vt hec indulgentie norma ꝛ regula iudicantibus preberetur. Idcirco non angelis arbitror commissam sacerdotii potestatem: ne cum ipsi minime peccarent: in peccatoribus sine misericordia iudicarent: homo passibilis supra homines ordinatur: vt dum ipse in aliis suas recolit passiones: mitem apud eos se prebeat ꝛ benignum. hec ille. Secundum autem Nico. de lira: quidam voluerunt tenere q̄ Petrus non negauit christum ex timore mortis: sed ex amore nolens ab eo separari. Sciebat enim q̄ si dixisset se esse discipulum christi statim fuisset eiectus ꝛ separatus ab eo. Sed hoc patet esse falsum propter verbum christi: qui predicens Petro q̄ eum esset negaturus: ꝛ videns q̄ esset de se multum presumens subdidit. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma Et q̄ negatio sua ex timore ꝑuenerit testatur Rabanus. qui ait. Palam corā omnibus negauit. q̄ se manifestari expauit. Et de hoc Leo papa sic dicit. Ob hoc autem hesitare permissus est: vt in ecclesie principe remedium penitentie reconderetur: ꝛ nemo auderet de sua virtute cōfidere. Et Hiero. sic refert. Scio quosdam pio affectu erga ap̄lm Petrū locū hūc ita interpretatos: vt dicerent Petrum hominem

negasse nō deū: ⁊ esse sensum. Nescio hoīem quia scio deū: hoc q̄z friuolū sit prudēs lector intelligit. Si enī iste nō negauit: ergo mētitus ē dominus: qui dixerat. Ter me negabis. Et uerum Leo papa in quodā sermone sic loquitur. Felices. o apostole sancte lachrymę tue: q ad diluendā culpā negatōis virtutē sacri habuere baptismatis. Affuit enim dextera dn̄i iesu xp̄i q̄ labentē te priusq̄z deijcereris exciperet: ⁊ firmitatē stādi in ipso cadente periculo recepisti. Cito itaq̄z ad soliditatē redijt petra tādē recipiens fortitudinē: vt qui tūc in christi expauerat passione: in suo post supplicio nō timeret. Et grego. in. 3. moral. ita scribit. Ideo intus ⁊ charitatis calore Petrus torpuerat: ⁊ ad amorē p̄sentis vite quasi ad persecutorū prunas infirmitate estuāte recalebat. Ex qbus cōstat q̄ Petrus ex timore magistrū negauit: quē tamē ipse prespexit: penitētēq̄z misericorditer ad se recepit

Secūdo fuit vehemēs dolor christi ꝓpter interrogationē. Interrogabat nāq̄z eū pontifex Anna de discipulis suis: ⁊ de doctrina ei⁹. Secundū Criso. interrogabat eū velut seductorem nouez rerum factorē redarguere volens. Sz hic dubiū oritur: vtrū iste Anna ⁊ ceteri ꝑsecutores christi cognouerūt eū. Et q̄ nō, ꝓbari posset ex v̄bo apostoli. 1. Cor. 2. c. dicentis. Si cognouissent nūq̄z dominū glorie crucifixissent. Et de hoc etiā Act. 3. c. Petr⁹ loquēs iudeis dixit. Scio q̄ ꝑ ignorantiā fecistis: sicut ⁊ principes nostri. Verūtamē Tho. 3. parte. q. 47. ⁊ Ric. in. 3. dicunt q̄ iudei nō cognouerūt xp̄m propter ignorātiā crassam ⁊ affectatā: quoniā euidētia signa habebant aduentus eius: ⁊ videbant miracula q̄ fiebāt ꝑ ipsum: sed ꝓpter odiū ⁊ inuidiā noluerūt eū recipere. Ideo. Joh. 5. christus dixit. Si non venissem ⁊ eis locutus nō fuissem peccatū nō haberent. Tertio fuit vehemens dolor christi propter percussionem Narrat enim euāgelista q̄ pharisco respondit. Ego semꝑ docui in synagoga ⁊ in templo quo omnes iudei cōueniūt: ⁊ in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas. Interroga eos q me audierunt quid locutus sum ipsis Ecce hi sciunt que dixerim ego. Hoc autē cū dixisset vnus assistens ministrorū dedit alapā iesu dicens. Sic respondes pontifici. O admiranda patientia mansuetissimi iesu: percussus in faciē ictu graui: manu furibunda: adeo vt secundū quosdā dentes oris eius remouerentur: ⁊ os sanguinem expueret: nihil tamē cōtumeliose locutus est illi: sed sic magis innocētiam suam defendit dicens. Si male locutus sum testimoniū perhibe de malo: si autem bene cur me cedis. Vbi Augusti. ait. Quid ista responsione verius: māsuetius: iustius. Sed hic dubitatur an christus sic respondēdo bene fecerit: cū ipse dixerit Math. 5. Si quis te ꝑcusserit in maxillā dexterā prebe ei ⁊ alterā. Ipse autem hoc nō fecit: sed magis percutientē se correxit. Ad quod respondet Augu. q̄ illud preceptum nō datur absolute: sed magis secūdū preparationē animi quia homo debet habere animū preparatū ad hoc faciendū vbi videret hoc expedire ad honorem dei ⁊ vtilitatem ecclesie: alias autē nō: immo aliquando expedit iniuriātibus respondere ad ipsorum ⁊ aliorū instructionē: sicut fecit hic christus: qui licet ita responderit: tamen nō solū alterā maxillam dexter percussuro: sed totū corpus figendū parauit in crucis ligno.

Quod christus vehementer doluit in contradictione propter falsam testificationē: propter publicam criminationē: ⁊ propter sibi factam derisionem.

Primi articuli dolor quartus.

Quartus dolor quem christus sustinuit in passione pro nobis dicit cōtradictionis: quādo a domo Anne ligatus missus est ad domū Caiphe pontificis: in qua vehementer doluit ꝓpter tria. Primo ꝓpter falsam testificationē. Secundo ꝓpter publicam criminationē. Tertio propter derisionem.

Primo fuit vehemens dolor christi ꝓpter falsam testificationē. Vt enim dicit Mattheus Principes sacerdotū: ⁊ omne conciliū querebant falsum testimoniū cōtra iesum: vt eū morti traderent: ⁊ nō inuenerūt: cū multi falsi testes accessissent. Refert enim Nicodem⁹ in euāgelio suo q̄ cū multi surrexissent aliquis eorū dicebat. ego vidi christū miracula facientē. Alter asserebat. Et ego vidi eū: ⁊ audiui verba veritatis predicātem: ⁊ similia. Pleriq̄z locuti sunt spiritu sancto monente linguā eorū cōtra voluntatem suā. Nouissime autē venerūt ⁊ duo falsi testes: ⁊ dixerūt. Hic dixit possū destruere templū dei: ⁊ post triduum reedificare illud. Sed hic oritur questio quomodo isti dicuntur falsi testes: quādo Joh. 2. christ⁹ dixerat. Soluite templū hoc ⁊ in trib⁹ diebus excitabo illud Ad quod respondet Hierony. super Math. quē sequitur Nicolaus de lira q̄ illa verba que dixit christus intelliguntur de templo corporis sui

ris sui: vt ibidē dicit᷑. Et hoc sonant v̄ba ibi/
dē posita que christus dixit nō p̄cipiendo sed
predicendo eis qd essent facturi. Unde sensus
ē. soluite. i. solvetis templū hoc. s. corpus meū
per mortē: ꝛ in tribus diebus excitabo illud p
resurrectionē: ꝛ nō dixit nā dixit vel possuz de
struere. Inquit ergo Hieronymus. Falsus
testis est qui nō eodē sensu dicta intelligit quo
dicunt᷑. Possent etiā dici p̄dicti falsi testes ex
falsa intentione: q꞉ intendebant procurare mor
tem innocentis. Secundo fuit vehemens do/
lor christi ꝓpter publicā criminationē. Nā cū
taceret ꝛ nihil responderet ad ea que sibi obij/
ciebant᷑: quasi responsione indigna: princeps
sacerdotū qui ex impatientia de tribunali surre
xerat ait illi. Adiuro te p deū viuū: vt dicas no
bis si tu es christus filius dei. Dicit ei iesus.
Tu dixisti. Ad qđ r̄ndet ꝓpter reuerentiā di/
uini nominis inuocati. Et subdidit. Verita/
men dico vobis: āmodo videbitis filiū homi/
nis sedentē a dextris dei ꝛ venientē in nubib᷒
celi. Tūc p̄nceps sacerdotū scidit vestimēta sua
dicens. Blasphemauit: qd adhuc egemus te/
stibus. Audistis blasphemiā. Quid vobis vi
det᷑. Ubi Hieronym᷒ ait. Pontificē quē de
solio sacerdotali furor excusserat eadem rabies
ad scindēdas vestes ꝓuocat. Et Criso. i omel.
inquit. Hoc fecit vt accusationē redderet gra
uiorē: ꝛ quod verbis dicebat: factis extolleret
Qui aūt erāt cum pontifice fremētes dixerunt
Reus est mortis. Ubi Origenes ait. Quā/
tum putas fuit erroris ipsam principalē oium
vitā ream mortis pronūciare: ꝛ p tantoꝝ resur
gētiū testimonia nō respicere fontē vite: de quo
in omnes viuētes vita fluebat. hec ille. Quā/
uis vero falso illi violēta morte dignū acclamas
sent xp̄m: tamē dubium hic incidit: vtrū i ipso
necessitas fuit ad moriēdū morte naturali. Et
respondet Ric. i. 3. di. 16. q̄ in ipso fuit necessi
tas moriendi q̄ꝫtum ad humanā naturaꝫ: q̄ ne
cessitas nō fuit contracta nec propter peccatuꝫ
debita: sed fuit volūtarie assumpta. Volūtarie
enim filius dei talem assumpsit naturam huma
nam: q̄ nisi eam miraculose cōseruaret: neces/
sarium erat q̄ corpus eius resolubile ꝛ mortale
senio defecisset: q̄uis valde diu durasset pro/
pter excellētissimā cōplexionē. Fuit ergo i eo
necessitas moriēdi ratione nature assumpte re
licte suo regimini naturali: nō tamē fuit necessa
rium illum mori morte qua mortuus est: nisi p
comparationē ad diuinā p̄ordinationem. Sed

adhuc nōnulli dubitant vtrum necessitas mo/
riendi in christo subiecta fuerit eius volūtati hu
mane. Et quidem tenēt q̄ sic. Primo quia se
cundū Ansel. in. li. cur deus homo. Sapiētie
ꝛ iusticie dei repugnat cogere mortē pati sine
culpa illum quem iustum ad eternam fecit beati
tudinem: sed homo christus nūq̄ꝫ habuit culpā
ꝛ fuit factus iustus ad eternam beatitudinem:
ergo repugnasset sapientie ꝛ iusticie dei q̄ xp̄s
mortē sustinuisset si noluisset. Alij vero cōtra
riuꝫ asserunt: quoniā mori ex cōditione nature
ꝛ posse mori nūq̄ꝫ aliq̄ creata virtute repugna
re videret᷑: sꝫ i xp̄o fuit necessitas moriēdi ex cō
ditiōe nature: ergo cuꝫ volūtas hūana sit creata
nō potuit illa voluntate fieri imortalis. Rn̄det
Ric. ad istam questionem: q̄ vt tactū ē aliqui
dicunt q̄ necessitas moriendi in xp̄o subiecta
fuit voluntati humane. Dicūt eni q̄ p cōparatio
nem ad necessitatē moriēdi xp̄s inquātū homo
tenuit mediū inter statū innocētie ꝛ nature lap
se. In primo eni statu nec natura nec volun/
tas suberat necessitati moriēdi: sed in nobis tā
natura q̄ꝫ voluntas subsunt necessitati morien
di: nō sic intelligendo q̄ necessariū sit volūnta
tem mori: sed q꞉ corpus a morte preseruari nō
pōt. In natura āt humana xp̄i natura suberat
necessitati moriēdi: sed volūtas preerat: ita q̄ nō
potuisset mori nisi voluisset. Cui opinioni vi
det᷑ cōcordari Dama. li. 3. c. 19. dicens, q̄ nō p̄
cedebant in dn̄o voluntatem naturalia. Nihil
enim coactum in ipso considerat᷑: sed omnia vo
luntaria. Alij autem dicunt ꝯtriuꝫ: q꞉ ille solus
potest mutare cursum ꝛ legē nature: q naturā
instituit ꝛ ordinauit: cū ergo in natura huma/
na xp̄i fuit necessitas moriēdi ex cōditione na
ture: ergo per aliquam voluntatē creatā tanq̄ꝫ
per cām efficiētē nō potuisset preseruari a mor
te: si tamē ex deliberatione mori noluisset: di/
uina volūtas eum a morte preseruasset. Huic
opinioni scđe magis q̄ꝫ prime Ric. inherere vi
detur: licet vtraq̄ꝫ sit substētabilis. Nihilomi/
nus propter dicta alia suborit᷑ questio, vtrum
xp̄s per volūtatem separauerit miraculose aiam
suam a suo corpore: an vero fuerit sepata vi af
flictionū ei illatarum. Et r̄ndet Ric. q̄ christ᷒
mortuus fuit p violētiam afflictionuꝫ ei illata
rum: cōcurrēte vehemētia doloris compassiōis
q̄ mortē accelarauit. Unde ꝛ Petrus Actuū
2. dixit iudeis de christo: hūc per manus iniq̄
rum affligētes interemistis. Et. c. 3. Auctorem
vero vite interfecistis. Et si argueret᷑ ex dcō An

gu.li.4. de trini. c.3. vbi ait. Longa morte cru
ciabanť ligno suspẽsi. Unde latronibus vt iã
morerent: ⁊ de ligno tam ante sabbatum depo
nerẽtur crura cõfracta sunt: christus autem qꝛ
mortuus inuẽtus est miraculo fuit: ergo si fuit
mortuus miraculo nõ per violentiam mortu⁹
est afflictionũ illatarum. Rñdet Ricar. qꝫ ibi
Aug. accipit miraculum pro mirabili: qꝛ mira
batur Pilatus ⁊ sui qꝛ̃o: ita cito eẽt mortuus
eo qꝫ cãm accelerationis mortis eius non cõsi
derabant. Cuius acceleratiõis cã fuit vehemẽ
tia doloris cõpassionis: ⁊ tenerrima cõplexio
quã habebat: ⁊ preterea per totam noctẽ fuerat
afflictus: ⁊ i crucifigẽdo eũ crucifigẽtes graui⁹
extenderunt mẽbra eius qꝫ illoꝝ q crucifixi fue
runt cũ eo: qꝛ plus eũ odiebãt. Fuit tñ aliquo
modo mors illa miraculosa: qꝛ nisi dispensati/
ue diuina potẽtia ꝓhibuisset beatitudinẽ ani/
me xpi in suũ corpus redundare: corp⁹ xpi nul
la interueniente morte glorificatũ fuisset. Qḋ
si fuisset factũ nulla virtute creata potuisset illa
aĩa a corpore suo separari. hec Ric. Ex qbus
omnib⁹ colligimus dñm nostrũ iesuꝫ xp̃m pro
charitate sua voluisse vnire anime sue corpus
passibile ⁊ mortale: vt sic ꝓ nobis peccatorib⁹
patiendo ⁊ moriendo ꝓ nostris debitis satisfa
ceret. Judei aũt criminabanť eũ fore reũ mortis
tanquã malefactorẽ seductorẽ ⁊ blasphemum.
Tertio fuit vehemens dolor xp̃i ꝓpter derisio
neꝫ: quã. s. vsqꝫ mane dimissus est in man⁹ fuo
ruꝫ vilissimoꝝ q expuerũt in faciẽ eius: ⁊ cola/
phis eũ ceciderũt. Alij aũt palmas in faciẽ ei⁹
dederũt. d. Prophetiza nobis xp̃e qs ẽ q te ꝑ
cussit. Et vt inquit Marcus velauerũt faciem
eius: ⁊ hoc fecerũt ſm aliquos: ne videntes di/
gnissimã faciẽ illã pietate vincerentur. O iesu
benedicte qꝫ dura nox hec est: in qua a princi/
pio vsqꝫ ad finẽ quietẽ nescis: sed nũc vno mo
do nũc alio corpore ⁊ animo fatigaris. O amã
tissime iuuenis qꝫtũ me peccatorẽ dilexisti: quẽ
eũ tot laboribus passionib⁹ ⁊ cruciatibus redi/
mere voluisti. O mens humana cur tam dura
es vt domino tuo cõpati negligas: q pro tua com
passione tua sputis deturpať: alapis cediť: ⁊ ab
indignissimis ꝑsonis vil ter ptractatur. Heu
me quid erat inspicere illos seuientes in eum:
alios trahentes capillos eius: nõnullos suda/
rium leuantes spuere in os eius: quosdã ipor/
tunis vocibus clamare in aures eius: hos pu
gnis ꝑcutere pectus eius: illos extensa manu
verberare collũ ei⁹. O iesu mi qꝫtũ nos dilexi/
sti. Sed nos miseri te nõ diligimus. Vince o
humanũ cor vince torporẽ tuum gen⁹ humanũ
⁊ omnẽ affectũ tuũ porrige iesu xpo. Ecce qꝫ iã
appropinquat dies: ⁊ mors de proximo ꝓ amo
re tuo sibi paratur. Sed vbi es o Maria mať.
Ubi habitas. An ignoras que circa dilectissi/
mum filiũ tuũ geruntur. Dicunt nãqꝫ qdã qꝫ
Joãnes euangelista dimisso iesu i domo Cai
phe cucurrit versus bethaniã ad domũ Mag
dalene vbi virgo remanserat quãdo christus cũ
discipulis suis venit hierusalem ad cenam fa/
ciendam: ⁊ ibi clamans ad hostium: a virgine
orante tremente ⁊ attonita auditus est. Aduo/
cauit mox Magdalenam. d. Surge filia et vi/
deamus quid nobis de filio meo significatur.
Aperta fuere hostia domus: ⁊ intrauit Joan/
nes eiulans flens ⁊ lachrymans dicẽsqꝫ: heu
me veneranda mater quã durus tibi nũci⁹ ad/
uenio: ⁊ cum pre singultibus vix loqui valeret
interrogabatur a virgine cõlachrymãte. Ubi
est filius meus. vbi ẽ iesus meus. Quid actuꝫ
est de filio. Uiuit adhuc an iudei interfecerũt.
Heu me dolentẽ nimiũ. Et Joãnes respon/
dere poterat atqꝫ dicere: nondũ mortuus ẽ: sꝫ
puto hodie morti erit tradendus. Cõprehende
runt enĩ illũ in nocte ministri iudeoꝝ ⁊ dãnẽt
eũ vinctũ in domo Caiphe: asseruntqꝫ necꝫ illi
pharisei ⁊ scribe debere morti adiudicari. O qꝫ
gelidũ tũc factũ est cor illud virgineũ: quãtoue
dolore repleta fuit anima eius. Que statim exi
uit domũ cũ Joãne ⁊ Magdalena: alijsqꝫ co/
mitantibus Hierusalẽ festina petens. Cũ aũt
intrauit ciuitateꝫ transeuntes quosdã iterroga
bat. d. illud Canticoꝝ. 3. Nũ queꝫ diligit ani/
ma mea vidistis filiũ meũ vnicũ. Et illi interro
gabant: qualis est dilectus tuus. Et illa. Dile/
ctus meus candidus ⁊ rubicũdus: filius me⁹
pulcher ⁊ decorus: sanctus: morigeratus: vir
tutibus redimitus: gratia plenus: etatis. 33. an
noꝝ: ⁊ mihi charissimus. O fili mi iesu vbi te
inueniã. Circuibo ciuitatẽ ꝑ vicos ⁊ plateas vt
te querã: vt te inueniã: vt te videã: vt cõplectar
vt alloquar priusqꝫ moriaris. Perrexit tandeꝫ
vsqꝫ ad domũ pontificis vbi multitudinẽ con/
gregatã inuenit: quã ad Pilatũ iesus xp̃s mit
tendus erat. Temptabat ad filiũ ꝓperare: ⁊ nõ
ꝑmittebať. Clamabat altisona voce. Fili mi ie
su. Jesu fili mi. Audiebat tũc forte fili⁹ lamẽtã
tem matreꝫ ⁊ adaugebať angustia mẽtis eius.
Nam quãto inter eos amor erat vehementior
tanto vtriusqꝫ dolor compassionis intensior.
Cõpatiet at

Cōpatiebat vtiq3 mater filio: cōpatiebat filius cōpassiue matri. Sed vt deuotius hāc prē extollamus. q̄rendū est vtrū virgo gloriosa magis dilexerit filiū suū q̄3 aliq̄ alia mr̄ filios suos. Ad quod ego respondeo q̄ sic. ꝛ ꝓbo hoc multiplici rōne. Primo rōne claritatis. Clare eni virgo cognoscebat ꝛ certissima erat q̄ a filio sūme diligebat: ꝛ cū firmiter crederet ip̄m esse deū in suo vtero incarnatū: sciebat illū eā diligere p̄ ceteris creaturis ꝛ humanis ꝛ angelicis: quare cor eius isl ām abat vt illum diligeret: a quo sciebat magnope se fore dilectam. Secūdo hoc ꝓbo rōne sanctitatis. Diligebat Vg filiū suū copiosissime: quē plenū sanctitate gr̄a oi3 virtute diligēdū censebat. Tertio hoc ꝓbo rōne totalitatis. Fuit eni beata Vgo ita mater xp̄i vt ab ea sola spū scō coopante corpulētā substātiam acciperet. Quare amor q debet esse patris ꝛ matris ad filium erat in virgine sola ad xp̄m ab ea genitum. Quarto hoc probo rōne diuturnitatis. Amor enim quanto diuturnior tanto vehementior. Cum ergo filium suum virgo dilexit per annos. 33. absq3 vlla perturbatione: consequens est q̄ eum diligebat in etate florenti iam constitutum vltra q̄3 dici possit. Quinto hoc probo ratione familiaritatis. Nunq̄3 eni3 inuentus est aliquis filius qui ita blande: ita reuerenter ita dulciter ita familiariter conuersaretur cum parentibus suis: sicut xp̄us faciebat cum virgine matre. Non enim dubitare quispiam posset q̄ per tot annos quibus xp̄s cum matre conuixit non fuerit liq̄efactum cor eius in amorem illius a quo totiens vocari matrem se sensit: quem ꝛ ipsa filium sepe nominabat. Quare firmiter teneo q̄ virginis amor ad christum vincebat omnem amorem quorumcunq3 parentum: qui tenerrime filios suos diligunt aut dilexerunt.

Sc̄d'o xp̄s in presentatione vehementer doluit propter accusationem propter flagellationem ꝛ propter coronationem.

Secundi articuli primus dolor.

Secundi articuli primus dolor i[illegible] xp̄i dicitur presentationis. Cum eni3 Pilato fuit presentatus doluit vehementer: ꝛ precipue propter tria. Primo propter accusationem. Secundo propter flagellationem. Tertio propter coronationem. Primo doluit vehementer propter accusat ōem. Ad quod intelligendum cōmemorandum est q̄d euangeliste tradunt. vz q̄ mane adductus fuit iesus a domo Caiphe ad domum Pilati presidis in pretorium. Erat autem pretoriū locus vbi audiebantur ꝛ examinabātur rei: ꝛ ipsi non introierunt iudei in pretorium: vt nō cōtaminarentur ex ingressu domus hominis gentilis: sed manducarent pasca. i. azimos panes: qui a iudeis per dies. 8. comedebantur. O impia cecitas: alienigene iudicis pretoris contaminari timebant ꝛ fratris innocentis sanguinē nō timebant. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras dicens. Quam accusationem affertis aduersus hominem istū. Responderunt. Si nō esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Ubi Augustinus. Interrogentur atq3 respōdeant ab immundis spiritibus liberati: ceci videntes: mortui resurgentes: vtrum sit malefactor. Addiderunt etiā quod Lucas dicit. Hūc inuenimus subuertentem gentē nostrā ꝛ prohibentem tributa dari Cesarij: ꝛ dicentē se christum regem esse. Dixit eis Pilatus. Accipite eum vos: ꝛ secundū legem vestram iudicate eum: quasi dicat: si sufficit vestra examinatio, sufficiat ꝛ vestra sententia. Nā vt dicit Nico. de lira. Romani aliqua minora iudicanda permiserant iudeis retinentes sibi penam mortis ꝛ causam sanguinis. Ideo per hanc responsionem inhibebat ne christo mors inferretur. Et ideo illi intendentes eum morti adiudicari respondebant. Nobis non licet interficere quē q̄3. Introiuit ergo iterum in pretorium Pilatus: ꝛ interrogauit iesum. Tu es rex iudeorum. Ubi queritur: quare Pilatus sic eu3 interrogabat. Et respondet Nico. de lira. q̄ cu3 iudei accusassent eu3 de tribus videlicet: quia subuerterat gentem: ꝛ prohibuerat tributa dari Cesari: ꝛ dixerat se esse regem. De duobus primis Pilatus non curauit inquirere. Non de primo: quia ipse gentilis erat: ꝛ nō iudeus: non etiam de secundo: quia sciebat illud eē falsum: sed tātum de tertio: eo q̄ romani nomen regiu3 a iudeis abstulerant. Respondet iesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me: quasi dicat. Concepisti hanc opinionem de me per temetipsum: vbi Crisostomus ait. Non ignorans interrogat: sed ab ipso accusari iudeos volens. vnde sequitur euāgelista. Respondit Pilat⁹. Nūq̄d ego iude⁹ su3. Gens tua ꝛ pōtifices tui tradiderūt te mihi. Quid fecisti. Respōdit iesus. Regnū meū nō est de hoc mundo. Quasi dicat: non quero

temporalē dominationem. Dixit ei Pilatus. Ergo rex es tu. Respondit iesus. Tu dixisti quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum: ⁊ ad hoc veni in mundo: vt testimoniū perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocē meam. Dicit ei Pilatus. Quid est veritas. Et nō ex peccato responso exiuit ad iudeos. d. Ego nullam in eo inuenio causam: ⁊ vt liberaret eū de furore ipsorū proposuit fm cōsuetudinē quam habebant. s. i solemnitate pasce vt vnū reū morte peterent liberandū: an vellent christū esse illū vel Barrabā: qui in carcerib9 ꝓpter maleficia sua detinebat: ⁊ populo erat odiosus. Clamauerunt autē omnes Non hūc: sed Barrabā. O quali gladio feriebatur tūc cor virginis matris quādo audiebat horribiles illos clamores iudeorū petentiū potius liberationē Barrabe latronis ꝙ filij sui innocentissimi. Dixit Pilatus iudeis. Quid igitur faciam de iesu: q dicitur christus. Dicunt omnes crucifigat. Et ille quid inquit mali fecit. Responderunt. Cōmouit populum p vniuersam iudeā: incipiens a galilea vsqȝ huc. Quare Pilatus misit iesum ad Herodē galilee tetrarchā: qui illis diebus hierosolymis erat. Et cū iesus benedictus nullū vbū corā eo dixisset spreuit illū Herodes cū exercitu suo: ⁊ illusit indutū veste alba: ⁊ remisit ad Pilatū Pilatus aūt cōuocans principib9 sacerdotū dixit eis volens eripere xpm de manibus eorū. Ego nullā causam inuenio in homine isto ex his in quibus eū accusatis. Sed neqȝ Herodes. Nā remisit eū ad nos: ⁊ ecce nihil dignū morte actū est ei. At illi clamabāt. Nos legē habemus ⁊ secundū legē debet mori. Dixit eis Pilatus. Corripiā eū ⁊ dimittā. O pilate si innocens est: cur corripies. Si reus: cur dimittes. O ꝙ laboriosa fuit mors iesu christi tam diu malignis cōsilijs: criminationib9: accusationibus ⁊ clamorib9 exquisita. Secūdo doluit christus vehementer, ꝓpter flagellationē: quādo vt refert Marcus. Pilat9 tradidit iēm militibus flagellandum. Vt. n. doc. dicunt: ligauerunt illi iesum denudatū ad columnā quādam ⁊ flagellauerūt eū a planta pedis vsqȝ ad verticē. Et vt ait Greg. nazanzenus: caro xpi flagellata post liuores sanguinē ex omni parte scaturiebat: quo etiā terra sub pedibus iesu ⁊ columna: ipsa atqȝ flagella madefiebāt. Et vt arbitror post crudelē illā flagellationē cū soluisset eū pre debilitate nimia ⁊ doloris imensitate in terrā cecidit sanguine suo irrigatā dūs nr ihs.

Sed hic theologi querunt: vtrū in xpo fuit vera doloris passio. Et quidā licet nō dicere voluerint: q nō arguentes dicit primo ex dicto Hilarij. d. in. x. li. de trinitate. Virt9 corporis sine sensu pene vim pene in se descuientis excepit: vero autē dolor nō ē sine sensu pene: ergo ⁊c.
Secūdo adducunt dictū Dionysij: q ad Joānem euāgelistā ita scribit. Absit vt ita insaniā vt credā sanctos aliquid pati secundū corporis passiones: sed solū credo nec illud carere ipsos sentire. Si ergo sancti nō sentiunt passiones nisi secundū iudiciū ⁊ nō secundū experientiā: ergo patiendo nō habēt dolorē verū: ⁊ p cōseqͣns multo minus nec sanctus sanctorū xps. Tertio conanī ꝓbare opinionē suā exemplo Moysi q ieiunauit. 40. diebus. ⁊. 40. noctibus sine aliqua corporis lesione ꝓpter cōtinuā cōtēplationē. Si ergo pfectio cōtemplatōis aufert passionē ⁊ sensum famis: pari ratione videt q auferat sensum doloris in carne passibili. Sed in christo fuit cōtinua cōtemplatio ⁊ perfectissima ergo videt q nulla fuit in eo doloris experientia Sed contra hanc opinionē est omnis scriptura sacra. Vnde in ps in psona christi dicitur. Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis. Et iterum. Ego sum pauper ⁊ dolēs. Et iterū. Sup dolorē vulnerū meorū addiderūt. Propterea dicit Thco. dist. 16. tertij libri. q vera doloris passio fuit in christo quoniā in eo fuit caro passibilis ⁊ plorabilis. Fuit etiā virtus sentiēdi secūdum quā anima cōpatit corpori leso. Et quoniam hec duo verū dolorem faciūt. s. vera lesio ⁊ verus lesionis sensus: ⁊ hec duo vere fuerūt in christo indubitāter tenendū est q in ipso vera fuit doloris passio. Ad dictū autē Hilarij videtur q fm quosdam dictum illud retractauit. Vel pōt dici q Hilarius in vbo pdicto non excludit sensum doloris a christo fm humanā naturā: sed fm diuinā. Vnde illa verba referēda sunt ad psonam christi. Vel vt magister sententiarum exponit dicere possumus q Hilarius nō vult ostēdere christū nō habuisse verū dolorē: sed nō habuisse causam doloris: qm passus est propter delicta nostra. Ad secūdū vero. s. verbum Dionysij dicit Bon. q Dionysius nō vult dicere nec sensit q beatus Joānes ⁊ alij sancti nō experiantur dolorem in tormētis: sȝ vult cōmendare cōstantiā mentis que nō magis cōmouebatur ex experientia sensus ꝙ cōmoueretur ex sola cōsideratione: ⁊ iudicio rationis. Ad tertium vero quod obijciebat de

Moyse

Moyse dicendum q etsi dulcedo contemplationis quodammodo ipsum reficeret: et a sensibus exterioribus abstraheret adeo vt naturales virtutes quodammodo consopiret: vt non ita consumerentur: et cibum requirerent: tamen q tanto tempore ieiunauit sine sui lesione: hoc fuit per speciale beneficium et diuinum miraculum et ideo non habet locum in proposito: quia xps in passione sua non exercuit miracula potentie sed potius visus est armis patientie. 3° doluit vehementer christus propter coronationem: quando milites duxerunt eum in atrium pretorij: et induerunt eum purpura: et imposuerunt capiti eius coronam spineam: et circunderunt eum: et veniebant ad eum illudentes: et d. Aue rex iudeorum: et expuebant in eum et dabant ei alapas: et percutiebant caput eius. Et caput illud angelicis spiritibus tremendum: vt Bern. ait spinarum densitate pungebatur. Naz corona illa de iuncis marinis ad modum spinarum acutis erat confecta. vt dicit Nico. de lira. At Pilatus fecit iesum sic coronatum et purpura vestitum velut contemptibilem et abiectum exire: Dixitqz iudeis. Ecce homo: quasi dicat: punitus est. ideo debz vobis sufficere. At illi magis clamabant. Crucifige crucifige eum. Et postea multa addiderunt. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit contradicit cesari. Et cum talia agitarentur: misit ad Pilatum vxor eius. d. Nihil tibi et iusto illi Quasi dicat: nullo modo eum condemnes: sz magis dimitte. Multa enim sum hodie passa per visum propter eum: quia vt dicit Rabanus diabolus apparuerat ei mouens eam terroribus ad liberationem xpi volens sic impedire hominum salutem. Sed dubitatur vtruz visio predicta facta fuerit in somno vel vigilia. Et respondet Nico. de lira q hoc non habetur expresse: creditur tamen magis q fuerit in somno.

Quod xps in sententiatione vehementer doluit propter onerationem: propter associationez et propter lamentationem.

Secundi articuli dolor secundus.

Secundus dolor secundi articuli dicitur sententiationis. Videns namqz Pilatus non posse iudeorum furorem sedare nec mitigare: quinimmo audiebat eos magno cum tumultu clamantes. Si hunc dimittis non es amicus Cesaris: accepta aqua lauit manus coram populo. d. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Vos videritis. Vbi remigius ait. Mos erat apud antiquos vt cum vellet quis ostendere se immunem esse ab aliquo crimine accepta aqua lauare manus suas coram populo consueuerat. Et respondens vniuersus populus dixit. Sanguis eius sup nos et super filios nostros. Quare Pilatus humano timore victus pro tribunali sedens secundum ordinem curie sue sententiam iniustam contra iesum protulit vt crucifigeretur. Tunc amantissimus noster iesus cruciatus est propter tria. Primo propter onerationem. Secundo propter associationem. Tertio propter lamentationem. Primo cruciatus est propter onerationem: quando. s. crux onerosa et dura humeris suis fuit imposita. Tunc enim cum de domo Pilati versus montem caluarie duceretur antequam deuenisset ad locum: vt dicitur in quadam historia: afflicta et mesta mater eius obuiam illi processit: volens illum tangere et amplecti. Quam vt filius aspexit merore confectam cecidit fatigatus sub cruce. Ipsa etiam mater dulcissima quasi mortua in terram ruit. Ob quod in loco illo in huius facti memoriam capella a fidelibus constructa fuit: que sancta Maria de spasmo nuncupatur. Tandem iudei angariauere hominem Cyrineum nomine Symonem vt tolleret crucem iesu. Quoniam vt aiunt quidam cum sepius temptasset iesus illaz portare pre debilitate ferre amplius non valebat. Curre o anima mea curre velociter et humeros tuos subijce illi cruci: in qua iesus dei filius operabitur salutem tuam: imo omnium saluandorum. Sed hic doc. querunt: quare xps benedictus pati voluit mortez crucis. Et respondet Tho. 3. parte q hoc fecit propter septez rationes. Prima ratio est propter exemplum virtutis. Dicit enim Augu. in li. 83. q. Sapientia dei hominem ad exemplaz quo recte viueremus suscepit. Pertinet autez ad vitam rectam ea que non sunt metuenda non metuere. Sunt tamen homines qui quamuis mortem ipsaz non timeant: genus tamen mortis horrescunt. Vt ergo nullum genus mortis recte viuenti homini metuendum esset illius hominis cruce ostendendum fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius: et formidabilius. Secunda ratio est: quia hoc genus mortis maxime conueniens erat satisfactioni: pro peccato primi parentis. Vnde Aug. dicit in quodam sermone de passione. Contempsit Adam preceptum accipiens ex arbore: sed quicquid Adam perdidit xps in cruce

inuenit. Et Ambro. de xp̄o ita ait. De pentis protoplasti fraude facta condolens qui pomi noxialis morte morsu corruit: ipse lignum nūc notauit damna ligni vt solueret. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat multiformis proditoris artes vt artem falleret: ⁊ medelam ferret inde hostis vnde leserat. Et iterum ecclesia dicit. Omnipotens eterne deus qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti: vt vnde mors oriebatur: inde vita resurgeret: ⁊ qui in ligno vincebat in ligno quoq; vinceretur. 3ª rō est quia vt dicit Criso. in sermone de passione. In excelso ligno: ⁊ non sub tecto passus ē: vt etiam ipsius aeris natura mundaretur. Sz ⁊ ipsa terra simile beneficium sentiebat decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata Et idem Criso. super Joānem inquit. Audiens suspensionem intelligas in altum: vt sanctificaret aerem: qui sanctificauerat terram ambulando in ea. Quarta rō est: quia per hoc q̄ christus in cruce moritur ascensum nobis parat in celum: vt Criso. dicit. Quinta rō est: quia hoc competit vniuersali saluationi totius mundi. Nam figura crucis vt ait Greg. nazā zenus a medio contracta i quatuor extrema partita: significat virtutem ⁊ prouidentiam eius q̄ in ea pependit vbiq; diffusam. Criso. etiam dicit q̄ in cruce expansis manibus moritur vt altera manu veterem populum: altera eos qui ex gentibus sunt trahat. Sexta ratio est: quia p̄ hoc genus mortis diuerse virtutes designāt. Unde Aug. dicit in li. de gratia veteris ⁊ noui testamenti. Non frustra tale genus mortis elegit. vt latitudinis ⁊ altitudinis ⁊ longitudinis ⁊ profunditatis: de quibus apls loquitur: magister existeret. Naz latitudo est in eo ligno qd̄ transuersum desuper figitur: hoc ad bona opera pertinet: quia ibi extenduntur manus. Longitudo est in eo ligno qd̄ vsq; ad terram tendit quo crux stat sistitur ⁊ perseuerat quod longanimitati tribuitur. Altitudo est i ea ligni parte: que ab illa que transuersa figitur versus sursuz relinquitur: hoc est ad caput crucifixi: quia bene sperantium superna expectatio est. Jam vero illud ex ligno qd̄ fixum occultatur. vnde totum illud exurgit significat profunditatem gratuite gratie. Et sicut etiam Aug. dicit sup Jo. Lignum in quo fixa erant membra patientis ad cathedram fuit magistri docentis. Septia ratio est: quia hoc genus mortis plurimis figuris respondet. vt enim Augu. dicit in sermone de passione. In diluuio aquarum humanū genus archa lignea liberauit. De egypto dei populo recedente Moyses mare virga diuisit: ⁊ Pharaonem prostrauit: ac populum dei redemit. Idem Moyses lignum in aqua misit ⁊ amaritudinem eius in dulcedinem commutauit. Ex lignea virga de spūali petra salutaris vnda profertur. Et vt Amalech vinceret: contra virgam Moyses expansis manibus extendit Et lex dei arche testamenti creditur lignee: vt his omnibus ad lignum crucis per quosdam gradus veniatur. Secundo cruciatus ē xp̄s ingenti dolore propter associationem. Associatus nanq; est cum duobus latronibus sicut p̄dixerat. Esa. 53. c. Et cum sceleratis deputat' est. Ubi doc. querunt vtrum hoc conuenienter sit factum. Et respondent q̄ in hoc alia fuit intētio iudeorum: alia ordinatio dei. Quantū. n. ad intentionem iudeorum sic dicit Criso. Duos latrones vtrinq; crucifixerunt vt eorū suspitionis fieret particeps: sed non ita euenit. Nā de illis nil dicitur. huius āt vbiq; crux honoratur. Reges diademata deponentes assumunt crucem in purpuris ⁊ diadematibus in armis in mensa sacrata vbiq; terrarum crux emicat. Quantū vero ad dei ordinationem xp̄s cū latronibus crucifixus est. Primo q2 vt dicit Hiero. super Math. Sicut pro nobis maledictum crucis factus est: sic p̄ omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigit. Secundo vt dicit Leo papa in sermone de passiōe. Duo latrones vnus ad dexteram: alius ad sinistram crucifiguntur vt in ipsa patibuli specie denotaretur illa que in iudicio ipsius hominum oium facienda est discretio. Et Aug. dicit super Jo. Ipsa crux si attendas tribunal fuit. In medio enim iudice constituto: vnus qui credidit liberatus: alter qui insultauit dānatus est: iā signabat quid facturus est de viuis ⁊ mortuis: alios positurus ad dexteram ⁊ alios ad sinistram.

Tertio sm̄ Hilarium duo latrones leue ac dextere affiguntur: omnem humani generis diuersitatem vocari ad sacramentum passiōis domini ostendentes: sed quia per diuersitatem fidelium atq; infidelium fit omnium secunduz dexteram ⁊ sinistram diuisio: vnus ex duob' ad dexteram situs fidei iustificatione saluatur.

Tertio cruciatus est christus acerbo dolore propter lamentationem quādo vt meminit Lucas sequebatur illum multa turba populi ⁊ mulierum que plangebant ⁊ lamentabantur euz.

Cum quibus

braica propter iudeos in dei lege gloriantes: greca propter gentium sapientes: latina ꝓpter romanos multis ac pene omnibus tunc gentibus imperantes. Theophilus vero inqt. Significat autē superscriptio triplici sermone signata dñm esse regem practice: philosophice: necnon theologice. Nam per latinas lr̃as figurat practica: eo q romanum imperium potentissimum fuit atq3 efficiosum in expeditionibus fuit. Per grecas vero philosophia figuratur. Greci nāq3 erga naturalium speculationem insudauerunt. Demum per hebraicas theologia protenditur: dū3 iudeis est credita rerum diuinarum agnitio. Dicebant ergo pilato pontifices iudeorum. Noli scribere rex iudeorum: s3 quia dixit Rex sum iudeorum. Rñdit Pilatus. Qd̄ scripsi scripsi. Milites autē diuiserūt sibi vestimenta sua ꝛ tunicam mittentes sortem erat autem tunica inconsutilis. i. sine sutura desuper contexta per totum super quam miserūt sortes. Et l3 Marcus dicat q sortes miserunt super eis. s. aliis indumentis xp̄i: tamen sc̄dm Nico. de lira illud debet intelligi per sinedochen. i. super aliquid eorum. i. super tunicam.

Tertio vexatus est iesus multo dolore quādo crux fuit eleuata a terra ꝛ posita in foramine atq3 plantata: in qua iam natus erat fructus nostre saluationis antequ3 in monte caluarie defigeretur. In ipso autem motu ꝛ eleuatione crucis ac plantatione pōdus corporis per tres clauos vel quattuor secundum quosdam sustinebatur. Ideo membra illa debilitata incredibili cruciabantur dolore. Sed ꝛ tunc mestissima mater filium intuens contēptibilem: confusibilem: despectu3: deformē: grandi angustia plenum: plagis attritum: in medio latronum pendentē: adiutorio Magdalene ꝛ Joānis quantu3 potuit cruci propinquam se fecit. Ubi mutatā cernēs aspectus filij sui venustatem ꝛ elegantiam: considerāsq3 q3 graui supplicio detinebatur: lamētabiles voces emittebat. Hoc autem expressit Joā. quando dixit. Stabat autem iuxta crucē iesu mr̄ eius: ꝛ soror mr̄is eius Maria Cleophe. ꝛ Maria magdalene. Sed dubium hic ē quia Luce. 23. dicitur. Stabāt omnes noti eiꝰ a longe. Sed dicit Nico. de lira. sequēdo Augu. in li. de consensu euangelistarum. q in tanto interuallo erant: vt ꝛ iuxta dici possent: quia in conspectu eius presto aderant: ꝛ a longe respectu turbe propinquius circunstantis cum Centurione ꝛ militibus. Pretereuntes autē blasphemabant eum mouentes capita sua ꝛ dicentes. Vah qui destruis templum dei: ꝛ in triduo illud reedificas. Salua temetipsum si filius dei es descende nunc de cruce. Similiter ꝛ principes sacerdotum illudentes cum scribis ꝛ senioribus dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Jesus autem inter persecutionibus ꝛ maledictis dixit verbum illud primum in cruce omnis patientie exemplum. Pater dimitte illis: quia nesciunt quid faciunt. opere implens quod verbo docuit qn̄ dixit. Orate p̄ ꝑsequentibus ꝛ calumniantibꝰ vos. Improperabant etiam ei latrones q crucifixi erant cum eo. Lucas vero dicit q vnus tantum blasphemabat: quem alius reprehēdit. Sed Aug. in libro de consensu euangelistarū dicit q Joānes loquitur in plurali ponens plurale pro singulari secundum vsitatum loquēdi modum. Vel potest dici sm̄ Hieronymum q primum vterq3 blasphemauerit: deinde vnꝰ crediderit i christum: ꝛ priorem negationem sequenti confessione emendauerit. Unde Hieronymus sequitur. In duobꝰ latronibus vterq3 populus ꝛ gentilium ꝛ iudeoru3 primo dominum blasphemauit: postea signorum multitudine alter exterritus egit penitentiā: ꝛ vsq3 hodie iudeos increpat blasphemantes. hec ille. Dixit ergo latro penitens. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum: Respiciēs autem Jesus benedictus huius latronis contritionem fidem spem atq3 charitatem: respondit ei secundum verbum quod in cruce protulit. s. Hodie mecum eris in paradiso. O felix promissio. O breuis tante felicitatis adimpletio. Nullus ante latronem hoc verbum audiuit. Promissa siquidem fuit patribus ꝛ prophetis eterna vita per christum: sed nulli sicut latroni ita breui spacio designata.

Qd̄ in inspectione xp̄us vehementer doluit ꝓpter querelationem: ꝓpter recordationem: ꝛ propter cōmendationem.

Secundi articuli dolor quartus.

q Uartus dolor secundi articuli dicitur inspectionis. Cum enim de cruce inspexisset matrem: asperissimo dolore vulneratum est cor eius: ꝛ precipue propter tria. Primo propter querelationem. Secundo ꝓpter recordationem. Tertio propter cōmendationem. Primo doluit xp̄s propter querelationem. Audiebat nāq3 querelas matris ingeminantis ꝛ dicentis sibi vocabulum illud qd̄

per triginta

per triginta et tres annos cum tanta dulcedine vtriusq; commemorauerat. In passione vero illud proferebat cu corde pleno dolore merore et amaritudine. Poterat ergo virgo illa sanctissima lamentari et dicere. Fili mi anime mee olim cosolatio et gaudium: nunc autez gladius penetrabilior omni macrone acutissimo. Fili mi quem nouem mensibus in vtero tenui: quem paruo lacte paui: quem totiens infantem et paruuluz panis inuolui: in cuna reposui: et amorosis amplexibus strinxi inter vbera mea et osculata suz O q̃ infelix mihi et tibi facta e dies ista. Et quis poterit mederi vulneribus doloruz meorum: et mitigare angustiam misello matris tue: cuz inspiciaz te filium meuz vt leprosum factuz: qui speciosus eras pre filijs hominuz: vt maleficu et reuz cu iniquis deputatuz: Qui sanctus sanctorum eras vt fatuuz et stultuz cerno: in quo reconditi sunt omnes thesauri sapientie dei: vt hoste et omnium inimicuz: q omnibus affabilis benignus et humanus semper astitisti: et sup omnia velut oblitus mei vidue matris tue. Nam ecce iaz moriturus: et nihil mihi dicis: et quid faciaz ego sine te filio meo. Quo diuertam. Ad quem cofugiam. Tu mihi pater: tu mihi frater: tu mihi blandus filius eras tu mee diuitie: tu mee delitie: tu mea gloria.
O me desolatam: que tantum filium in cruce video deficere. O amantissime fili loquere mihi matri tue: loquere vt audiam vocem tuam cigneo canore dulciorez. Loquere inquam vt sic saltem audies verba tua patientior feram ad tollerandaz que me cruciat pro amore tuo penam. No deneges mihi qd postulo. Exaudi me et verbo tuo consolare ne deficiam in hac tribulatione. O fili mi lumen oculorum meorum codescendisti latroni misericorditer loquens ei. Acquiesce itaq; voto matris tue et dic mihi quid factura sim. Cui me orphanaz dereliquis. His vel similibus querelis pulsabat mestissima mater aures afflictissimi filii sui qui no minorem penam experiebatur in mente propter teneritudinem matris q̃ sentiebat in corpore a planta pedis vsq; ad capitis verticem vulnerato. Ideo sm quendam deuotum: tactus i suo corde dicebat carmen illud vulgare siue eius sententiam Matre mia benedicta molto te vego afflicta. El no lachrimare e vna sagitta: che el cuor mio ha passato. No piangere, o matre mia. El tuo lachrymare e pena mia. Supporta fin che io sia de morte resuscitato. Secudo doluit christus propter recordationem. In talibus namq; mysterijs recordabat: et in seipso coferebat dicens. O mi mater quomodo oia gaudia q̃ de me suscepisti couersa sunt, ubi i merorem et luctum. Vbinam sunt angeli in mea natiuitate cantantes. Vbi pastores ad presepe venientes. Vbi orientales reges in cuna me adorantes. Vbi grata p. 30. et tres annos vtriusq; couersatio et familiaritas. Vbi tot et tanta de me pdicata miracula propter q̃ oia letabatur cor tuuz. Heu me nuc vides tantu filium tuuz factuz in derisuz omni populo: et abiectissimam mortem pati. Tertio doluit xps propter comendationem quando aperiens os suum mellifluum dixit ei. Mulier ecce filius tuus .s. Iohes euangelista: q secum iuxta crucem astabat. Et vt doc. dicunt no vocauit eam materno nomine: sed comuni: ne ex teneritudine nominis materni: si exprimeret aggrauaret animus eius. Deinde comendans eam discipulo dixit. Ecce mater tua. q. d. Deputo te ad eius obsequium. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suaz. s. curam et diligentiam. O quot doloris aculeis punctuz fuit tunc cor virgineum ex vna parte: cu mulieris no matris audiuit vocabulum licet ex parte altera aliqualiter cosolaretur: qz filius amantissimus eius iesus eam comendauerat dilecto discipulo. Ideo Aug. ait sup hoc passu Ioh. Ex illa hora etc. Hec nimirum est illa hora: de qua iesus aquam conuersurus in vinum dixerat matri. Quid mihi et tibi est mulier: nondum venit hora mea. Tunc enim diuina facturus: no diuinitatis: sed infirmitatis matrem velut incognitaz repellebat. Nunc autem humana iam patiens ex quo fuerat factus homo: affectu comendabat humano. Moralis igitur insinuat locus et exemplo suo instruit preceptor bonus: vt a filijs pijs impendatur cura parentibus tanquam lignum illud vbi erant fixa membra morietis esset cathedra magistri docentis.

Quod xps vehementer doluit in clamatione propter mundi horrorez: propter sui confusionez: et propter patris derelictionem.

Tertij articuli primus dolor.

Primus dolor tertij articuli dicitur clamationis. Ostendit enim in clamore suo immensitatem doloris et potissimum propter tria. Primo propter mudi horrorez. Secundo propter sui cofusionem. Tertio propter patris derelictionem. Primo ondit xps imensitatem doloris in mudi horrore: quando .s. insensibiles creature crudelitatem q̃ in ipsum fiebat horretes modo suo patienti iesu copati vise sunt. A sexta namq; hora tenebre facte sunt sup vniuersam ter

ram vsqz in horã nonã. Et vt Lucas inqt. Sol obscuratus est: et velũ templi scissum ẽ in duas ptes: a summo vsqz deorsum: et petre scisse sunt et terra mota est. Ubi apparet pturbatio corporum superiorũ primo: deinde inferiorũ. Qualiter autem fuit illa tunc solis eclipsis doctores varie sunt opinati. Hieronymus nãqz dixit q illle tenebre fuerunt facte per retractationem radiorum solis diuina virtute. Origenes autem dixit q hoc factũ est per interpositionẽ nubiũ densarũ. Sed in hoc magis credendũ ẽ Dionysio areopagite: qui dicit in epistola ad Policarpum hoc fuisse per interpositionem lune inter terram et solẽ: sicut fit in eclipsi solis. Et ibidem dicit q ipse hoc vidit tũc existens in Egypto vbi est aeris puritas. Uidit igit lunam ab oriente ascendentem versus meridiẽ: et supponẽtem se soli. Hiero. autẽ et Origeñ. nõ loquunt de illa eclipsi asserendo q sic fuerit vt dicũt: sed q potuit sic fieri. Quare sequendo Dionysiũ dicim⁹ q illa eclipsis non potuit esse naturalis: sed miraculosa: et hoc multipliciter. Primo qr luna erat .15. et tũc distat a sole p diametrũ celi Eclipsis aũt solis nõ potest fieri naturaliter nisi tempore cõiunctionis solis et lune: ppter quod dicit Dionysius q mirabat: qr non erat temp⁹ cõueniens ad talem cõiunctionem. Secũdũ miraculũ fuit: qr transacta eclipsi luna rediit ad orientẽ: ita q in vespere fuit in oriente sole existente in occidente: et sic orbes corpũ sunt ad pristinũ statũ restituti. Tertiũ miraculũ fuit: quia pars orientalis solis primo fuit obscurata: et iterũ vltimo illuminata: cõtrario aũt modo fit in eclipsi naturali. Quartũ miraculũ fuit q luna fuit immobilis sub sole per tres horas. In naturali vero eclipsi continue mouet sub sole: vt etiã refert Crisostom⁹. Quintũ miraculum fuit: qr illa eclipsis abstulit lumẽ vniuersis partibus terre: licet aliq hoc velint intelligi tantũ de terra iudee. Uerumtamen vt apparet ex dictis Dionysii fuit in Egypto: fuit in grecia: et fuit Rome: et sic in aliis mũdi partib⁹. Unde Orosius ait. Cũ dñs patibulo affixus est maximo terremotu p vrbẽ Romã facto: saxa i montib⁹ scissa: maximaqz vrbiũ plurime partes plus solita cõcussione ceciderũt. Eodemqz die ab hora diei .6. sol in totũ obscuratus est: terra nox subito obducta terris ẽ: adeo vt stellas tũc diurnis horis vel poti⁹ in illa horrenda nocte toto celo visas fuisse referat. Eusebi⁹ etiã in chronica asserit se legisse q tũc in Bithynia q̃ est i Asia fuit magnus terremotus: et maior solis obscuratio q̃ vnq̃ fuerit: et q dies hora sexta in tenebrosam noctẽ versus fuit: ita vt stelle viderent in celo et q in Nicena que ẽ vrbis Bithynie multas edes terremotus subuerterit. De illi⁹ eclipsis miraculo Dionysius in epistola ad Apolophanium q secũ erat in Egypto illo tempore postea sic scripsit. Cũ reperimus: ei et erat notissimũ solẽ pati molestias: nõ debere aio ad te vasse pectoris sacrariũ: adhuc nescimus tãte rei mysteriũ Quid inq̃: speculũ doctrine Apolophani his secretis ascribis atqz tu mihi ore diuino: et non humani sensus sermone. O bone Dionysi diuinarũ pmutationes sunt rerũ. In historia vero scolastica legit q philosophi ad hoc adducti sunt vt dicerent. Aut deus nature patit: aut ordo nature peruertit. De turbatione corporũ inferiorũ clara sunt oĩa. Tantũ de velo sciendũ est secũdũ Nico. de lira. q erat iuxta templũ inter sanctũ et sanctũ sanctor. Cuius scissio significauit impletionẽ veritatis in morte xp̄i q̃ latebat in figuris veteris testamẽti. Secundo fuit imensus dolor xp̄i pp̄ sui cõfessionẽ: quãdo cõsiderabat q̃ cõfusibiliter patebat: qr p̃cedẽti dñica ab omni populo tã venerabiliter fuerat suscept⁹. Erat etenim passio eius ignominiosissima: et desperata valde: de qua alias deo dãte suo loco dicemus. Tertio immensus fuit dolor xp̄i ppter patris derelictionẽ. Ideo clamans circa horã nonã voce magna dixit. Hely hely lamazabathani. Quod est interptatũ. hely .i. deus me⁹ lama .i. quare: zabathani .i. dereliquisti me. Ubi g'o. Dicitur deus eũ dereliquisse in morte: quia potestati persequẽtiũ eũ exposuit. Subtraxit .n. protectionẽ: sed nõ soluit vnionẽ. Quidã autẽ illic stantes .s. milites Romani sz Hiero. idioma hebraicũ ignorãtes dicebant. Heliã vocat iste. At et mater vba illa audiẽs et itelligẽs: illorũqz vix cõsiderãs vndiqz expericb. fmerorẽ.

Quod xp̄s vehementer doluit in potatẽ ppter amaricationẽ: propter peccatorũ obstinationẽ: propterqz matris lamentationẽ.

Tertii articuli secundus dolor.

s Ecundus dolor tertii articuli dicit potationis: quando iterũ clamans dixit. Sitio: oblataqz fuit ori ei⁹ spongia potu amarissimo repleta. Tunc doluit xp̄s ppter tria. Primo ppter amaricationẽ. Secũdo ppter peccatorũ obstinationẽ. Tertio ppter matris lamentationẽ. Primo doluit xp̄s propter amaricationẽ: qr spongia illa ori ei⁹ sic apposita

posita amaricauit labia et eius linguā. Quare iterū clamans dixit. Cōsummatū est. i. totū iam corpus meū doloribus et passionibus circūdatum est. Nam lingua que sine lesione hucusqz fuerat reseruata: modo amaritudine est repleta Vel cōsummatū est mystice intelligēdo opus redemptiōis humane. Secūdo doluit vehementer xp̄s ppter peccatoꝝ obstinationē. Nō eniz minus sitiebat peccatoꝝ salutē: q̄ȝ corporis sui in cruce extensi et fatigati recreationē. Dicebat eteniz: sitio. i. salutē omniū: q2 pro omnibus patior: pro omnibus sanguinē meū patri offero: pro omnibus morior. Venite ad me oēs corde cōpuncti: et emendatione et correctiōe vestra recreate mentē meā. O q̄ȝ grauis tūc illius animā dolor vrgebat cuȝ videbat innumeros esse: q̄ a peccatis ad penitentiā nūq̄ȝ redirent: q̄bus nec passionis sue virtus ppter eoꝝ duritiā esset in aliquo profutura. Vt eniz dicunt theologi licet xp̄i passio sufficientissima fuerit p salute omniuȝ tamē illius effectū nō cōsequunt illi q̄ peccata deponere nolunt. Quare cū omnibus psit sufficienter: nō tamē omnibus efficienter. Vnde sicut erga xp̄m crudeles fuerunt illi q̄ eū potauerunt felle et aceto: ita peccatores q̄ ad penitentiaȝ redire nolunt. Audite illū audite. o peccatrices anime: p vobis clamat amorosissimus Jesus pro vobis dicit. Sitio. Cur ergo saxea corda nō rumpitis. Cur tam clementissimo domino nō cōpatimini. Hinc Bern̄. ait. Ascendit in altū crucis vt ab omnibus videret: voce magna clamauit: vt ab omnibus audiret: clamori lachrymas addidit: vt ei homo cōpateretur. Qui ad eius vocē nō excitatur ad clamorē: nō compungitur: grauior est terra: et fetidior sepulchris Tertio doluit xp̄s vehementer ppter mr̄is lamentationē. Potuit igit tunc virgo benigna filiuȝ audiens in cruce dicenteȝ. Sitio: multis singultibus lachrymis ac suspirijs dicere. Heu heu me: q̄ video. Qui audio. O vniuerse creature celi et terre admiramini paupertatē filij mei. Ipse eniȝ q̄ diuinitatis sue potentia saciat angelos: pascit etiā prouidentia sua volucres celi: et pisces maris: bestias ac vniuersa pecora campi atqȝ hominibus cunctis quottidianū panē distribuit: clamat in cruce. Sitio: et denegat sibi paululū aque: immo tribuit sibi potus amarissimus. O fili fili fili mi amorosissime: cur tibi de meo pectore lac illud porrigere nō valeo: qd̄ totiens duȝ paruulus eras suxisti. O fili mi cur nō possum tibi ministrare in cruce sitienti cibū et potū: quē colo et acu ita diligenter dum in etate infantuli eras acquirebā. Poterat etiā tūc illa feruentissima Magdalena et ipsa flendo dicere. O magister care. o magister bōe. Et cur ego indigna tua discipula in hac tāta necessitate tibi subuenire nō possum. O damnata seuitia iudeoꝝ: cur tanto furore inflāmaris aduersus dominū et magistrū meū. Que omnia ipsi domino Jesu ad dolorem accedebant.

Q̄d christus vehementer doluit cognoscēs generalē scandalizationē: iudeoꝝ ingratitudinem: et multoꝝ incompassionē.

Tertij articuli tertius dolor.

Tertius dolor tertij articuli dr̄ cognitionis. Doluit etiā summoppe iesus noster amorosissimus ppter suā sciētiā et cognitionē: q2 vt inq̄t sapiens. Eccle. i. Qui addit scientiā: addit et dolorē. Et lȝ oia christus cognosceret p̄sentia p̄terita et futura. Verūtamē in cruce positus cognoscebat et cōsiderabat p̄cipue tria vnde tristabat atqȝ dolebat. Primo generaleȝ scandalizationē. Secūdo iudeoꝝ ingratificationem. Tertio multoruȝ incōpassionem.

Primo cognoscebat generalē scandalizationeȝ. Videbat vtiqȝ q̄ virgine matre dūtaxat excepta in qua sola vt doc. dicūt remāsit fides diuinitatis sue: ceteri omnes a fide defecerāt: naȝ apostoli et oēs discipuli videntes ignominiam crucis: putauerūt eū puꝝ hominē et nō deum. Secūdo cōsiderabat xp̄s et cognoscebat iudeoꝝ ingratificationē: de quoꝝ ingratitudine dolens in seipso: dicebat illud qd̄ ecclesia hodie decantat. Popule meus qd feci tibi: aut i quo cōtristaui te. Responde mihi. Ego ppter te flagellaui Egyptū cū primogenitis suis: et tu me flagellatū trādidisti. Ego te eduxi de egypto demerso pharaone in mare rubrū: et tu me tradidisti principibus sacerdotū. Ego ante te preiui in columna nubis: et tu me adduxisti ad pretorium Pilati. Ego te paui māna per desertū et tu me cecidisti alapis et flagellis. Ego dedi tibi sceptrū regale: et tu modo capiti meo coronā spineam. Ego propter te Chananeoruȝ reges pcussi: et tu percussisti arūdine caput meū. Ego te exaltaui magna virtute: et tu me suspendisti i patibulo crucis. Tertio cognoscebat et cōsiderabat christus in cruce multorū incompassionē Sciebat eteniȝ quotquot futuri erat qui nō solū sibi compati non debebant: verum etiaȝ et crucem ipsam et passionem ipsius forent derisuri.

Verbum namq; crucis vt apostolus inquit per
euntibus quidem stultitia ē. O quot nunc mira
biles vt sic dicā: viri & mulieres inter xp̄ianos
reperiuntur: qui hodie passionem xp̄i recolētes
nec minima pietate flectūtur: nec curant dare
operam vt i commemoratione tanti mysterii: &
si non oculis corporis: saltem oculis mētis fle
ant & lachrymentur. Quinimo multi sunt q aut
luxuria aut auaritia aut sui ebria excecati dñm
iesū xp̄m habent in derisum: rursus sibi crucifi
gentes filium dei: pro quibus omnibus ipse mi
tissimus dñs sua charitate dolore attrahebatur
vehementer.

Quō xp̄s vehemēter doluit dū inclinato capi
te emisit spiritum: & de lamētatione mr̄is eius.

Tertij articuli dolor quartus.

Quartus dolor tertij articuli dicitur se
parationis. Doluit dominus ih̄s xp̄s dū
clamat ad patrem dicens. In manus
tuas dñe cōmendo spiritū meū: & inclinato capi
te tradidit spm̄. Vbi Caso. ait. Per h̄ q̄ mori
ens vocem emisit magnam: apertissime se veruz
deū eē ostendit. Qm̄ homines cū moriuntur
vix tenuem vocem emittere possunt: Caput au
tem inclinauit: vt ex modo moriēdi ostenderet
q̄ moriebatur ex obedientia patris. Cōproba
ta fuit veritas mortis eius vt patet ex textu euā
gelii. Iudei. n. quoniam parasceue erat. i. dies
veneris: in cuius vespera incipit solēnitas se
quentis sabbati: vt non remanerēt in cruce cor
pora sabbato. Erat enim magnus dies ille sab
bati: & propter se: & propter pasce solēnitatem:
rogauerunt Pilatum vt frangerentur crucifi
xorū crura: & de cruce tollerentur eorum cor
pora. Venerunt ergo milites & fregerunt cru
ra latronum. Ad iesum autem cū venissent vt
viderunt eum iam mortuum non fregerūt ei⁹
crura. Sed vnus militum lancea latus eius a
peruit: & continuo exiuit sanguis & aqua. San
guis ad nostram redemptionez. Aqua ad pec
catorum ablutionem. Sciendum tamen sc̄dm
Tho. 3. parte. q. 66. ar. 4. in r̄n̄sione ad tertiuz
argumentum. q̄ aqua illa non fuit humor flen
maticus vt quidam dixerunt: sed aqua miracu
lose egrediens a corpore mortuo: sicut & mira
culose prodit sanguis: ad comprobanduz veri
tatem dominici corporis contra Manicheorū
errorem: vt. s. per aquam que est vnum ex qua
tuor elementorum numero: corpus xp̄i ve fu
isse compositum ex quatuor elementis. Per sā
guinem vero ostenderetur esse compositū ex

quatuor humoribus. Itaq; post tot labores cru
ciatus & penas rex angelorū & dñs i crucis sup
plicio fuit extinctus. O quale nouū. Quo me
rito pro amore & pietate tanti dñi oēs hoīes lu
gere debent senes: & iuuenes: mulieres & viri.
Moueri siquidem debent eorum corda: cum
intuentur mortuum inter latrones benignum
iesum & matrez feminiuaz inter brachia Mag
dalene & Ioannis ac aliarum mulierum deuo
tarum cadentem. O q̄z durus esset qui tempe
raret a lachrymis: videns virginem illam iux
ta crucem interfectū filium lamentantem. Pu
to q̄ pre lachrymis & clamoribus precedenti
bus rauce facte fuerant fauces eius: tamen vo
ce qua poterat clamans dicebat. O fili mi vita
angelorum: quomodo extinctus es: & amplius
non loqueris. O fili mi lumen oculorum meo
rum: quis mihi det vt moriar pro te. O fili mi
cuius in conceptu partu & ortu tantam suscepi
letitiam: quomodo omnia mihi versa sunt i tri
sticiam. O pater eterne defleo & plango vnige
nitum filium tuum ac meum & pre dolore qua
si deficio. Adiuua me: & quasi dolore morue
mihi succurre: O gabriel angele. Et vbi sunt
verba que mihi dixisti. Dixisti nāq; mihi. Aue
.i. sine ve: & hodie circundederūt me angustie
vndiq;. Dixisti mihi q̄ eram plena gratia: &
hodie plena sum tot tribulationibus. Dixisti
mihi q̄ eram in mulieribus benedicta: & hodie
sum a iudeis maledicta. Dixisti mihi q̄ erat be
nedict⁹ fruct⁹ vētris mei: & ecce fruct⁹ ē hodie
crucis maledictuz. O me miserā tot penis atro
cissimus agitatam. Fleuit ergo hodie xp̄s salua
tor noster in cruce. Fleuit mater eius Maria
peccatorum oium aduocata. Fleuit Magdale
na. Fleuit Ioānes. Fleuit Petr⁹. fleuere dis
cipuli ceti. fleuit sol dū obscuratus ē. fleuit terra
dū contremuit. fleuit tēpli veluz dum scissum ē
fleuerunt saxa duz sunt scissa. fleuere sepulchra
dum sunt aperta. Plange ergo & tu o popu
le xp̄iane: & dum passionem xp̄i commemoras
age eis quas potes totis virib⁹ gratias: vt sic
ipse participes nos efficiat meritis sanctissime
passionis sue: qui cum patre & spiritu sancto vi
uit & regnat deus per immortalia secula seculo
rum. Amen.

Sabbato sancto de sepultura corporis chri
sti: & eius morte: quam semper animo reuolue
re debemus.

Sermo. .70.

Erat enim

Erat enim magnus dies ille sabbati. Scribuntur hec verba Jo. 9. c. Deuotissimus hic dies sabbati pia deuotione a nobis est recolendus: in quo domini nostri iesu christi mors occurrit non immerito contemplanda. Diximus namque in precedenti sermone quantis doloribus agitatus xps crucem pro nobis conscendit: ibique tradidit spiritum. Jn nunc vero ad declaranda sue mortis mysteria dirigendus est stilus. Neque enim quicquam aut deuotius aut conuenientius meditari hodie fideles possent. Propterea magnus dicitur dies iste sabbati: non solum secundum literalem intellectum iudeorum: verum etiam secundum mysticum spiritualemque intellectum. Magnificauit enim illum xps benedictus per mortem et sepulturam suam: de qua loqui volentibus tria mysteria se ingerunt declaranda.

Primum est ex parte carnis.

Secundum ex parte anime.

Tertium ex parte sepulture.

An caro xpi fuerit mortua: et an fuerit a diuinitate separata: et vtrum per mortem carnis sit mors attribuenda persone verbi. Capitulum. j.

Primum mysterium declarandum de morte xpi est ex parte carnis. Circa quam tripliciter dubitare contingit. Primo circa mortificationem. Secundo circa separationem. Tertio circa attributionem. Primo contingit dubitare circa mortificationem: vtrum scilicet per separationem anime a corpore xpi caro eius fuit mortua. Et quod sic patet: quia in symbolo dicitur de christo quod mortuus est et resurrexit. Et hoc cantat ecclesia cum dicit. Jpse enim verus est agnus: qui abstulit peccata mundi: qui mortem nostram moriendo destruxit: et vitam resurgendo reparauit. Dominus autem Bona. di. 21. tertii. dicit quod caro illa fuit mortua: eo quod caruit vsu et complemento vite: res enim corporalis non est viuificabilis nisi ab aliqua forma spirituali ipsam complente: et sibi proportionabili. Quoniam ergo in ipsa separatione anime caro christi caruit huiusmodi forma ideo vere mortua fuit. Et quamuis haberet diuinitatem vnitam: non tamen ab ea viuificabatur: non propter defectum a parte viuificantis: sed propter improportionem a parte viuificabilis.

¶ Secundo contingit dubitare circa separationem. Vtrum scilicet in morte caro christi fuerit a diuinitate separata. Et respondent doc. quod non. Unde Leo papa in sermone inquit. Tanta est vnio dei et hominis: vt nec supplicio posset dirimi nec morte disiungi. Et Aug. contra Felicianum. Xps in sepulchro carnem suam non deseruit. Que verba magister sen. ponit in litera di. 21. tertii. Quare autem non fuit diuinitas a carne separata secundum Bona. potest esse ratio triplex. videlicet liberalitas ex parte assumentis. dignitas ex parte assumptibilis. et vtilitas ex parte assumptionis. Liberalitas inquam ex parte assumentis: quia quando deus dat aliquod donum: non subtrahit illud sine culpa. Si ergo nulla culpa interuenit: non decuit diuinam liberalitatem carnem quam sibi liberaliter vniuerat a se separare. Dignitas etiam ex parte assumptibilis fuit in causa: quia sicut caro illa propter sui dignitatem non debuit videre corruptionem: ita nec ipsam decuit a verbo separari. Utilitas autem ex parte assumptionis ad hoc ipsum faciebat. Ad hoc enim fiebat illa vnio diuinitatis ad humanam naturam: et carnis ad animam: vt procuraretur nostra salus. Et quoniam separatio anime a carne ordinabatur ad hoc vt nostra salus procuraretur: separatio autem carnis a diuinitate ad nihil vtilis erat. Jdeo firmiter est tenendum quod nunquam diuinitas fuit a carne illa sanctissima separata. Tertio contingit dubitare circa attributionem. Utrum scilicet propter mortem carnis sit mors persone verbi attribuenda. Et respondent doc. theologi quod absque dubio concedendum est filium dei pro nobis fuisse mortuum: prout in symbolo dicitur. Quod etiam Ambrosius expresse testatur. d. Tantum fuit peccatum nostrum vt saluari non possemus: nisi vnigenitus dei filius moreretur pro nobis debitoribus mortis. Hoc autem sibi vere attribuitur: non secundum naturam diuinam sed secundum humanam: non per essentiam: aut per inherentiam: sed per idiomatum communicationem: et hoc in nullo derogat diuine dignitati: et multum consonat pietati. Nullum enim verbum maioris dignationis et clementie resonare potest in auribus cordis nostri quam quod vnigenitus dei filius pro nobis sit mortuus: quod vt predictum est intelligi debet non secundum naturam diuinam sed humanam per idiomatum communicationem: quia vt inquit Aug. quem magister inducit in textu. Si quis dixerit atque crediderit deum passum anathema sit.

An anima christi fuerit a carne separata etiam

separata diuinitate: et an post instans separatio
nis sit effecta impassibilis: et an ex benignitate
descendit ad inferos.

Capitulum. .3.

Secundum mysterium declarandum
de morte christi est ex parte anime. Cir
ca quā adhuc cōtingit triplicit dubitarē.
Primo circa separabilitatem. Secundo circa
impassibilitatem. Tertio circa benignitatem.
Primo contingit dubitare circa separabili/
tatem. An. s. anima christi a carne separata fue
rit etiā separata a diuinitate. Et respondet ma
gister sententiarum quem sequūtur ceteri theo/
logi di. 21. q sicut nūquā fuit diuinitas separa
ta a carne ita nec ab anima. Unde Joh. Da/
ma. inquit. Si mortuus est vt homo: et sancta
illa anima ab eius corpore diuisa est: diuinitas
tamen inseparabilis ab vtroqz permansit. Ra
tio autem huiusmodi inseparabilitatis scḋ Bo
na. potest esse triplex. Prima quia deum nō
decebat: qui indissolubili matrimonio animaz
illam sibi copulauerat. Unde sicut non decet vi
rum relinquere vxorem: sic non decuit verbuz
ab anima separari. Secunda ratio est: qz no/
bis non expediebat: eo q si facta fuisset separa/
tio: anima illa non habuisset potentiam ad eri/
piendum genus captiuum: nec mediatricis ef/
fectum ad reconciliandum: et neutrum erat no
bis expediens. Tertia ratio est: quia anime il
li non congruebat, tum quia erat innocentissi/
ma. tum quia erat beatissima. Quia enim bea/
tissima erat nolebat a verbo separari: et quia in/
nocentissima non poterat contra voluntatē su
am separari ab eo: quia iam punita fuisset sine
culpa. Hinc Dama. ait. Anathema sit qui di
cit verbum deposuisse qḋ semel assumpsit. Sz
contra hoc aliqui instant obiicientes illud Jo.
x. Potestatem habeo ponendi animam meaz
et iterum sumendi eam: ergo si iste sermo est p/
sone filii dei: videtur q filius dei animam de/
posuit in morte: ergo in morte anima fuit a ver
bo separata. Ad hoc respondet Aug. q verbū
illud est persone filiī dei ratione carnis assump
te. Erat enim in potestate eius separare animā
a corpore: et iterum corpori illam reunire. Ideo
aliud est ibi deponens: aliud vnde deponit. de
ponens est virtus diuina. vnde deponit ē cor
pus. Secundo contingit dubitare circa impas
sibilitatem. vtrum anima xp̄i post instans se/
parationis impassibilis sit effecta. Ad qḋ res/
pondet Boū. vbi supra. q ex certitudine aucto

ritatis hoc non est determinatum. sicut etiam
magister tangit. in. 3. di. 18. Uerūtamen ꝓba
bile est et rationi magis consonum: q stati post
separationem habuit impassibilitatem. Si eni
non patiebatur anima xp̄i nisi dispensatiue: et
propter nostrā salutē: si iam non erat tempus et
locus merendi iam anima xp̄i nō debebat nec
poterat pati: nec solum de anima xp̄i ꝓbabile ē
q statim post separationem a corpore facta sit i
passibilis: sed ēt de qualibet aīa viri sancti i qua
non reperitur reatus alicuius peccati. Et si di
cere: cur caro xp̄i non fuit impassibilis scḋ an
te resurrectionem: sicut et anima. Respondet
Boū. q hoc fuit ex duplici cā. Prima qdē
qz anima ꝓpinquior erat glorie qz caro. Erat
enim beata fm aliquaz sui partem. Secunda
vero causa: quia dilatio impassibilitatis in car/
ne faciebat ad fidei nostre confirmationem. vi
delicet vt ostenderet christus veraciter passus
et mortuus fuisse: non sic dilatio impassibilita/
tis in anima. Ideo magis dilata fuit in ipassi/
bilitas corporis qz impassibilitas anime ex di
spensatione diuina. 3° contingit dubitare cir/
ca benignitatē. vtrū. s. ex bēignitate anima xp̄i
descendit ad inferos. Et q sic pz: qz in symbo
lo apostolorum dicitur. Descendit ad inferos.
Et Act. 2. Quem deus suscitauit solutis dolo/
ribus inferni. Et Joh. Dama. ait. Descendit
ad inferna anima deificata: vt quēadmodum
his qui in terra sunt: ita et his qui in tenebris et
vmbra mortis sedent superluceret. Secūdum
tamen fm Boū. di. 22. tertii li. q nomine i fer
ni aliquando intelligit pena. aliquando locus
pene. et fm hoc dupliciter potest aliquis dici d
scendere ad inferos: aut qz descendit ad penā:
aut quia descendit ad locum pene. Primo mo
do non conuenit xp̄o. In eo enim non fuit pe
na damni: nec fuit pena sensus. Secūdo mo
do competit xp̄o. Descendit enim quantum ad
illam partem in qua erant illi qui detinebantur
merito peccati primi parentis: que quidē pars
consueuit limbus appellari. Ad illam inquam
partem descendit non compulsus necessitate:
sed sua voluntate et potestate. Ratio aūt quare
voluit descendere ad eripiendos illos qui deti
nebantur ibi compediti: cuz etiam posset face/
re hoc non descendendo: fuit duplex. videlicet
propter consolationem vinctorum: et propter
confusionem aduersariorum. ꝓpter cōsolatio
nem vinctorum: quia magna fuit eis consola/
tio d pñtia ipsius anime iesu xp̄i: et maxima fu
it dignationis

lı dignationis ostensio in hoc q̄ ipse personali ter voluit descendere ad eos. Fecit ēt hoc propter confusionē aduersariorū vt ipsi demones cōfunderentur ex sua pñtia: ⁊ sicut vicerat eos i terra in natura assumpta: sic anima eius de eisdem triūpharet apud inferos de eisdē ipsos in nitos expoliando. Descendit itaq̄ȝ anima illa ad consolandos scōs patres: ad leticiādos: ⁊ beatificandos. Viderūt nanq̄ȝ q̄ȝ primam illis se pñtauit diuinitatem eius. vnde in loco īfernali existentes habuerūt paradisum ⁊ aptam dei visionem: que nō est aliud q̄ȝ vita eterna. Sȝ adhuc quis querere posset vtrū anima xp̄i moram cōtrarit in īferno vsq̄ȝ ad horā resurrectionis. Et rñdet Boñ. ⁊ Ric. vbi. s̄. ⁊ Tho. 3. pte. q. 53. q̄ sicut xp̄s vt nostras penas in se susciperet voluit corpus suū in sepulchro poni: ita ēt voluit animam suā ad infernū descendere: corpus āt eius mansit in sepulchro p̄ diē integrum ⁊ duas noctes: ad cōprobandā veritatē mortis sue. Vnde ēt tantūdem credendū est animam eius fuisse in inferno: vt simul aīa eius educeretur de inferno: ⁊ corpus de sepulchro. Ex quo Aug. 18. li. de ci. dei. c. 44. ait. Propheta in ventre ceti triduo fuit: ⁊ tamen illum significauit in profundo īferni triduo futurū qui dñs ē oium ,pphetarum. Et in li. de fide ad Petrum de aīa xp̄i loquēs dicit. Ipsi de īferis die tertio reuertente: idem deus ƀm carnē qua i sepulchro iacuit: de sepulchro resurrexit. Sȝ nōnulli arguunt: qr̄ Luce. 22. xp̄s dixit latroni. Hodie mecū eris i padiso: ergo videtur q̄ aīa xp̄i illa die qua mortuus est fuit in padiso: ⁊ sic descendens ad infernū nullā morā ibi contraxit. Ad quod rñdet Aug. exponens verbū p̄dictum q̄ nomine padisi non itelligit̄ ibi locus empyrei nec locus paradisi terrestris: sȝ ip̄a apta ⁊ clara visio ,psius dei. De hoc vero descensu xp̄i ad īferos sic pulchre loq̄tur Augu. i quodam sermone. Mox vt christus spm̄ tradidit vnita sue diuinitati anima ad īfernorū ,pfunda descendit: cūq̄ȝ tenebrarū terminū quasi quidā depredator splendidus ac terribilis attigisset: aspiciētes eū impii ac tartaree legiones territi i quirere ceperunt. d. Vnde ē iste tā fortis: tā terribilis tā splendidus: tā p̄clarus. Mūdus ille qui nobis subditus fuit: nūq̄ȝ nobis taleȝ mortuum misit: nūq̄ȝ inferis talia munera destinauit. Quis ergo iste q̄ sic intrepidus nostros fines ingreditur: ⁊ non solū nostra supplicia nō veretur: verum etiam ⁊ alios de vinculis nostris absoluit. Ecce ipsi qui sub nostris solebāt suspirare tormentis insultant nobis de perceptione salutis. Et non solum iam nihil verentur sed insuper nobis minantur. Nunquaȝ hic sic mortui superbierunt: nec aliquando sic leti potuerunt esse captiui. Vt quid huc istuȝ adducere voluisti o princeps noster. Periit oīs leticia tua: in luctum conuersa sunt gaudia tua: dum tu christum suspendis in ligno: ignoras quanta damna sustineas in īferno. Post istas crudelium voces infernalium: ecce innumerabiles sanctorum populi lachrymabili voce clamabant. Aduenisti redemptor mundi: aduenisti quem desiderantes quotidie expectabamus. Descendisti pro nobis ad inferos: noli nobis deesse: cum reuersus fueris ad superos. Ascende domine iesu inferno spoliato ⁊ auctorem mortis suis vinculis irretito: ⁊ redde iam leticiam mundo. Succurre inquiunt: iam seuas extingue penas: ⁊ miserando resolue captiuos: dum hic es absolue reos: cum descenderis defende tuos. hec ille. O quam ingenti leticia animarum in limbo existentium tunc mētes perfuse sunt cum viderunt benignissimum iesum tam diu expectatum: tam diu desideratum: tam diu deniq̄ȝ acclamatum. Viderunt inquam animam eius ⁊ diuinitatem: cui erat vnita. Viderunt christum redemptorem mediatorem ⁊ glorificatorem suum: neq̄ȝ locus ille etiam luce corporali ex presentia anime christi illustratus. vt Ricar. dicit erat eis amplius penosus. Expectauerunt ergo vt predictum ē anime ille sancte cum summa leticia in eodeȝ loco tempus resurrectionis christi.

Qualiter christus depositus fuit de cruce ⁊ de afflictione matris eius: necnon ⁊ de eius sepelitione. Capitulum. 3.

Ertium mysterium declarandum de morte christi est ex parte sepulture. Ad quam pie volentes attendere tria considerare debemus. Primo subuentionem. Secundo afflictionem. Tertio sepelitionem. Primo considerare debemus subuentionem: qualiter scilicet Joseph ab aramathia ⁊ Nicodemus licentia a Pilato obtenta: deposuerunt christum de cruce. Ipsi enim qui erant discipuli occulti iesu ferentes secum instrumenta venerunt ad crucē: ad cuius pedes iacebat mesta mater cum Maria magdalene ⁊ Maria iacobi: ⁊ matre filiorum zebedei: ⁊ euangelista Joanne: ceterisq̄ȝ mulieribus que

cute fuerant Jesu3 a galilea ministrãtes ei: vt
Matheus refert. Cum autẽ Joseph ꝛ Nico
demus virginem reuerenter salutassent lachry
mantibus oculis ei dixerunt. Venimus. o ma
ter mesta: vt filium tuum ꝛ magistrũ nostrum
deponamus de cruce: recondamusq3 vt mos
est bone ?fice in sepulchro. O pietas cõmẽda
bilis bonorum virorum nobiliũ. o deuotio digna
laudum Joseph ab aramathia: qui a pilato pe/
tijt vt sepelire posset preciosu3 corpus iesu. Sz
si quis qreret quare ꝓ huiusmodi licentia nul/
lus ex. iz. accessit: sed solũ iste Joseph. Respon
det Crisostomus q nullus audebat sicut iste: q
insignis iudeorum erat: ꝛ Pilato notus. Di/
cebatur etiã ille Joseph ab armathia: ex quo lo3
dixerat: vt ait Beda ipsa est ciuitas: que primo
Reg. dicit ramatha de qua fuit Samuel. Se
cundo cõsideremus afflictionẽ. Surgẽs Ma
ria mater cũ anxietate multa brachia extẽdebat
vt d lectũ filiũ3 tãgere posset. Et cũ auulsi fue/
runt claui de manibus ꝛ pedibus suscepit cum
contristantiũ auxilio eũ inter brachia sua: inde/
q3 in terrã positu3 adorabat eũ. Deinde cũ mul
ta charitate dolore mixta cõtractabat sua sancti
sima mẽbra: tangebat caput: ꝛ spineã corona3
extrahebat ab illo: osculabat illud multipliciter
perforatũ: ꝛ cruore respersu3: atq3 dicebat. O
caput dignu3 diademate ꝛ corona imperiali: q3
turpiter coronatu3 te vidi hucusq3 corona spi/
nea: inspiciebat liuidam facie3: ꝛ in illã merens
ꝛ lugens osculabatur ram atq3 subdebat. O de
cora facies ꝛ speciosa nimis: ex qua per tot an/
nos tantũ gaudiũ suscepi: quomodo facta es vt
leprosa. Suscipiebat deinde ipsius manus
amorose osculans illas referens semp pijssima
verba cõpatiẽde querele. Sic etiã ꝛ latus aper
tu3 tangebat manu osq3 illi applicabat. Fili in/
quiens mi q3 dira fuit crudelisq3 manus illa: q
te lancea pforauit: nec puto posset aliquis plene
inuestigare qualiter virgo depositũ de cruce fi
lium dolenter lamentabatur. Magdalena etiã
ꝛ Joseph ꝛ Nicodemus: ceteriq3 astantes pre
cõpassione flebant ꝛ ipsi. Tertio cõsideremꝰ
sepelitione3 qualiter hora cõpletorij iam iminẽ
te Joseph ꝛ Nicodemus instabant vt corpus
sepeliret. Quare Nicodemus protulit mixtu/
ra3 myrrhe ꝛ aloes quasi libras centũ: ꝛ l3 tali
vnctione a putrefactione conseruatiua xps nõ
indigeret: quoniã corpus eius corrũpi nõ po
terat nec debebat: tamẽ Nicodemus hoc non
intelligens ex deuotione sua ad vngendũ corpꝰ
xpi tulit vnctionẽ predicta3. Acceperunt ergo
corpus iesu: ꝛ ligauerunt eũ lintheis. i. pannis
lineis inuoluerunt cũ aromatibus: sicut mos ẽ
iudeis sepelire. Erat autẽ in loco vbi crucifixꝰ
est hortus: ꝛ in horto monumentu3 nouum: in
quo nõdum quisq3 positus fuerat. Ibi ergo ꝓ
pter parasceue3 iudeorum: q2 iuxta erat monu/
mentu3 posuere iesum: que omnia in mysterio
facta sunt. Nam vt inquit Tho. sepeliri voluit
christus rationabiliter. primo quidẽ ad cõpro/
bandam veritate3 mortis. Non enim aliqs in
sepulchro ponitur nisi qui iam vere mortuus ẽ
Unde Pilatus vt habetur Marci. 15. anteq3
cõcederet xpm sepeliri diligenti inquisitione co
gnouit eũ esse mortuũ. Secũdo q2 ꝑ hoc q xps
de sepulchro resurrexit datur spes resurgendi
per ipsum his qui sunt in sepulchro: s illud
Joh. 5. Omnes qui in monumentis sunt au/
dient vocẽ filij dei: ꝛ qui audierint viuent. Ter
tio ad exemplu eorum qui per mortẽ xpi spiritualit
ter moriunt peccatis: qui. s. abscondunt a con/
turbatione hominũ. Unde dicit Col. 3. Mor
tui estis ꝛ vita vestra abscondita est cũ christo.
Modus etiã sepeliendi rationabilis fuit. Na3
in horto sepultus est ad designandũ q ꝑ mortẽ
ꝛ sepultura3 eius liberamur a morte qua3 in/
currimus ꝓpter peccatũ Ade in horto paradi
si cõmissum. In aliena etiã positus est sepultu
ra: vt dicit Aug. in quodã sermone: quia ꝓ alie
na moriebatur salute: ꝛ etiam ꝓpter abundan/
tiam paupertatis pro nobis suscepte. Nã q do
mu3 in vita non habuit vt Theophilus refert:
post mortẽ quoq3 in alieno sepulchro reconditur:
ꝛ nudus existens a Joseph cooperitur. Erat
insuper monumẽtũ nouũ: vt hiero. ait. ne post
resurrectionem ceteris corporibus remanenti/
bus surrexisse alius fingeretur. Et vt August.
dicit. Sicut in marie virginis vtero nemo an
te illũ: nemo post illum conceptus est: ita i hoc
monumento nemo ante illũ nemo post illu3 se
pultus est. Aduolutum etiã fuit saxum magnũ
ad monumẽti hostiũ: vt sic appareret omnimo
da veritas sepulture sue. Quare vt participes
simus mortis ꝛ sepulture christi: sepeliamus ꝛ
nos vitia nostra atque peccata: sicque cõsurge/
mus cu3 ipso accipientes hic gratiam: ꝛ in futu
ro beatã gloriam. Amen.

Dominica resurrectionis domini nostri ie/
su christi: de iocunditate particulari: generali: ꝛ
maternali resurrectionis eius.

Sermo. 71.

Hec dies

pfectiuo pōt habere sue v̄tutis operatões. Sȝ anima beata p sui corporis resumptionē habebit perfectiorē essendi modū ꝙ̄ꝫ modo: q2 omnis pars habet pfectiorē modū essendi in toto ꝙ̄ꝫ separata: ideo habebit pfectiorē naturalē virtutem ꝙ̄ꝫ modo. Preterea natura recta nō appetit naturaliter habere aliquid quo habito nō fieret pfectior secundū modum essendi nec fm virtutem: sed si cuiuslibet anime beate est natura recta: ⁊ qlibet naturaliter appetit resumptionē corporis ,ppriȷ: ergo per illam resumptionem quilibet fiet perfectior fm essendi modum vel fm virtutē. Perfectiorē ergo habebūt anime essendi modū ⁊ virtutem post reassumptionē corporū ꝙ̄ꝫ ante: ⁊ p cōsequens maiorē beatitudinem: q2 autē anima in corpore corruptibili imperfectiorē habeat suā operationē naturalem ꝙ̄ꝫ separata hoc est p accidens. s. ratione corruptibilitatis corporis. Quia vt dicit Sap. 9. Corpus quod corrumpit aggrauat animā. Sȝ vt dicit Aug. 12. sup Gen. versus finē. Cum anima hoc corpus iam nō animale: sȝ p futurā cōmutationē spirituale receperit: perfectū habebit nature sue modū obediens ⁊ imperans: vinificata ⁊ viuificans tam ineffabili facilitate: vt sit ei glorie quod fuit sarcine. Erit itaqȝ i illa generali resurrectione supadmiranda leticia ⁊ iocunditas amicoꝝ dei: qui et affectu experient ꝙ̄ꝫ fructuosum est ,ppter xp̄m quoscūqȝ subire labores. Econuerso vero dānati miseri ex pene acerbitate cognoscent quāta est stulticia: quāta demētia negligere animā: ⁊ fouere corpus: cōtemnere celū ⁊ querere mundū: resistere deo et seruire diabolo. Sollicite igit̄ ,puidendū est vt ab ipsis impiȷs separati p bona opera ⁊ verā penitentiā annumerari valeam⁹ angelicis choris ordinibusqȝ scōꝝ: collaudātes ⁊ bñdicētes deū p imortalia secula seculoꝝ. Amē.

Finis quadragesimalis.

Sermo in festo annunciatiōis v̄ginis Marie eiusdē Roberti cū aliȷs sermonibus sequentibus: scilicet de p̄destinatoꝝ numero: ⁊ dānatoꝝ: ⁊ de catenis: ⁊ sic de aliȷs qui sequuntur

n Etinceas Maria: inuenisti .n. grām apud deū. Lu. i. Sacratissime solemnitatis hodierne p̄conia digna laude ingenioli paruitatem deterrent: ⁊ inde orit̄ difficultas fandi vbi adest ratio non tacendi. Quia omnes huius seculi homines v̄ginē deum et hominē in vtero suo recipientē in hac die precipua reuerentia extollere debēt. Quāobrē ⁊ loqui difficile ⁊ tacere videt̄ ingratū. Verūtamē sicut possumus in meritis beatissime dñe cōsiderantes sacratissime annunciationis sue mysteria enarremus: si qd ibi fuerit in dicendo diminutū cōpatiet̄ ⁊ ipsa fragilitati nr̄e. Audacter itaqȝ ad nostrā deuotionē circa huius diei solemnitatē dirigimus sermonē. Hec siquidē dies est in qua pro humani generis salute dei filius v̄ginalē ingressus est vterū. Hec dies ē in q̄ angeli leti facti exultauerūt i iubilo. Hec dies est in qua p vniuersum mundū melliflui facti sunt celi. Quare vt possimus mentes nr̄as feruentius deuotioni subiȷciam⁹: qđ vt melius ⁊ deuotius facere possimus de hac bñdicta solemnitate dicere statui: que annūciatio v̄ginis gloriose ab ecclesia nuncupat̄: eo q2 ipsa virgo inuenit hodie gratiā: nō solū sibi: sed cunctis gentibus: sicut verba ,pposita dicunt in qb⁹ de hac annunciatione aliqđ loqui cupientes tria possimus mysteria cōtemplari.

Primū dicit̄ missionis.

Secundū dicit̄ annunciationis.

Tertiū dicit̄ cōsensionis.

p Rimū mysteriū cōtemplādū dr̄ missionis: de quo Luc. i. c. dicit̄. In mense 6. missus est angelus Gabriel a deo i ciuitatē galilee cui nomē nazareth: ad virginē desponsatā viro: cui nomē erat Joseph de domo Dauid: ⁊ nomē v̄ginis Maria. In qb⁹ verbis licet multa possint cōsiderari: nihilominus cā breuitatis quinqȝ consideratōes de hac missione poterunt notari.

Prima dicit̄ quādo.

Secūda dicit̄ quis.

Tertia dicit̄ a quo.

Quarta dicit̄ ad quē locum

Quinta dicit̄ ad quā psonā.

Prima cōsideratio dicit̄ qñ. Vñ dr̄ i euangelio: i mēse. 6. fm Nico. de lira. s. a cōceptu p̄cursoris: q2 fuit cōceptus in septēbri circa finē mensis. Saluator aūt circa finē Martiȷ. s. 25. die fm Berñ. Fuit autē hic mensis cōueniēs vt in eo filiȷ dei fieret incarnatio ,ppter tria.

Primo ,ppter nouitatē.

Secundo ,ppter delitiositatem.

Tertio ,ppter cōformitatē.

Primo fuit cōueniens hic mensis propter nouitatem. Nam ait ysidorus. 5. libro. ethimol. q2 martius appellatur propter Martem

remane

romane genti o auctorez: z dicitur quasi mēsis nouarum. Conuenienter ergo tali tempore debuit cócipi: q auctor est mundi. In cuius cóceptione facta sunt a deo quattuor noua. Primuz nouū est angeli salutatio. Unde Berñ. i sermone de annunciatione dicit. Iniungitur noua legatio angelo: z nouā virgo professa virtutez noue salutatiōis honoratur obsequio. hec ille. Et Hierony. in sermone de assumptione. Cogitis me zc. Nō simplex vl cōsueta fuit ista salutatio sed omni admiratione digna. Secundū facta est noua sine viro virginalis conceptio. Ideo Berñ. in quodā sermone de pent. ait. Substantialiter vtero virginis elapsus: de spiritu sancto cóceptus est xp̄s. O noua miracula. Cōceptus fuit sine pudore: partus sine dolore: mater sine corruptione. Tertiū facta est noua tāte maiestatis abbreuiatio: qr Ber. sup missus est inqt In cōceptu pruq; virginali noua ac mira, pfecto incipit qui diligenter inquirit. Porro ibi agnoscitur longitudo breuis: latitudo angusta: altitudo subdita. Et Hiero. ad Pau. z Eusto. vere nouū z omniū nouitatuz supereminens nouitas virtutū: quādo deus quē ferre nō poterat mundus: neq; videre aliquis vt viuere possit sic ingressus est hospitiuz ventris vt corporale claustruz nesciret: sicq; gestatus vt totus deus in eo esset. Quartū facta ē noua omnis creature renouatio. Quippe omnis creatura antiquata erat: z a pprio vsu elongata: qr post primuz peccatū nulla creatura habuit vsuz suuz debituz. Facta est eniz vt homini fuiret existēti sine peccato z subdito deo: quādo ergo hō peccauit z iaz mysteriū creaturarum renouatōis creatura debito vsu caruit. Nūc autē est restituta: qa xp̄o homini oīs creatura exhibebat fuiutē zc. z sicipletuz est illud Apoc. 21. Ecce noua facio oia. Secūdo fuit hic mensis cōueniēs pter delitiositatē. Naz tpe veris z mense nouorum solent qdā flumina principalia iundare: vt Phison z Trigis: sic modo flumina spiritualiū charismatū z donorum. Unde Eccl. 28. Ego sapiētia effudi flumina. s. gratie z scientie. Ideo hysidorus. 5. ethimol. dicit. Ver dictū est qr viret tūc post hyemē vestit tellus herbis: z flore cūcta replent. Et phs dicit q ver est pictor terre: istud tempori gratie cōuenit: post hyemē culpe ista aruit herba zc. Tertio fuit hic mēsis cōueniens pter cōformitatē. Tali enim mēse vetus Adaz est de limo formatus: z in paradiso collocatus: z inde pter preuaricationez expulsus. Tali ergo mense fieri debuit reparatio per nouū Adā. Unde z tunc est xp̄s incarnatus: z in paradiso vteri virginalis collocatus vt multo melius operaretur: z custodiret illud. Eodem insup die quo vetus Adā suos p lignū damnauit: nouus Adā eos p lignuz reparauit. Dicit eniz q Adā in mane creatus hora nona peccauit. O Adā vbi es. O adā ecce iā incarnat ē filij dei tua oia mala finient. Secūda cōditio dicitur quis. s. missus est: z dicitur angelus Gabriel. Quare autē per angeluz facta sit ista salutatio triplex ratio sumi potest.

Prima ex parte dei.
Secunda ex parte angeli.
Tertia ex parte virginis.

Prima ratio sumit ex pte dei: vt fuaret ordo quē ipse statuit: quo mediātibus angelis diuina hominibus ministrarent. Hec est regula Dionysij in li. de angelica hierar. q ait. Dñicū benignitatis mysteriū angeli primū edocti sunt postea p ipsos ad nos cognitionis gr̄a trāsiuit: Secūdū eniz hysidorū. 7. ethimol. Angeli grece vocant hebraice Malaboth. latine vo nūcij interpretant: ab eo q dñi volūtatē populis nūciant. Angelorum aūt vocabulū officij nomē ē nō nature. Semp. n. spiritus sunt: sz cū mittunt vocant angeli: qbus ideo pictores licētia pennas faciunt vt celerē eorum in cūctis discursuz significet. Angelus ergo nūcius dicit: qr ad virginē missus ē ad annunciādū mysteriū incarnatiōis filij dei. Sz cōtra hoc dici posset: qr qd supra dicit non fuit cōgruū. Nā vt dicit Diony. in li. cele. hierar. supremis angelis fit reuelatio immediate a deo, pter ipsorum dignitatē. Sz mater dei ē sup oēs angelos exaltata: ergo videt q imediate a deo debuerit sibi annunciari incarnationis mysteriū: z nō p angeluz. Ad qd rñdet beatus Tho. 3. pte. q. 30. q mr dei supior erat q̄tū ad dignitatē: ad quā diuinitus eligebat: Sz q̄tuz ad statū p̄sentis vite inferior erat angelus: qr ipe xp̄s rōne passibilis vite modico ab angelis minoratus ē: vt dicit Heb. 2. c. Sz tñ qr xp̄s fuit sil viator z cōprehensor q̄tū ad cognitionē diuinorum nō indigebat ab angelis instrui. Sz mr dei nō erat in statu cōprehensorum: ideo de diuino cōceptu p angelos instruenda erat. Et si ad huc obijciat q beata virgo ex lumine grē z fidei cognoscebat dei filiū incarnādū z credebat hoc fidelissime q̄ i vtero mris fuerat sanctificata. Iō nō videt q tale mysteriū debebat ei p angeluz reuelari. Ego dico q lz fidē de mediatore virgo

habuerit ante annunciationē angeli: verū tñ ex humilitate cordis sui nunq̃ʒ cogitauit se ad tale mysteriū sublimandā: igit̃ ante hoc debuit premoneri. Secūda ratio sumit̃ ex pte angeli: vt ostenderet se iuuare humanā naturā ⁊ eius q̃rere salutē: sicut diabolus im̄pulerat ad pdūnonē̄ ⁊ sicut prima suggestio fuit a diabolo: sic annūciatio saluatoris fieret ab angelo. Et hanc rationē posuit Beda in omelijs. A pñi humane restaurationis principiū vt angelus a deo mitteretur ad virginē ptu cōsecrandā diuino: q: prima pditionis humane cā fuit: cū serpens a diabolo mittebat̃ ad mulierē spiritu superbie decipiendam. Tertia ratio sumit̃ ex pte virginis. Primo vt ex tali nuncio mens eius eleuaretur in deū ⁊ sic ardenti charitate flammesceret: vt prius per amorē eū cōciperet mente q̃ʒ corpore Unde Aug. li. de virginitate ait. Beatior est Maria cōcipiendo fidē xp̄i: q̃ʒ cōcipiendo carnē xp̄i. Et post subdit. Materna ꝓpinquitas nihil Marie profuisset nisi felicius xp̄m corde q̃ʒ carne gestasset. Secūdo vt eius puritas ostenderetur. Ideo Hiero. in sermone de assumptione ad Paulā ⁊ Eusto. ait. Bene angel⁹ ad virginē mittit̃: q: semp est angelis cognata virginitas. Tertio vt esset certior testis huius sacramēti: quādo sup hoc sacramentū erat instructa. Dicebat̃ ergo nunc ius angelus Gabriel. Secūdū Hiero. hoc nomē Gabriel pōt multipliciter interpretari. Primo virtus nostra deus. Secūdo fortitudo dei. Tertio cōfortauit me de⁹ Quarto cōfortatio dei. Missus est ergo angelus Gabriel: q: virtute diuina cōcepit virgo nō humana. Secūdo q: diuina fortitudo magis videt̃ ostensa fuisse in ista annunciatione q̃ʒ in mundi creatione. Plus enim distat de⁹ a qualibet creatura sua q̃ʒ creatura a nihilo. Ideo dr̃ in. c. damnam⁹. extra de sum. tri. ⁊ fi. ca. Inter creatorē ⁊ creaturam nō pōt tanta dissimilitudo notari quin inter eos sit maior dissimilitudo notāda. Plus ergo fuit facere hominē deū q̃ʒ producere de nihilo mundū. Tertio angel⁹ cōfortauit virginē. Quarto p eius annunciationē cōfirmatū est cor virginis. Tertia consideratio dicit̃ a quo. Dicit tex. euangelij: a deo. Sed pie mens humana dubitare pōt cur non statim post peccatū operatus est deus salutē humanā: ⁊ carnē non assumpsit de virgine. Ad qd̕ assignari possunt tres rationes.

Prima ꝓpter peccati punitionē.
Secūda ꝓpter morbi curationem.
Tertia ꝓpter christi honorationē.

Prima ratio quare tantū distulit incarnari filius dei dicit̃ ꝓpter peccati punitionē. Nā in hoc manifestat̃ diuine iusticie seueritas: q̃ tantos clamores ⁊ luctus hominū tanto tēpore sustinuit anteq̃ʒ vellet descendere: ⁊ ipse Adā cū posteritate sua tāto tempore expectauit in limbo exulans a paradiso: q: diuina iusticia nihil inultū relinquit. Secūda ratio est ꝓpter morbi curationē. Nā peccatū qd̕ homo cōmiserat ex superbia prouenerat. Ideo per humilitatē liberandū erat: qd̕ fieri debuit vt homo se infirmū agnosceret: ⁊ liberatore indigere. Unde glo. sup. 3. c. ad Gal. Magno cōsilio factū est: vt post hoīs casum nō illico dei filius mitteretur. Reliquit. n. de⁹ hominē prius in libertate arbitrij in lege naturali: vt sic vires nature sue cognosceret: vbi cū deficeret legē accepit: qua data inualuit morbus nō lege sed nature vitio: ⁊ ita cognita infirmitate clamaret ad medicū: ⁊ gratie quereret auxiliū. hec ibi. Per totū itaq̃ʒ tempus illud quo venire distulit cū multa humilitate sancti patres ⁊ amici eius aduentū ipsius p̃cibus multiplicatis rogabāt. Facta enī erat ipsis ꝓmissio de incarnatione filij dei: ⁊ in fide mediatoris viuebāt. Quisnā non cogitet Adā ⁊ Euā post peccatū cōmissum ad penitentie lamenta se cōuertisse: quādo ecclesia sancta illos cōfitet̃ ⁊ ponit in numero electorū: qd̕ esse nō posset sine fide mediatoris. Ideo Aug. in li. de correptione ⁊ gratia dicit. Illa fides sana est: qua credim⁹ nullū hominē q̃ʒuiciq̃ʒ paruę etatis liberari a cōtagione mortis: ⁊ obligatione peccati: nisi p vnū mediatorē dei ⁊ hominē iesū xp̄m. Potes etiā rationabiliter credere q primus pater Adā: q ita sapiens cōditus fuerat post lamentū penitentie ⁊ recognitionē salutis sue in iesu nascituro de carne sua magna ⁊ mira reuerentia deū colebat: ⁊ colendū generationi electorū mādauit ad iesū in carne venturū: ⁊ ꝓ salute nr̃a moriturū ardentissimo suspirauit affectu: ⁊ alios docuit suspirare. Cū. n. Adā nōgētis ⁊ triginta annis vixerit sicut pʒ Gene. 5. Quāta putas documēta salutis de fide mediatoris dedit posteris. Quid Noe vir iustus atq̃ʒ perfect⁹ fecit qñ inundante diluuio saluū se recepit in archa. Quid Abrahā pr̃ cui facta ē de xp̄o repromissio. Quid Moyses legis lator. Quid sancti patres ceteri oēs ⁊ prophe. Nempe hi oēs agnouerunt morbū suū: imo omniū hominū q p xp̄m curari debebāt. O quāti dū
viuerent

viuerent in hoc seculo erāt illoꝝ gemit⁹. o quā
ta suspiria. o q̄ vehemētissima ⁊ ardētissima de
sideria post mortē corporis huius cū illuz tene/
brosum limbū inhabitarēt: sperātes in se p̄ chri
stuz reuocari ad lucē glorie p̄ tot milia annoꝝ.
O q̄ deuoti erāt ipsoꝝ clamores. Ueni dice
bant. veni ad liberādū nos dn̄e de⁹ virtutum.
Ostende faciē tuā: ⁊ salui erim⁹. Sed pudeat
et hoc deuotaz animā iam christi morte redem
ptam: ⁊ in suo sanguine lotaz nō delectari ⁊ nō
quiescere in recepto munere: qd̄ sancti patres
ita volebant vt nihil aliud viderentur nec cupe
re nec velle: nisi solū sibi exhiberi dilectū iesum
dei miseratione promissum. Unde. Ber. ser/
mone. 2. sup̄ Cantic. ait. Ardorez desiderij pa
trum suspirantū christū in carne p̄sentiā frequē
tissime cogitans cōpungor: ⁊ cōfundor in me/
metipso: ⁊ vix cōtineo lachrymas: ita pudet tor
poris miserabiliū tempoꝝ horuz. Cui nāqz no
strum tantā ingerat gaudiū gratie huius exhi/
bitio: quantā sanctis veteribus accenderit desi
derium promissioꝝ. hec ille. Patet itaqz nō in
conuenienter fore factū vt ꝓpter hominū humi
litatem tardaret filius dei incarnationē suam.
Tertia ratio quare tātū distulit incarnari fili⁹
dei est ꝓpter christi honorationē. Magna qp/
pe dignitas ⁊ vtilitas erat verbi incarnati: quā
vt merito vnusqsqz cognosceret per longā pre
conū seriē cōueniens erat. Ideo in glo. sup̄. 3.
c. ad Galatas dicit̄. Quāto maior iudex venie
bat: tāto preconū series longior p̄cedere debe/
bat. hec ibi. Debuerunt itaqz precedere de illo
incarnato vbo figure: ꝓphie: ⁊ alia q̄ in veteri
testamento relatu digna sunt vt verbi incarnati
excellentiā omnes aspicerent. Cū ergo omnia
cōpleta essent dei clemētia humano generi sub
uenire nō distulit: qnimo diffinito cōsilio ange
lum aduocauit: cui ambasiatā virgini exponen
dam imposuit dixitqz pater. Uade ad vginem
illā immaculatā purā ⁊ sanctā: quia illā in spon
sam eligo. Subiunxit filius. Et ego eā in meā
matrem eligo: de cuius purissimis sanguinib⁹
passibilem carnem assumā. Eroqz ei vnicus fi
lius: ipsaqz mihi dilectissima mater. Spirit⁹ san
ctus superaddidit. Et ego inhabitator ero su⁹
gratiosissimus: ⁊ operatione mea virgo in eter
num concipiet filiū. Quis dubitabit sine erro
re mirabili stupendaqz leticia exultasse celestes
hierarchias ⁊ angelicos choros quādo videbāt
totū mundū ad penitentiā in breui reditur pro
incarnatione filij. Si ipsis gaudiū est sup̄ vno
peccatore penitētiā agente. Letabant̄ ergo gau
debant ⁊ exultabāt benedicentes deū. O quā
gaudiū suauissimū: que p̄ tot milia annoꝝ i dā
natione derelicta fuerat humana natura iā assu
mitur in vnione p̄sone a filio dei: quare angel⁹
a domino mittit̄ ad suā sponsaz cui tā sublimia
sacramēta referre deberet. Quarta cōsideratio
dicit̄ ad quem locū: quia in ciuitatez galilee: cui
nomē Nazareth. Ponit̄ h̄ nomē loci ad deno
tandā certitudinem histoꝛie s̄m Nico. de lira.
Insup̄ vt adimpleret̄ prophetia Esa. xi. q̄ dicit
Egredietur virga de radice Jesse: ⁊ flos de radi
ce eius ascendet. Ubi secundū veritatē hebrai/
cam habet̄. Et Nazareus de radice eius ascen
det. Iste locus fuit cōueniens vt in eo annūcia
retur vgini diuinū propositū: q2 Nazareth in
terpretat̄ flos. Et floris est triplex cōditio: que
virgini competit.

Prima pulchritudo.
Secūda redolentia.
Tertia fructuositas.

Ponit has cōditiones deuotus Bern̄. in
sermone de assump. v. Cōmendant flores pul
chritudo: suauis redolentia: ⁊ spes fruct⁹ gratia
triplex. Prima ergo cōditio dicit̄ pulchritu
do: q2 flores sunt pulcherrimi. Sic ⁊ beata vir
go in omnib⁹ suis actionibus ex pte corporis ⁊
ex parte mentis. Unde Canti. 4. dicit̄. Tota
pulchra es amica mea: ⁊ macula nō est i te. Su
per q̄ verba Ugo de sancto Vic. dicit. Pul/
chra in corpore: pulchra in mente: corpore vni/
ca ⁊ mente sincera. Secūda cōditio floris ē re
dolentia ⁊ suauitas odoris. Sic ⁊ beata virgo
suauissimū reddebat suarum virtutum odorez.
Ideo in persona eius dicitur. Ecclesi. 24. In
plateis sicut cinamomū ⁊ balsamum aromati/
zans odorem dedi: quasi mirrha electa dedi sua
uitatem odoris. Fuit hic odor beate virginis:
exemplaris et immaculata vita. Unde Ambro
sius. libro. i. de virginitate ait. Ut virgula fu/
mi ex aromatibus mirrhe ⁊ thuris quia multis
erat repleta virtutuz odoribus: manās ex ea fra
grabat suauissimus odor etiam spiritibus ange
licis. Et Hierony. ad Pau. ⁊ Eusto. in ser
mone de assump. Uere hortus delitiarū bea/
ta virgo: in quo conserta sunt omnia florum ge
nera ⁊ odoramenta virtutuz. Tertia conditio
floris est fructuositas. Sic et a virgine floren/
tissima fructus ille dulcissimus exijt iesus be/
nedictus per cuius gustum omnes electi salui

funt. Ideo Eccli. 24. dicit. Ego mater pul/
chre dilectionis timoris et magnitudinis et san
cte spei. In me omnis gratia vie et veritatis.
In me omnis spes vite et virtutis. Transite ad
me omnes qui concupiscitis me: et a generationi
bus meis adimplemini. Spiritus enim meus
super mel dulcis: et hereditas mea super mel et
favu. Ipsa virgo flos est campi: de qua ortum
est preciosum liliu͠ conuallium per cuius partu͠ mu
tatur natura prothoplastoru͠: quo deletur et culpa
sm Augusti. in sermone de natiuitate virginis.
Quinta consideratio dicit ad quam persona͠: quia
ad virgine͠ desponsata͠ viro cui nome͠ erat Jo/
seph de domo dauid et nome͠ virginis Maria:
in quibus verbis tres huius sponse condictiones
nominantur.
Prima dicitur virginitas.
Secunda dicit societas.
Tertia dicit nobilitas.
Prima conditio sponse ad qua͠ angelus mit
titur dicit virginitas. Erat enim illa puella: que in
dei matre͠ eligebat virgo purissima. Congrue/
bat enim sic esse propter tria. Primo propter di
gnitate͠ patris seruanda͠. Cu͠ enim xp̄s sit verus
deus non fuit conueniens vt aliu͠ patre͠ haberet quam
deu͠: vt dignitas transferret ad aliu͠. Secundo
propter puritate͠ filij. Na͠ filius e͠ verbu͠. Ver/
bu͠ aute͠ absque omni corruptione cordis conci/
pitur. Quia ergo caro xp̄i sic fuit de virgine assu͠
pta vt esset caro verbi dei: conueniens fuit: vt
etia͠ ipse sine corruptione matris conciperetur.
Tertio fuit conueniens propter incarnationis fi/
nem. Na͠ ad hoc facta fuit incarnatio: vt homines
transferrentur in filios dei. Vn͠ Joan. c. 1. di
citur. Dedit eis potestate͠ filios dei fieri his qui
credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus
neque ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Per
carnem sm Nico. de lira: intelligitur hic mulier
Gen. 2. Os ex ossibus meis: et caro de carne
mea: quia femina pars principalis de ratione respe/
ctu viri. Filij ergo dei non debebant generari et
nasci voluntate carnis et viri. i. cognitione ma/
ris et femine. Ob qua͠ causam xp̄s de virgine
nasci debebat. Ideo Aug. in li. de virginitate.
ait. Oportebat caput nostru͠ insigni miraculo
sm corpus nasci de virgine: vt sanctificaret sua
membra sm spiritu͠ de virgine nascituris. hec
Tho. 3. parte. q. 27. Secu͠da conditio persone ad
qua͠ angelus mittit dicitur societas: quia virgo hec
sanctissima erat desponsata viro. Quod triplici
ratione conuenienter factum esse cognoscimus.
Prima ratio sumitur ex parte xp̄i: vt. s. ge/
nealogia eius consueto modo texeret per viru͠: vt
Ambro. dicit super Luc. secu͠do vt partus eius
diabolo celaretur sm Hiero. et Cri. sup math.
Tertio vt puer natus a Joseph nutriret. Vn/
de et pater eius dictus est: quia nutritius eius fuit
Secu͠da ratio sumit ex parte matris: vt. s. libe/
raretur ab infamia: et ne tanquam adultera lapida/
retur: et adiutoriu͠ haberet a Joseph sanctissimo
vt dicit Hiero. et Ambro. Tertia ratio sumit
ex parte nostri. Et prima est vt certius testimo
niu͠ haberemus ex xp̄o: quia de virgine fuit na/
tus. Unde dicit Ambro. sup Luc. Locuple/
tior testis pudoris maritus adhibet: qui posset
dolere iniuria͠: et vindicare opprobrium si non
agnosceret sacramentu͠. Secunda fuit: quia cu͠ ipsa
desponsata esset et virgo: in persona ipsius simul
virginitas et matrimoniu͠ honoraret: contra he/
reticos alteri istorum detrahentes. Tertia conditio
sponse ad qua͠ angelus mittitur dicit nobilitas
Propter hoc subiungit: de domo dauid. Ad
ostendendu͠ quod xp̄s descendit de domo et semi/
ne dauid: sicut fuerat per prophetas predictu͠. Li͠
enim Joseph non fuerit pater saluatoris: tamen
virgo Maria de qua xp̄s carne͠ assu͠psit: fuit
de eade͠ tribu cu͠ Joseph. Quod probat per hoc: quia
mulieres in hereditate paterna succedentes:
non poterant contrahere matrimoniu͠ nisi cum vi
ris de eade͠ tribu ne fieret confusio sortiu͠: vt ha/
betur Numeri. 36. c. Beata aut͠ virgo fuit vni
ca Joachim patri suo: succedens ei in heredita
te. Ex quo sequitur quod ipsa et Joseph fuerunt ex
eadem tribu. s. Dauid. Ex quo aperte monstra
tur nobilitas virginis. Equide͠ Math. i. ponu͠
tur ter quaterne generationes ab Abraham vsque
ad xp̄m, in quibus describitur quod beata virgo fuit
nata ex. 14. patriarchis et. 14. ducibus et. 14.
regibus secu͠du͠ quod dicit Nico. de lira. Et vt di/
cunt qda͠ hoc factu͠ fuit vt que nobilissima erat
virtute et gratia: nobilis esset et progenie. Ista
fuit illa benedicta virgo ad qua͠ celestis nuncius
e celo mittebatur a deo. O quam iocundu͠ nouum
sentiet in breui anima tua virgo benedicta. O quam
mirabile͠ gratia͠ consequeris. o puella sanctissima
que tantu͠ apud deu͠ meruisti vt te sola͠ eligeret:
de qua pro salute mundi assumeret humanam
carne͠. Festinat itaque angelus: et tota angelica
natura letante: fidelissimus nuncius ad virgine͠
properat.
Secundu͠ mysteriu͠ contemplandu͠ dicit
annunciatio. Et de hoc subditur. In/
gressus

gressus angelus ad eam dixit. Aue gratia ple na dñs tecum: benedicta tu in mulierib⁹. Que cum audisset turbata est in sermone eius ꝛ co/ gitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero ꝛ paries filium: ꝛ vocabis nomen eius iesuz. Hic erit magnus: ꝛ filius altissimi vocabitur. Et da/ bit illi dominus deus sedem Dauid patris sui ꝛ regnabit in domo Jacob in eternuz: ꝛ regni eius nõ erit finis ꝛc. Jn qbus verbis quinqz cõsiderationes ꝑ ordinem sunt declarande.
Prima dicitur apparitionis.
Secunda dicitur occupationis.
Tertia dicitur salutationis.
Quarta dicitur cognitionis.
Quinta dicitur confortationis.

Prima consideratio dicitur appitionis: qꝛ dicitur ingressus angelus. Circa quod querũt doctores. An angelus ille apparere debuerit virgini visione corporali. Et respondet qꝫ sic: sm qꝫ Criso. ait super Math. Et hoc cõgruũ fuisse monstrat triplici ratione.
Primo propter similitudinem.
Secundo propter magnitudinem.
Tertio propter certitudinem.

Prima ratio fuit propter similitudinem. Quia id qđ annũciabatur erat incarnatio dei in uisibilis. Unde cõueniens fuit vt ad hui⁹ rei declarationem visibil' creature formaz assume ret: in qua visibiliter appereret: cum etiaz oẽs ap paritiones veteris testamẽti: ad hanc ordinent̃ qua filius dei apparuit in carne. Secunda ratio fuit propter magnitudinem. Quia hoc congruum fuit dignitati matris dei: que non solum in mente: sed etiam corporeo ventre erat dei filiuz recepturã. Et ideo non solum mens eius sed etiam sensus corporei erant angelica visione refouendi. Sed obiici põt: qꝫ magis videretur pertinere ad dignitatem virginis: si angelus ei appuisset visione intellectuali tãtũ. Nam vt inquit Aug. 12. sup Geñ. dignior ẽ intellectualis visio qꝫ corporalis: ꝛ p̃cipue ipsi angelo magis conueniens. Nam visione itel/ lectuali videt̃ angelus in sua substantia. Visio ne autem corporali videtur in assumpta figura corporea. Sed sicut ad annũciandum cõceptũ diuinum decebat venire summuz nunciuz: ita videt̃ qꝫ etiam decuerit esse sũmum genus vi/ sionis: ergo videt̃ qꝫ angelus debuerit apparer̃ visione itellectuali. Ad hoc rñdet beat⁹ Tho. 3. pte. q. 30. qꝫ intellectualis visio est potior quã imaginaria vel corporalis: si sit sola. Sed Au gu. dicit qꝫ est excellentior ꝓphetia que hꝫ intel lectualem ꝛ imaginariam visionem: qꝫ illa que habet alteram tñ. Beata igit̃ virgo non solum percepit visionem corporalem in angeli appari tione: sed etiam intellectualem illuminationez. Unde apparitio nobilior fuit. Fuisset tamen nobilior si angelum intellectuali visione in sua substantia vidisset: sed hoc non patitur status viatoris: vt angelum per essentiam videat.

Tertia ratio fuit propter certitudinem. Con ueniebat in hoc certitudini eius qꝫ annunciabã tur ea que imaginamur. Propter ista Aug. in quodam sermone qui legitur in festo annun ciationis sic introducit loquentem beatam vir ginem. Audite fratres: audite Mariam no/ biscum loquentem: carne absentez: spiritu pre/ sentem: verecundia virginitatis vultum auer/ tentem a collocutione: ꝛ indicantem qũo imp̃/ gnata sit a creatore. Eram inquit Maria i do mo mea puella iudea. Dauid regis stirpe ge/ nerata. Adulta facta sum ꝛ desponsata. Despõ sata sum coniugi: ꝛ placui alteri: non interueni ente adulterio: sed interueniente spiritu sancto Desponsata sum homini iudeo: ꝛ placui altissi mo deo. Desponsauit me vir iudeus: ꝛ adama uit me xp̃s deus. Jgnorauit Joseph sponsus meus: qꝫ me adamasset deus meus: ꝛ putauit qꝫ de adulterio impregnatus esset venter me⁹. Nam ignorante Joseph sponso meo: venit ad me quidaz paranymphus xp̃i: non patriarcha primus: aut propheta egregius: sed Gabriel archangelus: facie rutilans: veste coruscans: gressu mirabilis: qui visitauit: salutauit: ꝛ gra uidauit me. hec ille. Secunda cõsideratio di/ citur occupationis. Propter quod subditur. Ad eam. Sed quid facientem. Ad quid occu patam. Quidue agentez exercitij. Naz vt doc. dicunt. Jngressus est ad eam.
Primo orantem.
Secundo suspiratem.
Tertio lachrymantem.

Primo est ingressus angelus ad eam orã tem: quia illa orationi ardentissime inuigila/ bat. Unde Berñ. super missus ẽ iquit. Quo ingressus. Jn secreto cubiculo: vbi clauso sup se hostio: orabat patrem in abscondito. Si eni conceptio precursoris fuit denunciata patri p̃/ occupato in sacrificio: multo probabilius est qꝫ conceptio saluatoris fuerit denunciata virgini

in oratione et deuotione actualiter existenti.

Secundo ingressus est ad eam suspirantem: Nam totus impetus sanctificationis prime impellebat mentem huius sacratissime virginis ad desiderium incarnationis filii dei et salutis omnium electorum. Unde oēs virtutes mentis sue in id qđ postea in ea factū fuit toto conatu pcedebant. Hec enim fuit felix clausula totius expectationis et desiderii et postulationis aduentus boni iesu: in qua omnia desideria sanctorum patrum precedentium consūmari et terminari videnē. Propter qđ oio est inexpressibile nobis illud feruidum desiderium: et orationis virtuose suspirium quo suspirabat ad deum: vt filium suum mittere dignaret ad nostrā assumēdam naturā. Non credas aūt q ad ipsum recipiendum in carne sua reputaret se dignam: qr gratia sanctificationis: que eam oī virtute repleuit: sic a principio ipsam mentē virginis in oium virtutum radice. s. sancta humilitate inabyssauit profundo: q sicut nulla post filiū creatura tm̄ ascendit i dignitate gratie: sic nulla creatura eam transcendit in humilitatis psectissime recognitione. Nec alicui pure creature datum est in via tm̄ gustare nihilum esse: nec tm̄ se annihilare sub voluto maiestatis diuine. Propter qđ non mirū si oratio talis humilitatis non solum penetrabat nubes: sed ēt omnes angelicas cohortes: et continue sistebatur ante acceptabilissimum cōsistorium sanctissime trinitatis. In ipsa ergo hora annūciationis cum suspiriis mittis filiū dei: vt ad incarnandū veniret: depcabatur. Tertio ingressus ē angelus ad eā lachrymantē pre deuotione: pre dulcedine quam concipiebat cū cogitabat deū hoibus adeo fore propitiū q pro eis carnem assumeret. Lachrymantē insuper pre cōpassione totius humani generis sauciati et vulnerati et captiuati sub iugo tenebrarū. O si vidisses virginem paulo ante aduentum angeli in hac oratione feruidam: forte et cor tuum mollires dulcedine deuotionis. Erat quidē ipsa vtputo in hac oratione plus solito feruentissima mentali eleuatione intentissima et diligentissima ad perscrutandam deuote mysteria incarnationis. Tūc humiliter corde deuoto plangētibus oculis et vultu ad celestia eleuato dicebat ad deum. O clemētissime dñe deus rex regū qui bonitate tua mundū creasti de nihilo: et post angelos hoiem ad tuā imaginem formatum dñm constituisti creaturarum vt tibi seruiret: vt te diligeret: tibiqz in oib⁹ obtemparet. Miserere ei iaz perdito propter peccatum: miserere bonitate tua: miserere clementia et charitate tua. Aperi celos et descēde. Iā tot annorū milia pcurrerunt: et quo sancti prēs et prophete patriarche et amici tui. tenebris habitant expectantes lumen tuum. Ueni obsecro pater benignissime: veni et ne respicias peccata hominum. Descende de celis verus de⁹: verum lumen: gaudium: solatium: dulcedo et consolatio afflictorum. O si oculis propriis tā grande mysterium aspicerem. O quantum letarer cum deum in carne viderem. O quantū sancti patres gaudium susceperēt. Rumpe moras creator optime: et veni ad liberandum nos. In huiusmodi meditationibus occupata angelum lumine refulgentem conspexit. O Maria quid expectas. Quid queris. Quid ploras. Ecce iam in breui perficietur in te qđ dictum ē a domino. Ecce angelus ad te venit nunciare salutem mundi. Tertia consideratio dicē salutationis. Et de hoc subditur. Dixit. s. angelus ad eam. Aue gratia plena dominus tecuz: benedicta tu in mulieribus. In qua salutatiōe triplex virginis excellentia notatur.

Prima dicitur nature.

Secunda gratie.

Tertia glorie.

Prima excellentia virginis que in hac salutatione notatur dicitur nature. Quod quidem triplici modo demōstratur. Primo mō Aue .i. sine veh. hoc est triplici veh. cui subiacet totum femineum genus. s. veh pudoris laboris et doloris. Ipsa autē fuit sine veh pudoris i cōceptione. Sine veh laboris in gestatione. Sine veh doloris in parturitiōe. Nā teste Bern. fuit sine corruptione fecunda: sine grauatione grauida: sine dolore puerpera. Rō aūt quare fuit sine veh pudoris est: qr eius conceptus fuit sine corruptione non humano semine: sz mystico spiramine. Soli enim princept porta illa seruata est: quā non violauit egrediēs sicut mystice ponit Ezech. 44. Hac triplici maledictione nulla mulier immunis natura fuit: nisi sola virgo benedicta. Unde Eue. Gen. 3. dictuz est. Multiplicabo erumnas tuas et conceptus tuos: paries in dolore filios tuos: Secundo in virgine p aue excellentia nature demonstratur: qr ab alio triplici veh immunis fuit. s. concupiscentie culpe et pene. De quo Apoc. 18. Aquila clamabat. Veh veh veh habitantibus in terra. Fuit ergo beata virgo sine primo veh erum

ne concupiſcentie peccati originalis: qꝛ ſine eo
concepta eſt. Cant. 4. Tota pulchra es amica
mea: ⁊ macula non eſt in te. Aut in ea oīs fuit
extincta per ſpiritus ſancti ſanctificationē. Vñ
ps. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſi/
mus. i. beatam virginem in qua nouem menſi
bus habitauit. Secūdo fuit ſine veh culpe ⁊
vēialis ⁊ mortalis. Unde Aug. in li. de natu
ra ⁊ gratia. Cum de culpa agitur nullaꝫ de ma
tre dñi volo fieri queſtionem. Tertio fuit ſine
veh pene: que. ſ. eſt in ſeparatione anime a cor
pore: que eſt incineratio ⁊ corporis diſſolutio.
Nam ſicut dñs non dedit ſanctum ſuū videre
corruptionem. i. xp̄m: ſic nec ſanctam ſuam de
qua natus eſt ſanctus: ſed corpore ⁊ aīa in celū
aſſumpta eſt. Tertio inſup mō p aue: virgi
nee nature excellentia demonſtratur: qꝛ. ſ. fuit
ſine alio triplici veh. de q̊. i. Joh. c. 2. dr̄. O m
ne qd̊ eſt in mundo ⁊c̄. Auariciam nāqꝫ cōcu
ſit per paupertatem: luxuriam per virginitateꝫ
diabolum vero. ſ. ſuperbiam per humilitatem
qꝛ has virtutes in ſe perfectiſſime habuit. Se
cunda excellentia virginis que in hac ſalutatio
ne declaratur dicitur gratie. Et de hac ſubdit̄.
Gratia plena. Et vere plena: qꝛ vt Hiero. in
quit ad Pau. ⁊ Euſto. Ceteris per partes p̄/
ſtatur. Maria vero totam ſe infudit gratie ple
nitudo. Quiſnam explicet etiam multis ſermo
nibus gratiam virginis benedicte. O armari/
um ſpiritus ſancti. o archa domini. o virgo glo
rioſa: quid maius dici poteſt matre dei: quid ta
le: quidue equale. Tertia excellentia dicit̄ glo
rie: cum ſubditur Dominus tecū. Dominus
enim eſt pater: dominus filius: dñs ſpiritꝰ ſan
ctus. Tecū dominus pater: qꝛ tu es ſponſa pa
tris. Tecum dominus filius: qꝛ tu es mater fi
lii. Tecum dominus ſpiritus ſanctus: qꝛ came
ra ſpiritus ſancti comprobaris. Et tamen non
tres dñi incarnati in te: ſed vnus eſt dñs. i. filiꝰ
incarnatus: qꝛ verbum caro factum eſt. Ideo
benedicta tu in mulieribus. i. a mulieribus: vl̄
ſuper omnes mulieres que benedicentur ĩ te:
ſicut mater in filio. Nam ſicut Aug. dicit ĩ ſer
mone de natiuitate virginis. Auctrix peccati
Eua. auctrix meriti Maria. Eua occidendo
obfuit. Maria viuificando profuit. Percuſſit
illa: ſanauit iſta. hec ille. O q̄ꝫ benedicta. Ideo
benedicenda eſt virgo iſta digniſſima benedi/
ctionibꝰ replens humanum genus. Quar/
ta conſideratio dicitur cognitionis. Et de hac
adiungitur. Que cum audiſſet turbata eſt ĩ ſer
mone eius ⁊ cogitauit qualis eſſet iſta ſaluta/
tio. In quibus verbis triplex actus honeſtiſſi/
mus virginis glorioſe denotatur.
Primus dicitur auditionis.
Secundus turbationis.
Tertius cogitationis.

Primus actus ad quem virgo digniſſi/
ma commota eſt fuit auditionis: quia attentiſ/
ſime audiuit nuncium ſummi dei: dulciſſime
illam ſalutantem ac magnificatione benedicen
tem. Quid audis o virgo piiſſima. Quid re/
fertur ab angelo. Quid cor tuum facit cum ſen
tis angelicam vocem. Secundus actus fuit
turbationis. Quia turbata eſt non turbatione
incredulitatis: ſicut Zacharias: ſed turbatione
admirationis: ſicut Nico. de lira dicit. Nam
beata virgo ſolita erat videre angelos: ⁊ ideo
de apparitione angeli non fuit mirata ideſt tur
bata: ſed de ſalutatione inſolita: quia nihil mi/
rabilius eſt vere humili quam ſua exaltatio.
Et ideo cum beata virgo eſſet humillima: au/
diens ſalutationem tante excellentie: turbata
eſt in ſermone: non in apparitione. Tertius
actus virginis benedicte fuit cogitatiōis. Nā
vultu verecundo cepit cogitare: myſterium
prudentiſſime ponderare. Quita conſidera/
tio dicitur confortationis: de qua ſubinfertur.
Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueni
ſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies
in vtero ⁊ paries filium ⁊ vocabis nomen eiꝰ
ieſum. Hic erit magnus ⁊ filius altiſſimi vo/
cabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem da
uid patris eius: ⁊ regnabit in domo Jacob
in eternū: ⁊ regni eius non erit finis. In qui/
bus verbis triplex nouum āgelus nūciauit.
Primum dicitur conceptionis.
Secundum dicitur nominationis.
Tertium dicitur magnificationis.

Primum nouum fuit conceptionis. O
Maria inquit angelus noli timere de ſalutatō
ne. ſ. inſolita. Inueniſti enim gratiaꝫ apud de
um: non ſolum pro te ſed pro toto humano ge
nere. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filium.

Secundum nouum fuit nominationis. Et
vocabis inquit nomē eius ieſum. Scd̄m Ni/
co. de lira dicitur impones: qꝛ hoc nomē nō fu
it impoſitū a Maria vel ab angelo: ſed a deo
patre ſm q̄ fuerat predictum ab Eſa. prophe/
ta. 62. c. Vocabit̄ tibi nomē nouū: qd̄ os dñi
nominauit. Sed iſtud nomen fuit diuulgatum
per angelum ipſi Marie ⁊ Joſeph: ⁊ per eos

dus. Nomen etiam impositum est sc̄d̄m proprietatem futuram: quia salus humani generis erat futura p xp̄m. Jesus enim salus interpretat̄ fm̄ Hiero. Tertium nouum fuit magnificationis: quando dixit hic erit magnus. Semper enim fuit magnus deus: sed futurus erat magnus homo ⁊ magn⁹ propheta: sicut Luc. 7.c. dicitur. Propheta magnus surrexit i nobis. Et filius altissimi vocabitur. i. ipsius dei qui solus est altissimus. Homo enim altus ē inter creaturas corporales: sed angelus altior: deus āt altissimus. Ista enim filiatio fm̄ Nico. de lira accipitur hic p naturam. In omnib⁹ āt alijs quantūcunq; sanctus est tantum filiatio dei per adoptionem. Et dabit illi dn̄s deus sedem Dauid patris eius. Sed contrarium patet per hoc q̄ dicit̄ Hiere. 22. de Jeconia rege Juda. Scribe istum virum sterilem. Nec erit de semine eius qui sedeat sup tronum Dauid. Beata āt virgo Maria de qua natus est iesus descendit de Jeconia. vt patet Math. i. q2 ponit in xp̄i genealogia. ergo ⁊c̄. Ad quod dicendum fm̄ Nico. de lira q̄ Hieremias loquit̄ d̄ regno temporali ipsius Dauid. in quo nullus postea regnauit de semine Jeconie. Et aliqui alij qui susceperunt regis nomen in iudea ante Herodem ascalonitam: nō fuerūt de tribu regia: sed de tribu sacerdotali. Xp̄s etiā qui descēdit de Jeconia fm̄ carnē per virginē Mariam non sedit super tronum Dauid: loquēdo de temporali regno: imo istud negauit coram Pilato dicens. Joh. 18. Regnum meū nō ē de hoc mundo. Tamen potestatem accepit p⁹ resurrectionem etiā inquātum homo sup omnem creaturam. fm̄ q̄ ipse dicit Math. 28. Data ē mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Nam inquantum deus non accepit aliquam potestatē de nouo siue in tempore. Angelus autem h̄ loquitur de regno spirituali ⁊ celesti: quod figuratum fuit per regnum Dauid tēporale: sicut ⁊ celestis hierusalem p temporalem. Unde ⁊ subditur. Et regnabit in domo Jacob in eternum. s. super electos. De domo ēt Abraam ⁊ Isaac aliqui fuerunt reprobati: sicut Ismael ⁊ Esau. De domo āt Jacob oēs eius filij a sanctis doctoribus inter electos sunt computati: q2 etsi aliqui peccauerunt egerunt postea penitentiā. Hec Nico. de lira. Et regni eius n̄ erit finis: q2 xp̄s non solū inquātū deus: sed ēt inquantū hō regnabit i eternū sup oēs: ēt sup angelos. Quid ē hoc o virgo regia quod tibi angelus loquitur. Vere nouum: qd̄ alij tot ānis expectauerunt sancti patres ⁊ electi dei sentire. Quō in his verbis imutatur cor tuū o virgo. Audi obsecro anima mea: quia celestis nūcius ex parte dei virgini declarat salutem mundi p sui filij conceptionem futuram. Quid fecisti o puella. Quid fecisti vt deum inclinares ad tuū sanctum amorem. Ecce angelus ex parte summe trinitatis tibi reuelat te in matrem illius assumendā: quē paulo ante vt descenderet deuotissime rogabas. Satisfactum est iam petitiōi tue. O virgo sacratissima en saluator mūdi tuū ad habitandum requirit vterum virginalē. Fecit ille quod postulabas: fac ⁊ tu etiam qd̄ ipse querit. Querit te in matrem. Querit de te carnē accipere. Sed non sine cā rem tā grandem adhuc ponderas virgo pia. Idcirco ad tertiū mysterium procedamus.

Tertium mysterium cōtemplandū dicitur cōsensionis. Pro quo addit̄ i euāgelio. Dixit autem Maria ad angelū. Quō fiet istud: qm̄ virū non cognosco. Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi ideoq; ⁊ qd̄ nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce Helisabeth cognata tua: ⁊ ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit ipossibile apud deū omne verbū. Dixit āt Maria ad angelū. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi fm̄ verbum tuum. In quibus verbis. 5. considerationes erunt notande.

Prima dr̄ virginitatis amplexio.
Secunda dr̄ spiritus sancti cooperatio.
Tertia dr̄ exempli admiratio.
Quarta dr̄ humilis responsio.
Quinta dr̄ verbi dei incarnatio.

Prima consideratio dicitur virginitatis amplexio. Mira siquidem deuotione gloriosa virgo amplexabat̄ virginitatis decorē.

Quod probari potest tripliciter.
Primo ex suo proposito.
Secundo ex suo voto.
Tertio ex sua confirmatione.

Primo inquā patet ex suo proposito. Dicit magister sen. in. 4. di. 30. ⁊ cōfirmatur per Aug. 27. q. 1. c. beata Maria. Beata Maria proposuit se obseruaturā votum virginitatis in corde: sed ipsum virginitatis votum non expressit in ore. Subiecit se diuine dispositiōi dum proposuit se obseruaturam virginitatem: nisi deus

nisi deus aliter ei reuelaret. Nec sic faciendo fecit cōtra legem. Deut. 7. Non erit apud te sterilis vtriusqꝫ sexus: qꝛ ipsa in hac vice non simpliciter virginitatē vouit: sed sub cōditione si deo placuerit. Scd̄o patet ex suo voto. Nā accepto spōso Joseph sanctissimo: ꝛ cognoscēs dn̄i voluntatē simul cū viro verbis expssis virginitatē vouit: sicut patet in predicto. c. beata Maria. Et id cōfirmatur per aug. in li. de virginitate. qui ait. Annuncianti angelo Maria respondet. Quomodo fiet istud: quoniā virū nō cognosco. Quod profecto non diceret: nisi virginitatē deo āte vouisset. Tertio pꝫ ex sua cōfirmatione: quādo angelo dicebat. Quoniā virū non cognosco. i. nō cognoscere propono. Diligebat itaqꝫ virginitatē virgo: ꝛ modū diligenter interrogabat de suo cōceptu. Secūda consideratio dicit̄ spiritus sancti coopatio. Nā vt audiuit angelus responsum virginis let⁹ retulit ei. Spiritus sanctus ꝛc̄. In qua relatione tria virgini promisit.

Primo spiritus sancti superuentionē.
Secūdo filij humanationē.
Tertio eiusdē filij sanctificationem.

Primo, pmisit v̄gini spiritus sancti supuentionem: quādo dixit. Spiritus sanctus supueniet in te. i. nō concipies humano modo: sꝫ diuino: qꝛ nō virtute seminis virilis: sed virtute spiritus sancti. Et bene dixit: superueniet in te qꝛ prius venerat sup virginem adhuc in vtero matris existentē: ipsaꝫ a peccato originali preseruando. Vel secundū alios purgādo. Sꝫ in conceptione filij dei superuenit spiritus sc̄us. i. iterū venit ad confirmandū ꝛ cōferendū maiorem gratie plenitudinem: que nō solū sanctificauit mentē: sed etiā ventrē. Nec propter hoc dicendū est christum esse filiū spiritus sancti duplici ratione s̄m Boñ. in. 3. dis. 4. Primo propter vitandū errorē circa generationē temporalem. Quia cū s̄m illam dicat̄ xp̄s cōcept⁹ de virgine ꝛ spiritu sancto: si diceret̄ spirit⁹ sanctus eius pater: sicut v̄go eius mater: iam videretur xp̄s ex hoc natus ex Maria ꝛ spū sancto sicut nascit̄ ples ex muliere ꝛ viro. Et quidem hoc falsum est: qꝛ ples ptē accipit a patre: ꝛ ptē accipit a matre: in qua assimilat̄ patri et matri in eadē natura: ꝛ forma. Et hoc nō est reperire in xp̄o q̄ꝫtū ad eius cōceptionē imo soli matri assimilatur in natura assumpta. Ideo nō dꝫ admitti xp̄m esse filiū spiritus sancti: sed solius virginis matris: ad manifestandā ꝛ confirmandam veritatē ꝛ pprietatē temporalis generationis.

Secunda ratio sumitur ex parte generationis eterne ne. s. ɔfusio fiat eternarꝫ relationū ꝛ pprietatū. Unde cū propriū sit psone patris generare: respectu psone filij nullatenus admitt̄ christum esse filiū spiritus sancti: in quo non est alia psona: vel hypostasis q̄ꝫ illa quā ab eterno pater genuit. Secūdo angelus pmisit virgini filij humanationē cū dixit. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. i. dei filius qui est dei patris ꝛ sapiētia ꝛ virtus: vt dicit̄. i. Cor. i. Obūbrabit tibi: qꝛ sub vmbra carnis latebit x̄pus diuinitatis. Tertio pmisit ei filij sāctificationē. d. Ideoqꝫ ꝛ qd̄ nascetur ex te sanctū vocabit̄ fili⁹ dei. Secundū Nico. de lira dicit sanctū absolute absqꝫ determinatione: qꝛ si dixisset sc̄us de⁹ vel sanctus homo: vel aliqd ɔsimile: nō expressisset sanctitatē eius cōplete: qꝛ in eo ē sanctitas diuina ꝛ humana: ꝛ qcqd sanctitatis pōt cogitari in quacūqꝫ creatura: eminentius est in christo. Ideo dicit̄ sanctū absqꝫ determinat ōē. Et vocabitur inquit filius dei. Accelera v̄go responsum: ꝛ expedias nunciū. Expectat eniꝫ ad huc cum modestia ꝛ audit attente. Nō interrūpit verba angelus: sed illa suscipit cū multa reuerentia. Tertia cōsideratio dicit̄ exempli admiratio. Angelus enim vt virginē clarius informaret exemplum sibi ppoisuit. Quod fuit efficacissimū triplici ratione.

Primo ratione claritatis.
Secūdo ratione fecunditatis.
Tertio ratione possibilitatis.

Primo fuit exemplū illud efficacissimū ratione claritatis: quia non erat obscurū: non de psona incognita: nec extranea seu peregrina: sed de psona notissima ꝛ cōiuncta. Ecce inquit Helisabeth cognata tua. Scd̄o fuit efficacissimū ratione fecunditatis. Mir quippe videt̄ si sterilis cōcipiat: sed multo maius si cōcipiat in senectute. Propterea dixit angelus. Ipsa concepit filiū in senectute sua. Et hic mensis ē sextus illi. s. mensi in quo ipsa concepit: q̄ vocatur sterilis. Quia eius sterilitas sic erat nota: vt vo caretur sterilis. Tertio fuit efficacissimū ratione possibilitatis. Cū enim maius sit virginem cōcipere q̄ꝫ sterilē: ideo angelus inducit rōnis efficaciā ex dei omnipotentia: qꝛ nō erit impossibile apud deū omne verbū: q dixit ꝛ facta sunt

Quarta cōsideratio fuit humilis responsio. Dixit autē Maria ad angelū. Ecce ancilla domini. Fiat mihi secundū verbū tuum. Que re

sponsio fuit gratissima.

Primo deo.

Secūdo angelis.

Tertio hominibus.

Primo fuit hec responsio gratissima deo q ad suum vterū descendere statim dignatus est. Et quē celi ⁊ terra capere nō poterant: verbis istis Maria clausit in suo ventre. O inextimabilis virtus Marie virginis. o ineffabilis clementia creatoris. o incōprehensibilis altitudo misteriorum dei. Una mulier hebrea fecit inuasionem in domo regis eterni. Una puella vt sic dicā diuinā sapientiam circumuenit: vt ppterea de ea cōqueritur deus. d. Can. 4. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno crine colli tui: ⁊ in vno oculorum tuorum. Ubi glo. Pro amore tuo carnē assumpsi: ⁊ vulneribus primis in cruce vulnerasti cor meū. Nā primogeniti filij sui fuit: plusq₃ pro ea redimēda in mūdū venit q̄₃ pro omni alia creatura. Ex virginis ergo carne deus summā altitudinem vestiuit humilitate: summam deitatem vestiuit penalitate: summā opulētiā vestiuit paupertate: summā lucē vestiuit tenebris: summū honorē vestiuit obprobriis: summū amabile vestiuit flagellis. Quid plura. Hodie virgo sacratissima dixit. Cōgratulamini mihi oēs q diligitis dn̄m quia cū essem paruula placui altissimo. Placuit certe: q: dixit. Ecce ancilla domini: nō dixit ecce regina: ecce mater: sed ecce ancilla. O humana virginis oblatio: qua se i ancillā dei totā obsequiosam reddebat. Secundo fuit hec responsio gratissima angelis qui virgineū cōsensū expectabāt. Quis nā explicet quāto gaudio sint repleti: cū iā virginē audiebāt. d. Ecce ancilla dn̄i. Letabātur qdē ⁊ fecūdabātur ⁊ exultabant.

Tertio fuit h responsio gratissima hominib⁹: qb⁹ per Mariā salus mittebat a dn̄o. O Adā. o Eua parētes generis humani. O Abrahā. o Isaac. o Jacob. o Esaia. o Hieremia. o sancti patriarche ⁊ pphete. Dicite mihi q̄so dicite cū virgo locuta est verba salutis nostre: sensistis ne aliqd aut audiuistis. Puto eniz q: āgeli ad vos descēdētes voce amena dixerūt. Gaudete patres sancti: q: hodie puella vna illa quā i prophetijs ⁊ figuris pnūciastis a dn̄o reqsita rn̄sum pbuit. Ecce ācilla domini: ⁊ iam incarnatū est in ea verbum diuinū. Puto etiam claritatis insolite radiū eis apparuisse: nūc se retrahēdo nūc se reddendo. O qualis fuit ⁊ q̄₃ magna iubilatio tūc illorum q sedebāt i tenebris ⁊ vmbra mortis. Quinta cōsideratio dicitur verbi diuini incarnatio. Secūdū eni Joh. Dama. post virgineū cōsensū facta sunt tria simul ⁊ semel. Primū corporis xp̄i organizatio. Secūdū anime ipsius xp̄i creatio. Tertiū corporis ⁊ aie xp̄i cū diuinitate vnio. Assumpsit. n. verbū totū hominē ⁊ nō prius corpus q̄₃ animā: sed simul vt docet magister in tertio. di. 4. Ex qua vnione deus homo factus ē in vtero virginis: ⁊ virgo facta mater dei: qđ dicere stupeo: certe nec dicere valeo aut exprimere rē tā grandē. Quid factū est in te o virgo gloriosa cum sensisti tuū vterū tali filio decoratū. O quanta fuit tunc omniū tuorum sensuū interiorum ⁊ exteriorū mutatio. Illū certe habebas q in celis cum patre regnabat. Illū tenebas: qui simul cū patre spiritū sanctū inspirabat. Securi iā sum⁹: ⁊ amplius nō desperabimus. Juua nos virgo pijssima: ⁊ ad tuū filiū pro nobis porrige preces: vt nobis gratiā suā largiri dignetur: qua valeamus sua cognoscere beneficia ⁊ tibi possim⁹ ac filio in hac die gratias cōdignas referre: q humilem se tibi dedit: qui est benedictus in secula seculorum. Amē.

Sermo de p̄destinatorum numero ⁊ dānatorum

m

Multi sunt vocati: pauci vero electi. Math. 20. c. Verba q̄ reuerentijs vestris sunt pposita dilectissimi in xp̄o iesu: sunt ipsius dn̄i iesu: q̄ si homines vani attente pensarent ac subtiliter discuterent: timendi dei causam haberent. Quid. n. pōt tanta efficacia timorē incutere: q̄₃ p̄lata v̄ba ore veritatis infallibilis plata cōsiderare. Quis eniz nō paueret: quis nō obstupesceret: qui videret suū regē populos sibi subiectos omnes sine defectu corā se aduocantem: ⁊ ex tanta multitudine paucos ad gloriā eligentē: reliquos autem in cōfusione ignominia ⁊ tormēto relinquentē. O quantus timor. o quantus fletus. o quātus gemitus tales cōprehenderet. Sed nunc insania hominum putat contrariū. Nā si singillatim omnes interrogentur infideles an sint electi ad salutē: quasi omnes dicerent sumus. Similiter etiā iudei idem dicerent. Verū qd de christianis loquar: quorum fides est verissima. Nōne ⁊ ipsi etiam in omnibus malis viuentes: tamē credunt se misericordiā dei cōsecuturos. Interroga queso singulos in omni sexu ⁊ in omni etate conditione gradu ac dignitate: neminē

neminē fere inuenies etiā si in malo perseueret qui se nō putet electū: ⁊ hoc euenit: partim: q2 ignorant lumen veritatis: partim: quia proprij amoris fallacia decipiuntur: partim deniq3: q2 diabolica suggestione falluntur. Nam plerūq3 etiam fatui se sapientes existimant: ⁊ qui claros nō habent oculos vmbrā interdū pro veritate precipiunt: ⁊ sepe somniantes putant se vigilare: ⁊ esse vera que somniant. Sic multis vocatis a deo eueniet qui nunc credunt se saluari et damnabuntur: quia dicit saluator. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Nōne vides in omnibus rebus exemplū: quia illud quod est deterius plus abundat vt in fine sermonis dicetur Sed nunc cape exemplū in piscatoribus: quia vtplurimū plus immundicie ⁊ piscium inutilium in rete capiunt q̄3 sint boni pisces. Hoc cōfirmat diuina auctoritas Math. 13. Simile est regnū celoꝝ sagene misse in mare vsq3 ibi: i caminū ignis. Ecce ꝙ boni ponunt̄ in vasis q̄ si in modico loco morantes ꝓpter paucitatem sed mali ꝓijciunt̄ in litus maris ꝓpter multitudinē. O peccator cōuertere ⁊ ꝯsidera qd significet. Multi sunt vocati. ⁊c̄. Sed licet xp̄s nequeat mentiri: tñ q2 eius sacratissima dicta ab ignorātibꝰ male intellecta sepenumero errore decipiunt̄. Ideo ꝓ luculentiori thematis nostri declaratione tria in hoc sermone notabūtꝰ

Primū dicitur oppositio.
Secūdū dicit̄ declaratio.
Tertiū dicit̄ cōfirmatio.

Cape primū qd̄ est oppositio. Quidā enim videnſ opponere ꝙ nō pauci sed multi sint electi: ⁊ hoc triplici oppositione ꝓbare vident̄.

Prima dicit̄ inclinationis.
Secūda dicit̄ reuelationis.
Tertia dicit̄ predestinationis.

Prima oppositio dicit̄ inclinationis: ⁊ ē talis Omnia q̄ sunt inclinant̄ ad agendū ſm bonitatem sue nature loquēdo naturaliter: vt patet i creaturis insensibilibus ⁊ sensibilibus: q̄ magis q̄3 nos sequunt̄ nature sue inclinationem. Vñ philo. 4. ethi. ait. Vnusq̄sq3 dirigit opera sua secūdū optimū eoꝝ q̄ sunt in ipso. Et Boetius in. 4. de cōsol. ꝓsa. 4. inq̄t. Agit. n. cuiusq3 natura: qd̄ ꝓpriū est ei diffinire: ergo ⁊ deꝰ cuius eē est ꝑfectissimū inclinat̄ a bonitate sue nature vt agat ſm eā: nā si alia agūt hoc a fortiori deꝰ: ꝫ p3. 2. meth. vbi dicit̄. Qd̄ est causa alioꝝ vt sint talia illud maxime est tale: exēplo ignis q cū sit cā calefaciēdi aquam arguit̄ ꝙ sit maxime calidus: ergo cū deus sit cā vt alia agāt ſm inclinationē sue nature: ipse debet agere ſꝫ suā: imo magis: q2 teste Proculo: qui dicit̄ de causis auctor. Quicquid pōt causa secūda: pōt causa prima nobiliori ⁊ altiori modo. Et cōmētator. 2. metha. ait. Prima causa est magis digna in esse ⁊ virtute q̄3 omnia alia entia: q2 omnia alia entia acquirūt esse ⁊ virtutē a p'io. Sꝫ que est inclinatio nature dei. Misericordia. Hinc dicit in ps̄. Apud dñm misericordia: et copiosa apud eū redemptio. ⁊. 26. q. 3. c. alligāt ⁊ allegat̄ de peni. dis. i. §. itē dicit̄. Misericordie dñi nec mensuras ponere possumꝰ nec tp̄e diffinire. Ecce ꝙ inclinat̄ ad miserendū ſꝫ naturā: ergo debet pluribus misereri: ⁊ cōsequēter plures eligere q̄3 dānare. Vex rūdere qs poterit ꝙ etiā deus inclinat̄ ꝑ naturā facere iusticiā. Cōcedo: sed tamē magis inclinat̄ ad misericordiam testante Iac. 2. c. sue cañ. vbi ait. Superexaltat autē misericordia iudicium. Et de pe. dist. i. c. q2 diuinitatis. ⁊ sunt v̄ba Hiero. vbi dicit̄. Diuinitatis natura clemens ē ⁊ pia: magis ad indulgentiā q̄3 ad vindictā ꝓna: que nullatenus vult mortē peccatoris: ſꝫ vt magis cōuertat̄ ⁊ viuat: ergo pluribꝰ miſet̄. Secūda oppositio dicit̄ reuelatōis. Arguēdo nāq3 pro talibus dico ꝙ plures saluent̄: q2 i diuinis scripturis inuenit̄ ꝙ plures saluent̄. Nā oēs electi significant̄ in ꝓmissionibꝰ factis ad Abrahā a deo sicut sancta mater ecclesia canit. Signifer sanctus Michael representet eas i lucē sanctā: quā olim Abrahe ꝓmisisti ⁊ semini eius. Sed semē electoꝝ est amplissimū. Nā Gen. 12. dixit deus Abrahe. Egredere de terra tua: et de domo patris tui: ⁊ intulit. d. Faciā te crescere in gentē magnā. Itē. 13. c. d. Faciā semen tuū sicut puluerē terre que3 et si homo potest numerare: semen quoq3 tuū numerare poterit. Et 15. c. anteq̄3 Abraha3 filiū haberet educens eū foras dixit. Suspice celum: ⁊ numera stellas si potes: ⁊ dixit ei. Sic erit semen tuū. Ecce quot sunt electi significati in semine Abrahe. Hic Iob. 25. d. Nunquid est numerus militum eius: quasi. d. Non. Et Dauid inducit christum patri. d. Dinumerabo eos: ⁊ sup harenā multiplicabuntur. Similiter Ioānes apoc. 7. hoc testatur. di. Audiui numerū signatorum. 144000. signati ex omni tribu filioꝝ israel. Ex tribu Iuda. 12000. signati: vsq3 ibi: stātes āte thronū dei. Ecce quāta est electorum multitudo. Propterea doctores sancti i suis opinioni

duo licet sint varie: tamē ostēdūt multos saluādos. Magister nāq3 sen. in. 2. di. i. dicit hominem esse factum inter alias causas pro restauratiōe nature āgelice. Vn̄ ꝛ i di. 9 allegat Gre. d. Superna illa ciuitas ex angelis ꝛ hominib⁹ cōstat: ad quam credimus tātos humani generis ascēdere quātos illic cōtigit angelos remāsisse: sicut scriptum est. Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum. Et hoc exponit ipse magister dicēs. Nō iuxta numeru3 eorum qui ceciderūt: homines ad beatitudinem admittūtur: sed eorum qui remāserūt: ergo iuxta hāc opinionem cum sint āgeli pene innumerabiles sequitur ꝙ tot erūt homines qui saluabūtur. Nam de angelis dr̄ Daniel. 7. Milia milium ministrabāt: ei ꝛ decies centena milia assistebant ei. Item idem magister i p̄fata di. ponit aliam opinionem que est Aug. 22. li. de ciui. dei. c. 1. d. De mortali progenie merito iusteq3 dānata tātum populum sua gratia colligit: vt inde suppleat ꝛ restauret partem que lapsa est angelorum: ac sic illa dilecta ac superna ciuitas nō fraudetur suorum numero ciuium: quetiam fortassis ꝛ abundantiore letetur. Ite3 ibidem ponit aliam opinionem dicens ꝙ solu3 ruine angelice per virgines restaurabūtur: de ceteris autem hominibus sūt tot saluādi: quot sunt angeli qui remāserūt ꝛc̄. Est ꝛ alia opinio Bon. in. 2. dist. 9. que videtur oībus verior. Ait enim ꝙ cum sint. 9. angeloru3 ordines debent ad ipsos homines assumi pro meritorum conditione: ꝛ ideo non tm̄ assumētur ad ipsos virgines: quetiā ꝛ multi alii cū ēt multi corrupti carne in merito multas virginibus p̄ferātur: sicut p3 in beata Maria magdalena: ꝛ Petro apostolo: qui multis virginibus virtuteq3 lec⁹ preferūtur. Preterea dicit ꝙ multi dum fuerūt in hac vita nō fuerunt tanti meriti vt possēt assumi ab angelorum ordine: qui tamē saluati sunt merito passionis xp̄i: ꝛ de ipsis fiet decimus ordo: sicut olim fuit figuratum tempore Ezechie regis Iude quādo a deo ipetrauit ne moreretur: tunc sol in signum exauditiōis per .x. gradus quos descenderat retrocessit in horologio Achaz: sicut patet. 4. Reg. 20. c. Sic xp̄s sol iusticie nouem relictis angelorum ordinibus ad decimum generis humani faciendū descendit. Et similiter iste decimus ordo signatus est in decima dragma Luc. 12. quam mulier. i. diuina charitas amissam requisiuit: domū .i. humanā naturā passione subuertens. Ecce quot istis opinionibus presupponūtur saluandi. Numera eos si potes: ergo non sunt pauci vocati siue electi. Tertia oppositio dr̄ predestinatiōis. Et arguit sic. Aut deus predestinauit oēs: aut partē. Si oēs: ergo oēs saluabūt: q2 predestinatio est origo ꝛ fundamētū humāe salutis: vt colligit di. 40. primi sniarum. ꝛ. 23. q. 4. c. Nabuchodonosor. Preterea arguit. Deus ē immutabilis: si ergo oēs predestinauit: oēs saluabit: quia eius voluntas non pōt mutari: iuxta illud qd̄ dicitur de reg. iur. li. 6. Qd̄ semel placuit amplius displicere nō potest. Si āt dicis ꝙ nō omnes predestinauit sed partem ꝛ ego quero quare nō omnes. Et probat ꝙ si sit verum. Primo si sic esset videret ꝙ deus esset psonarum acceptor: ꝛ hoc negat scriptura Unde Actuum. x. Petrus ait. In veritate cōperi: qm̄ deus non est psonarum acceptor. Itē 32. q. 4. scut. ꝛ de cōse. dist. 4. c. nequaq3. Et extra de preben. c. venerabilis. li. 6. dicit. Nō generis sed virtutum nobilitas viteq3 honestas grati deo faciunt ꝛ idoneū seruitorem: ad cui⁹ regimen nōnullos nobiles ꝛ ignobiles: pauperes ꝛ potētes admisit: eo ꝙ nō est apud deū psonarum acceptio. Etiā scribit Io. 2. c. Non ē psonarum acceptio apud deum. Et Sap. 2. Equaliter est ei cura de omnibus. Et Math. 5. Solem suū oriri facit super bonos ꝛ malos

Secūdo pbatur: omnes ad pniam vocat sicut dicit apl's. 1. Thimotei. 2. ꝙ de⁹ vult oēs homines saluos fieri. Vult ergo oēs: ꝛ nō partem. Unde idē apl's Ro. 8. ait. Scimus qm̄ diligētib⁹ deum oīa cooperantur in bonū: his qui scd̄3 ꝓpositum vocati sunt sancti. Nam quos presciuit ꝛ predestinauit cōformes fieri imaginis filii sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos aūt p̄destinauit: hos ꝛ vocauit: ꝛ quos vocauit: hos ꝛ iustificauit: ꝛ quos iustificauit: eos ꝛ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec. Si deus pro nobis quis contra nos. Qui etiam ꝓprio filio non pepercit: sed pro nobis oībus tradidit illum. Qūo nō ēt cū illo oīa nobis donauit. Sed voluntas dei est īfallibilis: q2 oīa quecūq3 voluit fecit. Nec pōt īpediri. ad Ro. 9. Voluntati ei⁹ qs resistit: ergo ꝛc̄.

Secundū mysteriu3 dr̄ declaratio. Ne ergo i errore mēs parū intelligētiu3 permaneat: ex p̄fatis videbimus tres declarationes cōtra tres predictas oppositiones.

Prima ē contra inclinationem.

Secunda contra reuelationem.

Tertia contra predestinationem.

Pria est cotra iclinationem. Dicebat q deus debebat plures saluare q̄ dānare: q2 ei9 natura magis icl nata ē ad miserēdū q̄ puniedū. Rñdeo q verū ē quantū ad effectū: nō quātum ad naturā: q2 nō est differēs i natura: sed tamē nō sequitur ppterea oēs vel plures saluentur: q2 regula illa itelligitur stātibus terminis ipsius nature. Verū nāq3 ē q deus saluaret omnes si ne m̄tos: si ipsi se ad salutē disponerēt: sed q2 nō se disponunt: iō nā nō saluant. Patet hoc exēplo multiplici. Nā cibus nāliter h3 pbere nutrimētū: sed tamē nō prebet in illo q nō h3 digestionem: lumē h3 illumināre: sed tamē non illuminat cecorū oculos: medicina hab3 sanitati disponere: sed nō disponit morituros: et h nō ē culpa actiuorū: sed ex defectu passiuorū: q2 nō sunt dispositi. Unde hoc idē cōfirmat phs. 2. de aia. d. Actus actiuorū sunt i patiente bñ dispositio. Sic dico q dei natura l3 de se sit inclinata omnibus misereri: tamē nō oibus miseret: q2 nō se disponūt ad susceptionē ipsius. Hinc auctor de causis ait. Prima cā et supior semp ē sine varietate: s3 cause secūde nō recipiūt virtutem prime nisi secūdum attingētiam: ergo non valet argumentū. Secūda declaratio ē cōtra reuelationem. Nā dicebat q plures ex reuelatione demōstrant saluari q̄ dānari. Rñdeo q de electis ē loqui dupliciter. s. absolute et respectiue siue cōpatiue. Primo mō electorū ē maxima mltitudo. Nōne tibi vident multi tot pphete: tot martyres: tot cōfessores: tot virgines tot cōtinētes et casti. Et sic habent intelligi ille auctoritates: doctorūq3 opiniones. Secūdo mō in cōparatione: siue cōparatiue loquēdo dico q electi sunt paucissimi: si eni boni viri malis comparant paucissimi inueniuntur. Nā si qs ex magno monte harenarū vel ex littore maris sumeret pugillum harene: harena illa grandis diceret absolute: q2 grana ibi cōtenta eēnt ifinita: sed cōparādo ad illa que sunt i monte siue in littore maris diceret pauca. Sic est de electis: nā multi sunt absolute: sed in cōpatione dānatorū pauci: et iō deus absolute loquēdo dicit ad Abraā: q semē suum multiplicaret sicut puluerem: et sicut stellas celi. Et in cōparatione loqndo sunt dictum Deut°. 33. Ecce omnes electi in manu dei sunt. q. d. Electi tam pauci sunt vt possint manu teneri. Hinc sap. 3. dicit. Iustorum anime in manu dei sunt. Et sic p3 secūda declaratio. Tertia declaratio ē cōtra pdestinationem: vbi dicebatur q aut deus omnes elegit vel predestinauit: aut partē: et si omnes: ergo omnes erant saluandi: et si partem hoc erat falsum: quia non ē personarū acceptor. tum et q2 vult omnes homines saluos fieri. Respondeo dicendū q non oēs predestinauit. Nam pdestinatio est tm̄ bonorum. Unde magister i. 1. di. 40. ait. Predestinatio est gratie pparatio qua elegit quos voluit ante mundi cōstitutionē. Sed dices: ergo est psonarum acceptor: et q nō omnes vocat vt dicit Apoc. Dico q non sequit. Nam ipse ex hoc non acceptat psonas s3 merita: et damnat demerita. Et ideo non omnes pdestinauit: q2 preuidit quosdam in peccato duraturos: illos aūt tm̄ pdestinauit quos benefacturos pcognouit. Unde. 23. q. 4. c. Nabuchodonosor. Aug. ait vires obediētie non ideo cuiusq3 subtrahit, q2 eum nō predestinauit Sed ideo eum nō pdestinauit q2 recessuru3 ab ipsa obedientia puidit. Et infra dicit. Quia pscit sunt casuri: nō sunt pdestinati. Ecce ergo q deus non cōsiderat in pdestinatione personas: sed merita. Qd̄ āt dicebat fm apostolu3 q deus vult omnes hoies saluos fieri et c̄. Rñdeo fm doc. et maxime fm Io. Dama. et Alexan. de ales. Qd̄ in deo dicitur esse duplex voluntas: non respectu volētis: sed respectu voliti. Una dicitur antecedens siue absoluta: altera consequens siue cōditionata. Volūtas antecedēs ē in qua vult deus oibus misereri: et vlt omnes saluari. Uocat. n. cū ista ad pniam oēs. s. iudeos: paganos: sarracēos: et quoscūq3 peccatores: clamatq3 ad vitam eternam. Sed ista si sequitur effectum suum pp rebellionem liberi arbitrii nostri. Clamat deus volo te saluare anima mea. Et liberum arbitrium peccatoris rñdet. Nolo. Exemplum de rege qui precū soluit pro liberatione suorum ciuium: et parat naues: vt in patriam eos reducat a captiuitate et oēs a vinculis vult liberare ac soluere. S3 qdam eoru3 cōtēnūt. Ecce q sarraceni: iudei: et ceteri obstinati peccatores nolūt exire de carcere infidelitatis et male voluntatis. Sed tamen deus pciūm p oibus soluit redēptiōis: et oib9 vult misereri. Unde apostolus Heb. 5. Factus ē oibus obtempantibus sibi cā salutis eterne. Et de absoluta voluntate dicit idē aplus. 1. Thi. p. Hoc bonū et acceptū coram saluatore nostro deo q vult oēs homies saluos fieri et ad cognitionem veritatis puenire: q dedit semet ipsum p oibus. Alia voluntas dicit cōsequēs

siue conditionata. Et s'm istam voluntatē nō vult oēs homines saluare: q̄a hec ē cū cōditione diuine iusticie. Vult enim illos saluare q̄ gradiuntur p semitam mādatorum suorū: et dānare eos qui ambulant p vias nō bonas: nisi retrahant pedem. Exemplū de rege qui suos ciues diligit: et oibus salutem optat et quāq̄ velit oēs saluos eē: tamē vult quosdā qui nephāda commiserunt suppliciis tradere. Sic est d' deo. Sz dicit aliquis. Nolo aliquid boni agere: quia si sum p̄destinatus: oīno saluabor: si vero nō: oino dānabor. Tace stulte: q2 deus ita te p̄destinauit q̄ tamē vult te laborare vt salueris. Vñ magister in. p̄. di. 40. ait. Predestinatio ē sal9 ex inductione meritorū. Et. 23. q. 4. c. obtineri dicitur. Ipsa quoq̄ perēnis regni p̄destinatio ita ab oipotente deo posita est vt ad hanc electi nō nisi labore p̄ueniant: quatenus laborando mereantur accipe: q̄d eis oipotēs deus ab eterno disposuit dare. Item ,ppterea nō dānaberis: quia sicut speculator ostendēs viā ī bonam trāseuntibus et ne malam viā que ē a sinistris teneāt: nō est cā vt in ea incidāt in latrones. Sic deus p predestinationē non est cā dānationis electuris. Nā stultus esset ille qui nihil cibi vel medicine sumere vellet dicēs. Si debeo mori moriar et si viuere viuā. Vnde Aug. 23. q. 4. Nabuchodonosor ait. Vasis ire nunq̄ deus redderet interitū: nisi spōtaneum inueniret homine habere peccatū: q2 nec deus peccāti hoi iuste inferret irā: si homo ex predestinatiōe dei cecidisset in culpam. Et idem in. c. Vasis. §. non ergo. ait. Non ergo necessitatē facit correctionis vel obdurationis diuina p̄destinatio siue p̄scientia: cum boni p gratiā corrigant libero arbitrio mali peccant etc. Hoc satis patet: q̄ non sequitur q̄ deus debeat multos vel oēs p pter predestinationē saluare: sed illos qui volunt saluari bene viuēdo et operando.

Tertium mysteriū dr̄ confirmatio. Annūcio vobis mala noua: q2 verificatur sermo iesu xp̄i q̄ dicit. Multi sunt vocati etc. Q̄d vt certius confirmetur: triplici confirmatione demōstrabitur.

Prima dicitur exemplificatiōis.
Secunda dicitur testificatiōis.
Tertia dicitur malignatiōis.

Prima cōfirmatio dicit exēplificatiōis. Nā si itueimur oia exempla tam naturalia quā diuinalia et moralia īueniemus q̄ plures tēdūt ad penam q̄z ad gloriam. Primo eīm consideremus naturalia exēpla. Videmus. n. q̄ i istis que naturaliter fiunt plus malitie abundat q̄z bonitatis. Vnde facilius ē destruere q̄z edificare: pdere q̄z iuenire: occidere q̄z resuscitare. Nam vno āno cōficit panis: et vno momento quasi deuorat: multis ānis hō pficitur: et modica hora pdit et occidit. Quare hoc. Q2 natura rerū facilius ducitur ad malum. Item videmus q̄ plus ē terra inculta q̄z culta: plus aque amare q̄z dulces. plus sunt inmundicie que ex frumento vino et oleo exeunt q̄z ipsi fructus: plus lapides edificiorum q̄z preciosi. Sic reprobi plures sunt q̄z electi. Itē cernimus q̄ in his rebus q̄ visui nature sunt difficiles ad habēdū pauci perueniunt: vt in sciencia dignitatib9 et huiusmodi. Et hoc quare. Q2 preciosa difficulter possidentur. Sic ergo et gloria celestis a paucis eripitur: q2 preciosissima est. Vñ ait philosoph9 Malum ē facile: difficile ē bonum. Secundo consideremus diuina exēpla que fuerunt figura saluandorū paucitatis. Lege Gen. 7. c. et inuenies q̄ tempore diluuii pauci. i. octo anime vtriusq̄ sexus saluate sunt in archa Noe. Lege insuper Gen. 19. et similiter inuenies: q̄ ex Sodoma et Gomorra solus Loth cum vxore sua et duabus filiabus saluatus fu. Et tamē q2 eius vxor retrospexit in statuam salis mox conuersa fuit. Item si bene legis inuenies q̄ ex illa maxima multitudine filiorū israel que egressa est de terra egypti nemo eorū a. 20. ānis supra intrauit terrā promissionis nisi Caleph et Iosue. O peccator conuertere: q2 multis in no oīeus terra viuentiū pmissa ē: et tñ pauci itrāt pauci effugit interitū hui9 seculi: q2 nolunt sibi pridere. Tertio cōsideremus exēpla moralia. Nā legitur q̄ sanctus Bernardus. 15. die post mortē suam apparuit cuidā monacho: cui inter alia iterrogāti si tam difficile eēt saluari vt scripture testant: respondit q̄ verū erat. Et im lit. d. Ea die qua ex hac vita migraui: quadraginta tria milia hominū decesserūt: et solū modo ego cū quodā heremita vitam celestē intraui: et qdam bonus secularis penas purgatorii saluādus intrauit. Refert et quidā historicus q̄ q̄dam monachus Lugdunensis q̄ fuerat in heremo p ānos triginta i magna pnia: post suam mortē apparuit epō ciuitatis Lugdun. d. Ha. ha. o iusticia dei q̄z terribilis: q̄z subtilis: q̄z acuta: q̄z aspera. Et miratus epūs ipsum adiurauit vt diceret qd hoc eēt. Cui ille respondit. O Ioannes age pniam: grandis enim tibi restat via.

Ecce enim

Eo enim die quo ego decessi ex hac vita transie/
runt etiam octuaginta milia aie: que omnes dā
nate fuerunt exceptis .5. quarum due eternam
gloriā et tres purgatorium intrauerunt. Et his
dictis disperauit. Habetur ēt in cronicis ordi
nis nostri q dū quidā frater noster deuotus et
sanctus predicaret in partibus Alamanie: po/
pulo ipsum audiente: et vidēte: quedam mulier
peccatrix cōpuncta tunc diuina gratia: mortua
ē ex vehementi peccatorū dolore. Et cum finē
pdicator sermoni fecisset: indixit populo vt vna
secum dño funderent preces: vt si bonum fo
ret quod actum ēēt in muliere appereret. O mi/
rabile dictu. Illa que mortua fuerat sana re/
surrexit. Rogat frater eam vt si qd vidisset api/
ret ad audientium vtilitatem. At illa ait. Heu
sciant omnes homines q mortui sunt hodie.
70. milia hominum qui omnes dānati sunt ex
ceptis .4. qui ad purgatorium descenderunt.
O obcecati peccatores agite pniam: qr iusticia
dei est strictior q credit. Et quid mirū si tot dā
nant: cum totus mundus sit laqueis plenus.
Nōne sanctus Antonius abbas raptus i spū
vidit totum mundum laqueis plenum: et flens
exclamauit dicens. Dñe quis euadet hos laq
os. Et dñs respondit. Sola humilitas. Ecce
q nemo potest saluari nisi fuerit humilis: et ta/
men paucos videmus qui illam virtutē sequū
tur. Hoc cōfirmat dñs Math. 18. Nisi cōuer
si fueritis: et efficiamini sicut paruli: non intra/
bitis in regnum celorum: ergo rc. Secunda
confirmatio dicitur testificationis. Naz hoc te
stantur omnes scripture et doctores: et ēt paga
ni. Virgilius. n. ait. 6. eneidos. Pauci quos
equus amauit Jupiter. Et Valerius maxim9
Multis enim laboribus susceptis vix eorum
compotes fieri contingit. Et Aug. 20. de ciui.
dei. Plures hoies currunt in penis q in glo
riam. Idē. 21. c. 12. ait. Si oēs a tenebris trā
ferrent in lucem: in nullo appareret veritas vl
tionis: in quibus propterea multo plures quā
in illa sunt: vt sic ostēdatur quid hoibus debet
q si oibus redderet iusticia iudicantis: nemo
recte reprehenderet. Itē libro d vero cultu ait.
Antequā christus adueniret in mundum: d mū
do transierunt plus q qnqz milia anni quibus
omnes damnabant demptis paucis de popu
lo israel. Et idem eodem libro. Arbitror enim
tres mundi partes fore damnandas: eo q i ip
sis omnes regnant infideles. De quarta autez
parte quid dicā, nisi qd Jo. ait. Totus mūdus
in maligno positus est. Et Greg. in omel. su
per Math. dicit. Ad fidem plures veniūt sed
ad celeste regnū pauci perducuntur. Pleriqz
enim vocibus deum sequuntur: sed moribus
fugiunt. Veniamus ad campum diuinarum
scripturarum. Quid dicis tu o Esa. c. 8. Mul
tiplicasti inquit gentem: sed non magnificasti
leticiam. Et .1. petri. 4. c. dicitur. Si iustus vix
saluabitur: impius et peccator vbi apparebit. O
miser peccator: mala nouella. Sed forte dicis.
Non credo predictis testibus: quia forsitan vt
homines sunt locuti. Saltē christo crede. Quid
dicis domine iesu. Audi Math. 7. Intrate in
quit per angustam portā: quia lata porta et spa
tiosa via que ducit ad perditionem: et multi sūt
qui intrant per eam. O peccator paupercule q
male nouelle. Tu velles q dicerem q omnes
saluantur. Ego non possum: quia veritas mi/
hi cōtradicit. Certe si ista non essent vera et vti
lia: xps ea non predicasset. Nam vt etiam salu
tis viam arduam ostenderet dicit in eodem .c.
Non omnis qui dicit domine dñe intrabit i re
gnum celorum: sed qui fecerit voluntatem pa/
tris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnuz
celorum. Multi mihi dicent in illa die. Dñe
nōne in nomine tuo prophetauimus: nōne in
nomine tuo demonia eiecimus: multasqz virtu
tes fecimus. Et tunc confitebor illis: quia nū/
quā noui eos. Discede a me omnes qui opera/
mini iniqtatē. Et thema dicit. Multi sūt vo/
cati rc. Tertia confirmatio dicit malignatio
nis. Tanta est hominum malignitas q nō mi
rari debemus si pauci saluentur. Licet enim vt
phs ait: de futuris cōtingētibus non sit deter
minata veritas: tamen sepissime ex qualitatib9
rerum quedam futurorum indicia certa perci/
pimus. Sicut dicimus. Sero rubrum celum:
mane indicat esse serenum. Et hoc vt plurimū
verum est. Cognoscimus etiam ex nubibz dē
sitate: ventorum fulgurum et tonitruorū mul
tiplicatione q magnam testantur futuram tem
pestatem. Vnde et ipse saluator cum de tribu/
latione que in orbem ventura est loqueretur di
scipulis intulit dicens. Ab arbore autez fici di
scite parabolam Luc. 21. Hoc autem dico q
ex precedentibus signis multotiens exitum co
gnoscimus futurorum. Cuz eni totū pene mū
dū cernamus letali vulnere peccati sauciatū: et
plura mortis signa q vite: quid aliud de ipso
iudicare possumus q malum. Nonne attrito
smonis puerbio dicimus q ipossibile ē male

viuere ⁊ bene mori: ⁊ econuerso: nōne verum est qđ Gen. 8. c. scriptū est. Sensus ⁊ cogitatio hominis proni sunt ad malū. Et. 12. q. 1. c. omnis etas. dicit. Omnis etas ab adolescētia sua prona est ad malū: ergo q: homines proni sunt ⁊ ꝓmpti ad malū pereunt. Hinc. 1. Ioh. 2. c. dicit. Totus mundus in maligno positus est. Cū ergo plura mala signa dānatōis in mūdo cognoscimus vt dixi ꝗ supra: qđ possum⁹ dicere nisi q: multi sunt vocati: pauci vo electi. O dn̄e deus quo vadūt iudei ⁊ infideles. Ad infernū. Si q̄s. n. aliter crederet eēt hereticus. Quo tendūt pueri q̄ sine baptismo decedunt. Ad infernū. Quo etiā vadūt tot heretici q̄ sunt in mūdo. Nā omnes orientales ethiopie: libye pene omnes greci. Bosinenses: ⁊ multi alij varijs heresibus sunt implicati. Nō inuenies castellū ciuitatē aut villā que nō habeat aliquos hereticos occultos ⁊ publicos. Nā alij nō credunt animā esse imortalē. Alij dicūt nō eē aliā vitā: nec infernū: nec paradisum. Alij asserunt luxuriā nō esse peccatū. Alij putant stellarū fatū sup liberū arbitriū habere ꝑtatē. Alij credūt mulieres in gattas: ⁊ hoīes in lupos posse mutari. Alij tenent q: spiritus humani ingrediunt corpora aliena. Alij credunt q: facere incantatōes nō sit peccatū. Et multi alij errores inueniunt a q̄bus nolūt hoīes conuerti. Omnes hmōi in errore suo obstinati ꝑsistentes sunt excōicati ab ecclesia: vt p3. Similiter q̄ nō credunt sacramēta ecclesie. Cōsidera quot sunt viri ⁊ mulieres in his erroribus implicati. Multi publici: sed plures occulti. Isti quo vadūt: ad infernū. Dic modo de ignorātibus doctorib⁹ ꝓlatis cōfessoribus ⁊ subditis. Quāta ē ista multitudo: quorū quilibet tenet scire q̄ ad eorū spectāt salutē et officiū vt de alijs taceā. Sūt tot q̄ ignorāt penitus articulos fidei: decē ꝓcepta: ⁊ plerīq3 orationē dn̄icā: ⁊ qđ deterius est cōfessores ⁊ eorū ꝓlati etiā ipsi pleni ignorātia raro inducunt tales vt discant: ⁊ in eorū ignorātia moriunt. Quo isti vadunt: ad infernū. Quomodo scis frater Roberte. Respondeo: q: oēs doctores canonici: ⁊ oēs theologi dicunt: ⁊ ꝑcipue Tho. 1. 3. pte. q. 176. q: ignorātia iuris nō excusat in his q̄ sunt doli capaces: p3 etiā extra de iniurijs. c. Si culpa. ⁊ extra de vi. ⁊ hoñe. c. vt q̄sq3. ⁊ de reg. iur. li. 6. ⁊. 37. di. Ideo ꝓhibent. ⁊ i glo. ibi. ⁊ de cōse. di. 4. c. nos añ oīa. Itē quo tendūt multi q̄ moriunt ꝺ spati: multi morte subitanea q̄ nō habēt spaciū penitendi. Heu q: pertinēt ad infernū. Quo insup tendūt ꝓdones extortores: fures: lusores: damnificatores: vsurarij: tpis venditores: ⁊ hmōi: ⁊ q̄ talib⁹ ꝓbēt auxiliū: fauorē: ⁊ ꝯsiliū: q̄ oēs tenent ad restitutionem: ad infernū. Habes hec extra de furtis. c. porro. ⁊ in glo. ibi sup. v. satisfacere. Et de vsuris. c. cū tu. Itē li. 6. de reg. iu. Itē. 14. q. 6. c. si res. ⁊. 24. q. 2. c. legat. Et de pe. di. 6. c. nemini. Quo ergo miseri vadunt: ad infernū. Quo vadūt mali religiosi: q̄ nō ꝓuāt regulam suā: ad infernū. Quot peccatores moriunt extra charitatē ꝓpter odiū cū ꝓximo suo: aut ꝓpter amorē peccandi: vel horrorē satisfaciendi: aut etiā alia simili de causa: sed tantū penitēt ꝓpter timorē gehenne. Heu q: rapiunt ad tartara: quia scriptū est de pe. di. 2. c. nullus. ⁊ sunt verba Aug. d. Certū est neminē sine charitate saluū esse. Nō itaq3 in solo timore viuat homo. Quem ergo penitet oportet nō solū deū timere iudicē: sed diligere iustū: vt nō solū penā timeat: sed anxietur pro gloria. O igitur captiui diaboli reuertimini ad misericordiā dum tempus est. O miseri christiani renegati: reuocate vitā vestrā ad dominū deū vestrū vt euitetis cōsortia dānatorū. Redite ergo: q: nemo dānat nisi p ꝓpriā culpā: ⁊ deus nō est inculpandus sed potius nostra malignitas. Nā de⁹ nō vult queq̄ ū vilē ⁊ magnū peccatorē perire: s3 stat extensis in cruce brachijs cōpatiēs peccatis ⁊ dānationi nr̄e: vt oīb⁹ largiat sua īfinita misericordia vitā eternā: ad quā ipse nos conducat qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amē.

Sermo de cathenis.

Vidi angelum descendētē de celo habentem clauē abyssi: ⁊ cathenā magnā in manu sua. Apoc. 20. Infirmitates curande dilectissimi in christo iesu: nō aliter curant: nisi p medicinas eis cōtrarias: vtputa infirmitates calide p medicinas frigidas: ⁊ ecōuerso. Et hoc cōfirmat aristo. 2. ethi. d. Medicine habent fieri p cōtraria. Et. 6. Contraria cōtrarijs curant. Quare antiquus ille serpens generis humani inimicus videns hominē illuc posse conscendere per humilitatē: vnde ipse per superbiam corruerat: confirmatus in dei odio ⁊ nostri inuidia: semp querit nos precipitare: ⁊ ad baratrū vbi ipse est deducere per frequentationē peccatorum mortaliū. Et quia seu nos per penitētiā in

hac vita posset resurgere: conat᷑ multis modis i
ipsis nos ligare ne resurgamꝰ: vt in his morię̄
do eternaliter pereamꝰ. Propter hoc dicit the
ma nostrũ: videlicet. Vidi angelũ. i. diabolum
descendentē de celo. i. ꝑ superbiã cadentē habē
tem clauē abyssi: ⁊ cathenã magnã i manu sua:
idest ligamenta ad ligandũ animas ne vere pe/
niteant: sed eternaliter pereant. Que volentes
dissoluere ⁊ de animabus nostris extirpare: vt
possimus penitere: necesse ē malleos fortes ha
bere: qui ipsas cathenas disrumpãt: ligamēta
q̄ȝ dissoluant. Sȝ q: opposita iuxta se posita ma
gis elucescũt: videamus primo cathenã ⁊ liga
menta que singillatim per medicamēta contra/
ria dissoluemus. Ex scriptura enim sacra: vt ꝑ
cipere potui cathena ista magna habet nouē no
dos: quos necesse ē soluere ⁊ totaliter destrue/
re: vt a peccatis nosipsos soluamus: videlicet.

Prima dicit᷑ infidelitas.
Secũda desperabilitas.
Tertia dicit᷑ horribilitas.
Quarta dicit᷑ difficultas.
Quinta dicit᷑ exemplaritas.
Sexta dicit᷑ delectabilitas.
Septima dicit᷑ timiditas.
Octaua ꝑ̄sumptuositas.
Nona dicit᷑ longanimitas.

Prima ergo cathena magna ⁊ terribilis est
infidelitas. Mirari enim soleo tantã diuersita
tem hominũ tam diuersimode operãtiũ. Qui/
dam enim bene: quidã melius: quidã vero opti
me: quidã male: aliqui peius: nonnulli pessime
operant᷑. Sed finaliter inuenio q̄ ista diuersi/
tas nõ caus᷑ nisi ex defectu: aut a diuersitate fi
dei. Et q̄uis dicãt oēs se credere: nõ tamē oēs
illa que credunt cõsiderant ⁊ inuestigãt. Quod
autē hoc sit verũ probat᷑ primo ꝑ rationē. Se/
cũdo ꝑ auctoritatē. Tertio per exēplũ. Pri/
mo per rationē sic. Sententia est Ari. in prin/
cipio de sensu ⁊ sensato. Nihil ē i intellectu qn
prius fuerit in sensu. Quod si ꝑ intellectũ non
cognoscit᷑: nec per voluntatē amat᷑: sicut ipse ait
in. 3. de anima. Voluntas nõ fertur nisi in ꝑ̄/
cognitũ. Et Aug. x. de trini. c. i. ait. Firmissi/
me nouimus nõ nisi nota amari posse. Quod
si non amatur: nec etiã propter illud aliqd boni
operat᷑. Si ergo volumus bene agere ⁊ in vir
tutibus insudare necesse est bonũ ⁊ premiũ ꝓ/
pter qđ operamur cognoscere: q: finis mouet
operantē ad agendũ. 2. phisicoꝝ. Sed ipsum
bonũ supernũ: ⁊ felicitatē eternã nõ possumus
naturaliter cognoscere: ergo necesse est vt sup/
naturaliter cognoscamus: ⁊ hoc ē ꝑ fidē. Quã
ta ergo erit fides: tãta erit cognitio: quanta erit
cognitio: tãta erit affectio: ⁊ quãta erit affectio:
tanta erit virtutis opatio: ergo de primo ad vlti
muȝ quãta erit fides: tanta erit operatio. Rur
sus per eandē rationē penã eternam malũ esse
acerbissimũ naturaliter cognoscē nõ possumꝰ
ergo supernaturaliter per fidē. Si ergo volu/
mus peccata deuitare: necesse est penã ad quaȝ
peccata inducũt nos cognoscere. Et tanta erit
peccati deuitatio: quãta erit pene cognitio. Si
ergo nõ est nisi ꝑ fidē: quãta erit fides: tãta erit
peccatoꝝ deuitatio ⁊ oditio. Per hanc ergo ra
tionē patet opera bona ⁊ mala procedere a pro
fectu ⁊ defectu fidei. Secũdo hoc idē probat᷑ ꝑ
auctoritatē Aug. d. Fides mensurat actiones.
Et per illud Lac. 2. diuinaꝝ institutionum ad
uersus gētes circa principiũ. Mũdũ existimãt
nulli deo nos esse cure: aut post mortē nihil eē
futuros: totos se libidinibus adijciunt. Et duȝ
licere sibi putant hauriendis voluptatibus sciē
ter incũbũt: ꝑ quas imprudētes laqueos mor/
tis incurrunt. Ignorãt enim q̄ sit hominis rõ
quã si tenere vellent in primis deũ suũ agnosce
rent: ṽtutē iusticiãq̄ȝ sequerent᷑: terrēis figmē
tis aĩas suas nõ substernerēt: ⁊ mortiferas li/
bidinũ suauitates nõ appeterent. hec ille. Pro
batur etiã auctoritate sacre scripture. Et Prio
Moysi dicentis Numeri. 20. Quia nõ credi
distis mihi vt sanctificaretis me corã filijs israel
nõ introducetis hos populos in terrã quaȝ dabo eis. Iteȝ. 2. Paralipomenon. 16. Prebet
fortitudinē his q corde ꝑfecto credunt in eum.
Et Thobie. 2. Vitã illã expectamꝰ: quã domi/
nus daturus est his q fidē suã nunq̄ȝ mutãt ab
eo. Et Esa. 6. Si nõ credideris nõ ꝑmanebis
q: in peccatuȝ rues. Ideo dicit᷑. Abacuc. 2.
Iustus in fide sua viuit. i. bene operat᷑. Pre/
terea dicit᷑ Math. 9. ⁊ Luc. 6. Cõfide filia: fi/
des tua te saluam fecit. Et Math. 9. Secundũ
fidē vestrã fiat vobis. Et. 15. O mulier magna
ē fides tua: fiat tibi sicut vis. Et Mar. 9. Om
nia possibilia sunt credenti: etiã maxima ⁊ ar/
dua. Et Ioh. 3. Qui credit in eũ nõ iudicat᷑: q
vero nõ credit iam iudicatus est. Et iteꝝ. Qui
credit in filiũ dei habet vitam eternã: q autē in
credulus est filio non videbit vitã eternam: sed
ira dei manet sup eũ. Itē Paulus magnificat
fidē nostrã dicens Ro. i. Gratias ago deo: q:
fides nostra annunciabit᷑ vniuerso mundo. Et

Ro.10.c. Corde enim credit ad iusticiam: ore
autē confessio fit ad salutē. Dicit. n. scriptura.
Omnis qui credit in illū nō confundet. Et. 2.
ad Cor. 13. ait. Si estis in fide ipsi vos pbare p
opera. Et ad Gal. 2. Nullus iustificat ex opi
bus legis nisi p fidē. Et ad Eph. 2. Gra sal/
uati estis p fidē. Et. 6. In omnib⁹ sumētes scu
tū fidei: vt possitis omnia tela neqssimi ignea
extinguere. Itē Heb. 11. Lapidati sunt: secti
sunt: temptati sunt: in occisione gladij mortui
sunt. Circuiuerunt in melotis: & in pellib⁹ ca/
prinis egentes: angustiati: afflicti: quib⁹ dign⁹
nō erat mundus. Et hec omnia propter fidem
Itē Iac. 2. Quid pderit fratres si fidē qs di/
cat se habere opera autē nō habeat. Nūqd fides
poterit saluare eū. Itē. 1. Ioh. 5. c. Hec est vi
ctoria que vincit mundū fides nostra. Patent
ergo pdicta p auctoritates. Tertio pbat p exē
plum. Ponat q quidam trāseat p viā: & occur
rat ei vnus amicus eius dicens: ne transeas vl
terius: quoniā inimici tui ppe parati sunt cum
gladijs interficere te. Ille aūt si credet aufugiet
si autem transierit interficiet. Sic enim nobis
euenit p viam peccatorū transeuntibus. Vene
runt prophete: martyres: & apostoli demū ipse
christus nobis amicissim⁹: & clamauerunt om
nibus peccatoribus dicentes. Ne transeatis.
o supbi p viam supbie. O auari p viam auari/
cie: qz inimicus vester diabolus interficiet vos
idest ducet vos ad infernū in illas tenebras ex/
teriores. Quare ergo nō fugimus. Quare istā
vitā nō deuitamus. Nō ob aliud quia non cre
dimus. Rursus ponat q vnus cupidus & aua
rus querens ditari nuncios habeat dicentes si
bi. Perge ad illā ciuitatē: & multas pecunias
lucraberis. Nūquid si credet nō ibit: imo cur
su velocissimo & nō tardabit. Sic nobis euenit
naturaliter desiderantibus felicitatem. Quib⁹
dictū est solū felicitatē esse in alia vita: & ibi sum
mum bonū adesse. Nō ergo ob aliā cām eue
nit: vt illud summū bonū totum cōtemnat: nisi
qz annunciantib⁹ nō credimus. Et sic patet pdi
cta cōclusio p rationē: p auctoritatē: & p exēplū
Si autē qreret a me: ppter quid fidei nre tāus
signis approbate nō credit hominū multitudo
maxima: dicerē cupiditatē & inordinatā terre/
norū affectionem huius rei solā causam esse: p
bando sententiā meā per auctoritatē Lactantij
in li. 7. diuinarū institutionū aduersus gentes.
Interim necessariū puto admonere lectores: q
hec nostra que tradim⁹ praue vitioseqz mentes
aut omnino nō intelligent. Ebetat. n. acies eo
rum terrenis cupiditatib⁹ que sensus omnes
grauant: imbecillesqz reddūt. Aut etiā si intelli
gent: dissimulabunt tamē & hec vera esse nolēt:
quia trahunt a vitijs: & scientes suis malis fa/
uent quorū suauitate capiunt: & virtutis viā dese
runt cuius acerbitate offendunt. Nā qz auari/
cia & opū inexplebili quadā siti flagrāt: qz non
possunt venditis aut dilargitis que amāt tenui
cultu vitā degere sine dubio malunt id esse fictū
quo desiderijs suis renunciare cogunt. Item
qui libidinū stimulis incitati: vt ait poeta: in fu
rias ignemqz ruunt: vtiqz incredibilia nos asse
rere dicunt: qz vulnerant aures eorū precepta
cōtinentie: que illos a voluptatibus suis phibēt
quibus animā suam cum corpore ad iudicaue/
runt. Qui vero ambitione inflati: aut amore
potentie inflammati: omne studiū suū ad ac/
quirendos honores contulerunt: nec si solē ip/
sum in manibus gesserimus fidem accōmoda/
bunt ei doctrine que illos iubet omni potentia
& honore contempto humiles viuere: atqz ita
humiles vt accipere iniuriam possint & refer/
re nolint si acceperint. Hi sunt homines: q cō/
tra veritatem clausis oculis quoquo mō latrāt.
Qui autem sani erunt: idest nō ita vitijs imer
si vt insanabiles sint & credent his libenter at/
tendent & queciiqz dicimus aperta plana & sim
plicia: & quod maxime opus est vera & inexpu/
gnabilia illis videbuntur. Nemo virtuti fauet
nisi qui sequi potest. Sequi autem nō facile est
omnibus. Hi possunt quos paupertas & rerū
exigentia exercent: & virtutis capaces efficit.
Hec ille. Et sic habem⁹ primā cathenā. Cō
tra istam cathenam ad ipsam totaliter dissoluen
dam duplici malleo laborabimus: scilicet ratio/
nis & exemplaritatis. Primo malleo ratiōis
Presupponātur ergo res omnes creatas ha/
buisse principium: & mundū esse factum: vt di/
cit philosophus. 2. methauro. & in. 1. de celo et
mundo. sed nō ab alio: nisi ab ipso deo. Nam
per hanc cognitionē venimus in cognitionem
veri dei: sicut probat Aristo. 8. phi. Prio via
cause efficientis. Quia est deuenire ad vnā cau
sam que est causa vltima omniū & non habeat
causam supra se: quia aliter esset processus in in
finitum: quod a nullo cōceditur. Secundo via
motus quia nihil mouetur a seipso. Et intellige
hic moueri educi de potentia ad actum. Est er
go deuenire ad vnū immobile: quod faciat om
nia moueri. Et iste est deus: de quo dicit Boe
tius

tius. O qui perpetua mundū ratione gubernas. Terrarū celiq3 sator: qui tempus ab euo Ire iubes: stabilisq3 manes dans cuncta moueri. Nota ergo q̄ iste deus est summa sapientia ⁊ intelligentia: ⁊ ideo omnia fecit ꝓpter aliquē finem: quia omnis agens ſm rationem agit ꝓpter finem: vt dicit phs. 2. phi. ⁊ 2. de anima. Si ergo queramus quare fecit elementa ⁊ fructus terre: ⁊ omnia alia animalia. Nō ob aliud nisi vt ostenderet suā potentiā: ⁊ ad hominis vtilitatem qui eis vtitur vt patet. Propter qḋ dicit Aristo. in. 2. phi. ⁊ in. 2. de anima. Finis quodā modo omniū est homo. Et ex hoc sequitur hominē esse nobiliorē omniū rerū naturalium, ꝓpter ipsum factarū. Rursus si queratur quare fecit hominē: ⁊ velimus dicere q̄ ad hoc solū vt in hac vita comedat ⁊ bibat: ⁊ viuat: ⁊ finaliter moriatur: vt videmus per experientiam ⁊ vlterius nō sit de ipso memoria: sequeretur hoc falsissimū inconueniens: terram ⁊ arbores: et etiā elementa ⁊ bestias: nobiliores esse ipso homine. Et quia hoc est inconueniens: ⁊ nullatenus verū: ⁊ cōtra omnē philosophiā naturalem que vult finem nobiliorem esse his que sunt ad finem ordinata: vt ait. Arist. 2. phisicorū: ideo oportet concludere finem nostrū esse alibi idest in vita futura: ⁊ hominem futurū esse immortalem ⁊ perpetuū: quia frustra aliter esset conditus a deo: ⁊ sic de ceteris creaturis maior cura fuisset deo q̄ de nobis rationabilibus: quod falsum est. Et hec omnia trahuntur ab illo pulcherrimo ter. Lact. in. 7. li. diuinarum institutionum. qui ait. Quis. n. tam ineptus tā ociosus: vt aggrediatur aliqd facere frustra: ex quo nullā vtilitatem: nullūq3 cōmodū speret. Qui domū edificat: non ideo edificat vt tantum domus sit: sed vt in ea possit habitari. Qui nauē fabricat: non ideo assumit operam vt tantū nauis appareat: sed vt in ea nauigetur. Item qui vas aliquod instituit ac format: nō propter illḋ facit vt tantum fecisse videatur: sed vt vas illud effectum capiat aliquod necessarium. Sic ⁊ cetera quecūq3 fiūnt non vtiq3 in superuacuum: sed ad vsus aliquos vtiles laborantur. Mundus ergo a deo factus est non vtiq3 propter ipsum mundum. Non enim calore solis aut lune: aut aspiratione ventorum: aut humore imbriū: aut alimonia frugum: cū sensu careat indiget. Sed nec illud quidē dici potest q̄ deus per seipsum fecerit mundū: quoniam pōt esse sine mundo sicut fuit antea: ⁊ his omnibꝰ que in eo sunt queq3 generantur deus ipse non vtitur. Apparet ergo animantium causa mundū esse constitutum: quoniam rebus his quibus constat animantes fruuntur: que vt viuere et constare possint omnia his necessaria temporibus certis subministrantur. Rursus ceteros animantes causa hominis esse factos: ex eo clarum est q̄ homini seruiunt: ⁊ tutele eius: atq3 vsibus data sunt: ⁊ infra. Sicut ergo mundum non propter se deus fecit: quia eius commodis non indiget: sed propter hominem qui eo vtitur. Ita hominem non propter se. Que vtilitas deo in homine inquit Epicurus: vt eum propter se faceret. scilicet vt esset qui opera eius intelligeret: qui prouidentiam disponedi: rationem faciendi: virtutem consumandi et sensu admirari: et voce proloqui posset. Quorum omnium summa hec est vt deū colat. Is enim colit qui eum intelligit. Is artifex rerum omniū. Is verum patrem suum debita veneratione prosequitur: qui virtutē maiestatis eius de suorum operū inuentione: inceptione: perfectione: metitur. Quod planius argumentū proferri potest: ⁊ mundū hominis: ⁊ hominē sui causa deum fecisse: q̄ꝫ q̄ omnibus ex animantibus solus ita formatus est: vt oculi ad celum directi: facies ad deum spectans: vultus suo cū parente cōmunis sit: videaturq3 hominem deus quasi porrecta manu ad leuatum ad contemplationem sui excitasse. hec ille.

Secundo malleo exemplaritatis dissoluenda ē hec cathena diabolica. Nam videmus per experientiam tot ⁊ tanta miracula esse facta: que non nisi per deum fieri potuerunt. Unde Ricar. in. 4. de trinitate ait. Domine si decepti sumus non nisi per te decepti sumus. Nam tantis signis firmata sunt: que non nisi per te fieri potuerunt. Et hoc probatur per Aristo. in postpredicamentis: qui dicit q̄ a priuatione ad habitum non est regressus per naturam. Si ergo homo priuatus est visu: non potest illuminari nisi per opus supernaturale ⁊ diuinū. Similiter mortuus non potest resuscitari nisi per miraculum. Quare ergo dubitamus fidei credere: ⁊ ei totaliter adherere: cum sit tot et tātis miraculis probata ⁊ confirmata. Quod si dixeris miracula facta non esse. Respondet Augustinus vigesimosecundo de ciuitate dei. dicens. Si ista miracula facta esse non credunt vnū grande nobis miraculū fuit: q̄ iam sine vllis miraculis totus mundus credidit. Quod

similiter dici pōt de miraculis diebus nostris factis p̄ inclytū confessorē. Antoniū paduanū nostrū: que tot et tanta fuerunt: vt vehementem stuporē toti mūdo induxerint. O fides sancta. o fides catholica. o fides ortodoxa. o fides robo/rata: quis dubitet amplius tibi credere. Certe nul/lus nisi a sensu et ratione alienatus. Nā mira/cula tot facta vidimus: audiuimus: palpauimus que nullatenus negare possumus. Que si quidaꝫ veneno serpentino negabūt vnū grāde miracu/lum miraculoꝝ est: q̄ totus mundus vt ita lo/quar pedibus vnius pauperis fratris mortui p̄/sternit et inclinat. Ipsum adorāt reges: dñi: p̄/lati: et summi pontifices. Credamus ergo indu/bitanter: et credendo amemus: et amādo deo fide/liter seruiamus: et finaliter salui erimus. Et sic patet prima cathena.

Secūda cathena vocat desperabilitas.
s Nā hec est cōsuetudo demonis ex fal/lacia sua: vt anteq̄ peccatores peccent eis suggerat deū esse misericordē. Sed postq̄ peccauerint suggerit ipsum esse crudeleꝫ: vt sic desperādo de misericordia dei: nūq̄ peniteant Sicut fecit Cayn homicida q̄ dixit. Gene. 4. Maior est iniquitas mea q̄ vt veniā merear. Ideo Salomon ait. puer. 18. impius cū in p̄/fundū peccatoꝝ venerit cōtemnit. s. veniā. Itē in psona iniquoꝝ dicit Hiere. 15. c. Factus est dolor meus ppetuus: et plaga mea renuit cura/ri. Sicut fecit Iudas Math. 27. Abiectis ar/genteis in templo laqueo se suspendit. Et ex hoc sequit illud malū: q: ruunt de peccato in pecca/tum: et in dies efficiunt deteriores. iuxta illud ad Ephe. 4. Desperantes semetipsos tradide/runt impudicitie in operationē immūdicie omnis in auariciā. Sꝫ cathena ista facile dirumpitur auctoritate scripture: et exemplo. Naꝫ ois scri/ptura clamat q̄ deus est misericors. Inter alia Salamon ait. Eccle. 2. c. Pius et misericors ē dñs et remittit in die tribulatōis peccata. Et idē 17. ca. Magna est misericordia dei et ppiciatio eius cōuertentibus ad se. Itē. 18. Quis adiiciet enarrare misericordiā dei. Itē Iohel. 2. Conuerti/mini ad me in toto corde vestro et c. et infra. Et cōuertimini ad dominū deū vestrū: quoniā be/nignus et misericors est: patiens et multe miseri/cordie et p̄stabilis sup malicia. Itē ps. 29. Au/diuit dñs et misertus est mei. Et in pluribus aliis locis: ita q̄ videt scriptura nō aliud facere q̄ p̄/conizare misericordiā dei. O peccator indura/te. o peccator obstinate: quare ergo desperas. Quare nō cōuerteris ad dominū: q: dñs semp̄ est paratus te recip̄e et acceptare. Noli ergo cre/dere diabolo: q: dicit deuꝫ esse crudelē: q: certe vult te decipere: et i eternū te dānare et c. Se/cundo destruit exēplo: qm̄ nullus vnq̄ conuer/sus est ad deū: et ab eo repulsus est sine miseri/cordia. Patet de latrone. Patet de adultera: seu de peccatrice deprehensa in adulterio: et in aliis de quibus dicit. Bern. in sermone. 22. super Can. canti. O mirino ppter mansuetudineꝫ q̄ de te p̄dicat currem⁹ ad te dñe iesu audientes q̄ nō spernis pauperē peccatorē. Nō horruisti cō/fitentē latronē: nō lachrymātē peccatricē: nō de/prehensam in adulterio: nō supplicantē publi/canū: nō negantē discipulū: nō psecutorē disci/puloꝝ. Certe in odorē hoꝝ vnguētoꝝ tuoꝝ curremus. Quid ergo dubitatis o peccatores scelerati ad illū piissimū recurrere q̄ tante ē mi/sericordie: vt omnes velit saluos facere: et pro/pter hoc voluit filiū suū carnem assumere: et de/mum sanguinē suū preciosissimum effundere. Et ideo ille barbatus Hieronymus in episto/la ad Sabianū exhortatoria ad penitentiā dicit. Samuel quondā lugebat Saulē q: penituerat q̄ vnxisset eū regem sup israel et c. vsq̄ ibi: cui omnia elementa seruierant.

Ertia cathena dicit horribilitas satisfa/
t ciendi. Et vero satisfactionē pro resti/tutione fame: pro recōciliatione inimi/corum: pro remissione iniuriaꝝ: pro obserua/tione votoꝝ: pro executione testamentoꝝ: pro cauitatione peccatorum: necnō excisione causaꝝ eorundē. iuxta illud Aug. de penitentia. di. 3. circa principiū. Satisfactio est peccatoꝝ causas excidere: nec eoꝝ suggestionibus aditū indul/gere. Sed omnia ista horrēt facere peccatores Cōfitentur nāq̄ et cōmunicant: sed nūq̄ resti/tuūt: nūq̄ inimicis reconciliant: nūq̄ occasio/nes peccādi deuitant: et sic eternaliter puniunt et dānant. Hec est cathena ferrea: hec est cathe/na plumbea: hec est mola grauis ad collū pec/catoris demergens ad p̄fundū inferni. Excla/ma ergo ad vsurarios: ad auaros: ad predato/res: et ad omnes substātias alioꝝ rapientes: siue p malos cōtractus: siue p falsam sententiā: siue p falsaꝫ aduocationē: siue per aliquē aliū modū proximū damnificauerunt: vt restituāt: q: ali/ter nō remittit peccatū nisi restituat male ablatū extra de reg. iur. li. vi. et. 14. q. vi. c. si res. et est Aug. in epistola. 2. ad Macedoniū. Hec au/dire horrēt: ista aures eoꝝ offendūt: nullaten⁹

satisfacere

satisfacere volūt. Sꝫ heu heu ista cathēa diabo
lica quantos dānauit: quātos ligat ⁊ ligauit: ꝙꝫ
tos in baratrū īferni demersit. Non eni ille er
rauit qui dixit. Pecunie oia obediūt. Pro/
pterea spūs sanctus Baruch. 3. testat oēs istos
esse dānatos. d. Ubi sunt q argentū thesauri/
zant: ⁊ aurū in quo confidunt hoīes. Rñdit.
Ad inferna. Ad īferna oēs descēderūt. Vor
rent ēt multe mulieres vane amouere a se sup
fluas vanitates: superflua iocalia: ⁊ adulterios
capillos: vel aliēos: diabolica fomenta: ⁊ reliq̄
sil'ia que oio si penitēre volunt relinquere: oꝫ.
Vorrent ꝑtiales renūciare ꝑtialitatibus: idul/
gere inimicis: ⁊ remittere iniurias: que tamen
facere obligant. Vorrent detractores restitue
re famā quā iniuste tulerunt: qui tamē non ab/
solui debent nec possunt nisi hoc faciant. Istis
oibus cathenis ferreis ꝓfecto ita ligati sunt: vt
pnia coꝝ vana sit ⁊ vacua: nec ꝯñr pōt eē deo
grata ⁊ accepta. Contra quā cathenā solus vnꝰ
malleus ꝓficit: q continetur in his vbis Hie
ro. Tpale eni est qđ delectat: eternum vero qđ
cruciat. Ecce cōsidera ergo qꝛ gaudiū qđ habes
de oibus supradictis tpale esse ⁊ instantaneū:
⁊ oino transitoriū: penā vero nisi satisfacias: vt
ꝑdictum ē futurā esse ꝑpetuā ⁊ eternā firmiter
crede. Quis eni tā ignarus tanqꝫ insipiens ē:
vt modicū qd eligat habere gaudiū ⁊ delectatio
nis: īfinitas vero penas ⁊ eterna supplicia su/
stinere velit. O magna hoīs mentis alienatio: q̄
non cōsiderat illud euāgelicū dictū. Quid eniꝫ
ꝓdest hoī si vniuersum mūdū lucret: aie vero
sue detrimentum patiatur. Math. 16. Et sic pꝫ
tertia cathena.

q Uarta cathena vocat difficultas. Sug
gerit diabolus marie mēti peccatoris
ꝙ nullatenus a peccatis resurgat: nec
ī bonū ꝓficiat: qꝛ hoc ē difficile: ⁊ quodāmodo
īpossibile. Ad quā cathenā dissoluēdam ⁊ faci
litatis nostre ad bonū ꝑpalandā ⁊ demōstran/
dam mouet quedaꝫ pulchra questio. Si deus
creaturā ꝑmiat sola bona voluntate absqꝫ opi/
bus: ⁊ si necesse ē bona opatio adiuncta volūta
ti. Oritur ergo ista questio ex auctoritatibus si
bi inuicē cōtrariis. Ab vna eni pte ꝓbatur ꝙ
nō. Nā dicit Bern. in li. de libero ar. Inten/
tio sufficit ad meritū: bona actio reqritur ad exē
plū: ergo videtur ꝙ quātū ad meritū vite eterne
non sit necessaria bonitas actionis exterioris.
Itē sup ps. Dixi cōfitebor ⁊c. dicit glo. Vo/
tans eum. Ubi Beda ait. In testimoniū vtriusq3 nature angelum eum confortasse: et angelum ei ministrasse describitur. Iesus xp̄s ſm humanā naturam et passibilitatis statum fuit paulo minus ab angelis minoratus: vt declarat magister in primo sniaꝝ di. 16. Unde q̄tū ad hoc angelico videbatur indigere p̄sidio. Angelicam custodiam deus fecit ad anime dignitatem ſm Hieronymū super Math. 18. c. q dicit. Magna qppe est dignitas aīarum: vt vnaqueq3 ab ortu natiuitatis sue habeat angelum ad sui custodiā deputatū. Aia aūt xp̄i cum sit nobilissima: non d3 tanta dignitate priuari. Que tamen omnia: et si videntur concludē veritatem: tamen falsa sunt: qꝛ non habuit xp̄us angelum ad sui custodiam deputatum ſm doctores in. 2. di. xi. vbi ar. 1. q. 3. beatus Bon. rōem assignat. Quia nec demōes eū poterāt opprimere per violentiam corporis diuinitati vniti: nec poterant allicere affectum per blanditias: plenitudine gratie confirmatum. Ideo xp̄s non indigebat angelo bono: nec q̄tū ad defensionem corporis: nec q̄tum ad eruditionem ratōis: nec q̄tum ad excitatōem affectionis. Non solum autem xp̄s non indigebat: s3 nec ei ēt competebat. Custodia. n. in custodiēte respectu custoditi dicit presidentiam quādā. Et qꝛ angeli xp̄o domino subiiciebātur: iō nullum officiū p̄sidentie ipsius iesu xp̄i eis admitti debebat. Quicqd aūt de scripturis allegatū ē: de angelis administrātibus et custodientib[9] et seruiētibus ipsi xp̄o: nō de presidentibus ē itelligendum. Nūq̄. n. ita minoratus est xp̄us ab angelis: vt aliquis angelus auderet ei presidere: cū ita bene sit adorandus xp̄s in cruce et i sua īfirmitate sicut et in sua v̄tute. Cum v̄o dicebatur q̄ angelica custodia fuit ad hoīs dignitatē: dicendū q̄ custodiri ab angelis ita dicit dignitatem in aīa respectu aliaꝝ creaturarū que non cōmittūtur angelice custodie: vt tamē dicat imperfectōem respectu beatoꝝ: qui aliēa custodia nūq̄ egent. Et anima xp̄i ab instanti sue conceptionis erat pfecte beata q̄ angelum custodientem non debebat habere: sed bene ministrantem. Quod non in vno tm̄ sed in pluribus locis manifestū est sicut p3 Math. 4. ubi dicitur q̄ ministrabant ei angeli. In obsequiū ergo xp̄i angelus apparuit in somnis ioseph. Sed adhuc v̄satur in dubiū animus. Qꝛ apparuit angelus zacharie: apparuit v̄gini gloriose: apparuit pastoribus dum vigilarent. Cur ioseph apparuit in somnis. Ad hoc respondet Crisostomus in omelia dicens. Nō apparuit manifeste sicut pastorib[9]: qꝛ valde fidelis erat. Pastores indigebāt q̄si rudes. Uirgo idiguit quasi ab angelis instruēda. Sic̄ut zacharias indiguit ante cōceptōem prolis miraculi visione. Hec ille. De hoc Remigi[9] assignat rōnem moralē: et dicit. Per hoc q̄ angelus apparuisse in sōnis dr̄ mystice designat: quia illi qui a curis terrenis et secularibus negociis requiescūt: pfrui angelica visione merentur. hec ille. In hac appitōe notanda sūt v̄ba angeli q dicit. Surge et accipe puerū et matrē eius: et fuge in egyptū. Quia vt dicit Crisostom[9] super Math. nō pp̄ter matrē puer natus ē: sed propter puerū mater sepata ē. Et ſm Hilariū: cū euangelista desponsatā eā vocauit iusto coniuge nūcupauit: sed post partū mater iesu ōndit: vt quēadmodū deputaretur Marie in v̄ginitate coniugiū: ita venerabilis ostenderet ei[9] in iesu matre v̄ginitas. Ad secūdū dubium respondet Augustinus in questionibus noui et veteris testamenti. vbi ait. Oia pp̄riis locis et tp̄ibus gessit saluator. Cum ergo xp̄s mori disponeret pro hominibus: differre voluit vsque ad trigesimūtertiū annum etatis sue: tū vt illo tp̄e itermedio v̄bo pariter et exemplo instrueāt: tum vt v̄itatem vtriusq3 nature īsinuaret oib[9] tum vt dilectionem suam ardenter ostenderet: qꝛ vitam suam pro nobis dedit: qn̄ erat in pfectissimo statu. Ad tertiū dubiū r̄ndet euāgelista cum dicit: q̄ in egipto xp̄s mansit vt impleretur quod dcm̄ est per pphetaā. Ex egipto vocaui filiū meum. Aug. in quodam sermone de epiphania dicit. Moyses aliquando in egypto clauserat diē: illuc xp̄s adueniens sedentib[9] in tenebris reddidit clarissimam lucē. Qd̄ vtiq3 verum esse ostendit magister in hystoria scolastica. Nocte enim illa xp̄s cū matre intrauit egyptum: qua precepto suo exiuerant filii israel vt sicut nō fuit domus in qua primogenit[9] nō iaceret mortu[9] angelo pcutiēte: sic ipso ingrediente nō fuit templū in quo idolum nō corruerit Quod Esaias predixerat. 19. c. Ecce domin[9] ascēdet super nubem leuem: et igredietur egyptum et mouebūtur simulacra egypti a facie ei[9] Hāc puinciā cōmēdat hysidorus quartodecimo ethimologiarū dicens: eam esse que prius aerea diceba. deinde egypt[9] vocata ab egypto Danai fratre ibi regnāte. Hec ab oriēte fine fine et rubro mari coniuncta ab occasu. Libiam habet

byam habet: a septētrione mare magnū: regio celi imbribus īsueta: z pluuiarū ignara. Nilus solus circūfluens eā irrigat: z inundatione sua fecundat: vnde multarū terrarū partē frumento alit. Ceterorū quoqz negociorū adeo copiosa: vt impleat mercibus suis orbē terrarū. Hanc christus sibi elegit forte etiā vt ibi se esse monstraret futurū. In egypto enim plus religio viguit q̄ alibi. Si quis nunc ad egypti veniat solitudines: paradiso omni illā videret heremū digniorem. Et sic egyptus anachoritis: veluti astris celū fuit adornata. Hec ille. Multa declaramus de christi fuga in egyptum. Sed pia mens nostra debet cōsiderare q̄ dolenter audiuit mater Joseph sibi dicentē. O virgo dulcissima fugiamus repente: qz Herodes filiū tuū perdere querit. O quātus timor virgineā mentē inuasit: quātusue dolor cor benignissimum penetrauit. Puto enim q̄ sine mora filiū i brachijs suscipiens lachrymantibus oculis cū Joseph sene puella cū paruulo desertū iter arripuerunt. Cōtemplare nūc anima mea quot noctes duxerunt insomnes: quot vicibus sitis estuauerunt ardore: quotiens z absqz cibo nocte inuigilauerunt in heremo. Compatere nūc anima dura creatori tuo pro te peregrinanti. Cōpatere z Joseph qui sollicitus erat ad inquirendū per heremū: vt matris z filij necessitatibus occurreret pro viribus: z nō valebat. Compatere ergo virgini sacratissime que nunc terret: nunc pauet: nunc filiū inter vbera stringit: nunc faciē eius lachrymis rigat: nunc adorat: nunc etiam eius deflet penalitates. O impossibile esset excogitare: q̄ supra hoc mysterio facta sunt: z multa alia que fiebant. Profecto si excogitarentur vix oculi a lachrymis cōtineri valerent.

Quō maxima z crudelis fuit nequitia Herodis cōtra xp̄m. Cap. .2.

S Ecundū mysteriū cōtemplandū dicit Herodis astuta nequitia ex puerorū necatione. De quo hodie tria considerāda sunt.

Primū dicit differentia.
Secundū dicit sufferentia.
Tertiū dicitur malicia.

Primum cōsiderandū dicit differētia. Secundum enim historiarū doctrinam tres fuerunt Herodes.

Primus dictus Herodes Ascalonita: sub quo dominus natus: z a quo pueri occisi sunt.

Secundus dictus est Herodes Antipas qui Joānem decollauit.

Tertius dictus est Herodes agrippa: qui Jacobum occidit: z Petrum incarcerauit.

Secundū cōsiderandū dicitur sufferētia. Nō enim Herodes eo ipso quo delusus est a magis pueros occidi mandauit: sed post aliquod tempus. Quia vt dicit Nicolaus de lira: cū vellet omnes pueros de Bethleem interficere: ne puer sibi incognitus euaderet: impeditus ē ab execucione huius facti: eo q̄ a Cesare Augusto per epistolā est citatus romā filiorū accusationibus responsurus. Eundo autē Romā et remanendo in curia: z reuertendo ad iudeā apposuit annū z plus. Et ideo post fere duos annos ad regnū suum reuersus: z in regno cōfirmatus est: quādo sententiā pro se contra filios habuit. Et tunc pfecit necem puerorū prius in mente conceptā. Tertiū cōsiderandū dicitur malitia. Quisnam explicet quāto dolo animꝰ Herodis fuerit repletus: qui vt christū perderet: nō solū ipsum sed omnes pueros qui erāt in Bethleem: z in omnibus finibus eius a bimatu z infra. i. ab infantibꝰ duorū ānorū vsqz ad pueros quinqz annorū mandauit occidi. Cui assertioni vere fidē facit: q̄ quedā ossa Innocētum adeo grandia sunt: q̄ puerorū duos ānos habentiū esse nō possunt: nisi dixerimus corpora tūc maioris quātitatis fuisse. Quare autem Herodes ita mandauit: cū christus esset duorū annorū: z nō vnius anni tantū: z vnius mensis: nec vnius diei: cuius etatis pueri interfecti sunt secundū primā opinionē: nec trium annorum secundū opinionē secundā. Respondet Augustinus in sermone de innocentibꝰ. qz timebat ne puero cui sidera famulabantur paulo supra etatē vel infra species mutata esset: z sic tempus occultaret. Ideo videt pueros a bimatu vsqz ad pueros vnius diei interfecisse. Tunc adimpletū est qd̄ dictū est p̄ Hieremiā, p̄phetam. Vox in rama audita est: ploratus z vlulatus multus. Rachel plorans filios suos. Vbi Hierony. ait. Quādo dicit in rama: nō putemus nomē loci esse: q est iuxtā Gabaa: sed rama excelsum interpretat: vt sit sensus. Vox i rama audita est: idest longe lateqz dispsa. Cui dicto cōcordat dictū Crisostomi sup Matheū q̄ ploratus fletus paruulorū ostendit: vlulatꝰ autem matrū significat lamentū. Et qd̄ dicit in euangelio. Rachel plorans filios suos: secūdum q̄ dicit Nico. de lira interpretat metaphorice: quasi merens sit Bethleē ratione sue se-

palture: q2 ibi in sepulchro est: vt habet Gen. 35. Et hoc dicit Hieronymus sup Matheum Ubi ait. Queritur quomodo Rachel filios alterius tribus idest bethleem quasi suos ploret. Respondebimus breuiter: q2 sepulta sit iuxta bethleem in effrata ⁊ materni corpusculi hospitium nomen matris accepit. Siue quoniam Juda et Beniamin due tribus iuncte erant: ⁊ Herodes preceperat nō solum in Bethleem interfici pueros: sed in omnibus finibus eius. Unde per occasionē Bethleem intelligimus multos etiā de Beniamin fuisse occisos. Hec Hierony. O quale edictum irrationabile ⁊ crudele. o q̄3 lugubris ⁊ flebilis executio. O q̄3 iniusta ⁊ iniqua occisio. Rapiebantur paruuli quidā a pectoribus matrū: quidā in cunis iacentes: quidam blande parentibus alludentes: quidā vrbane in domibus perambulantes: ⁊ sine vlla pietate vel proijciebantur ad muros: vel gladio: vel strictis in gutture manibus suffocabantur. Uidisses tunc in terra iacere cadauera puerorum. Uidisses nūc terram coopertā ⁊ madefactā sanguine puerorum paruulorum innocentium. Uidisses matres in qualibet domo sparsis crinibus propter tam horrendum flagitiū singultibus lachrymis ⁊ vlulatibus acclamantes. O quāta compassio animum audientiū mouere debet in spectaculum adeo funestum ⁊ lugubre: ⁊ cetera.

Quod inocētes merito passionis christi sūt remunerati. Capitulum. 3.

[T]ertiū mysteriū contemplandum dicitur occisorū remuneratio. De p̄mio aūt istorum sanctorum apud nōnullos extiterunt varie sententie: quas omnes ad tres sententias reducemus.

Prima dicitur sententia falsa.
Secunda dicitur sententia debilis.
Tertia dicitur sententia vera.

Prima sententia falsa est eorum qui dicunt paruulos hos occisos nihil meruisse: eo q2 in eis nondū erat expeditus rationis vsus: nec voluntarie pro christo patiebantur. Cōtra quos est auctoritas ecclesie vniuersalis: que hos colit pro sanctis: ⁊ in sanctorum numero cōfitetur. Unde Augustinus in sermone innocentum. Hodie fratres charissimi natale illorum infantiū colimus: quos ab Herode crudelissimo rege īterfectos esse euāgelij textus eloquitur. Et ideo cū summa exultatione gaudeat terra nostra: celestiū militū ⁊ tantarum parens fecunda virtutū. Ecce pphanus hostis nunq̄3 beatis paruulis tantū pdesse potuisset obsequio quantū profuit odio. Nam sicut presentis diei festa manifestant: quantum cōtra beatos paruulos iniquitas abundauit: tātum in eis gratia diuine benedictionis effulsit. Hec Augustinus: qui in hoc etiam sermone multa prosequitur de gloria istorum sanctorum. Ideo istorum falsa est opinio. Secūda sententia est debilis. Nā vt inquit Tho. 2. 2. q. 124. fuerunt quidam qui dixerunt q2 in innocentibus acceleratus est vsus miraculose liberi arbitrij: ita q2 voluntarie etiam passi sunt. Quod dictū nullibi reperitur autenticum: ideo vbilibet tanq̄3 debile acceptatur: quia vt inquit Hieronymus ad paulinum. Quod de scripturis auctoritatem nō habet: eadem facultate cōtemnitur qua pbatur. Tertia sententia est vera. De qua loquitur scūs Tho. vbi supra: q2 martyrij gloriā: quā in alijs propria voluntas meretur: illi paruuli occisi dei gratia sunt assecuti. Nam effusio sanguinis ppter christum vicem gerit baptismi. Unde sicut i pueris baptizatis per gratiā baptismalem meritum christi operatur ad gloriam: sic in istis operatum est ad palmam martyrij obtinendā. Et hoc est qd dicit Augustinus in quodā sermone de epiphania quasi alloquens ad innocentes sic inquiēs Ille de vestra corona dubitabit in passione p christo: qui etiam paruulis baptismū pdesse nō estimat. Nō habebatis etatem in qua passurum christū crederetis: sed habebatis carnem in qua pro christo passuro passionem sustineretis. H ille Cum itaq3 viderimus hos paruulos felicissimos celicolas esse factos: qui propter christum passi sunt: eos veneremur: vt etiam pro domino iesu christo simul cū eis pati nō timeamus: qui pfecto laborantes exaltat in fine: ⁊ beatos facit in glorioso regno celorum: in quo viuit ⁊ regnat i secula seculorum. Amen.

In sancto Siluestro. Sermo de dignitate sacerdotali.

Fructus. 27. Jesus sacerdotes approbans.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. Eccle. 44. Uerba hec sumit ecclesia in cōmendatione beati Siluestri cōfessoris in hodierna epistola recitata. Qui mūdum ineffabili sapientia multiplici varietate rex creauit: ipse ecclesie sue sancte status diuersos mire disposuit: in quibus cōtemplari possumus candorem sapientie sue proficere ad salutē: cū ad illos vocati iuste

ti iuste ac sancte operari conamur. Est tamē inter ecclesiasticos gradus laude dignus et vere commendandus sacerdotalis ordo: qui vsq3 ad pontificalem potest ascendere celsitudinē. In qua qui normā debitam obseruare studet: deo placet: et gratus efficitur. Fecit hoc modo beatus Siluester qui a iesu christo in sancto contubernio est gloriose deputatus. Ad cuius commendationez in p̄senti sermone de ipso loquo/lentes: fructū nostrū proponimus consuetuz: q est. Iesus sacerdotes approbās. Ubi tria pulchra notari possunt de beato Siluestro a christo ꝓbato: que qdem hec sunt videlicet.

Primū dicit̃ sacerdotalis dignitas
Secūdum dicitur sacerdotalis sublimita.
Tertium dicitur sacerdotalis sanctitas.

Quod sacerdotalis dignitas excellentior est quacūq3 temporali dignitate.

Capitulum. primum.

P Rimū priuilegium dicit̃ sacerdotalis dignitas: quia de ipso dicit̃. Ecce sacerdos. Est enim sacerdotalis dignitas excellentior quacūq3 dignitate tp̄ali. Quod ꝓbare possumus tripliciter.

Primo ratione.
Secūdo auctoritate.
Tertio exemplo.

Primo ꝓbare possumus ratione excellentiam sacerdotalis dignitatis. Que triplex pōt esse: videlicet.

Prima dicit̃ significationis.
Secunda dicitur institutionis.
Tertia dicit̃ conditionis.

Prima ratio dicitur significationis. Nam sacerdos secundū hysidorum. 7. ethimologiarum: idem est quod sacer dux: vel sacra dans. Ratio autez istius duplicis interpretationis secundum Thoma. in. 4. distin. 24. est quia per mysteriuz sacerdotale sacerdos est medius inter deū et populū. Nam ipse diuina nunciat et ministrat populo: et vota populi offert deo. Dicitur etiam sacerdos: quasi sacra dans. Sacra autez quis dare potest duobus modis: vel auxiliando: vel sacramenta dispensando. Primo modo quilibet iustus inquātuz sacra sua merita dat vel cōmunicat alijs auxiliando interpretatur sacerdos. Secundo modo nomen sacerdotis est institutuz ad significanduz euz qui sacra dat: idest sacramentoruz dispensationez. Et sic ille qui est in gradu ordinis cōstitutus dicitur sacerdos. Secūda ratio dicitur institutionis. Nam sacerdotium precessit legez scriptam: qa in testamento veteri primus sacerdos q iubente domino victimas obtulit fuit Aarō: sicut patet Genesis. 14. c. Demuz per sacerdotium iubente domino regalis potestas est ordinata. Unde. i. reguz. 8. c. dixit dominus ad Samuelem sacerdotem. Audi vocez eorū: idest filior israel petentiuz habere superiorem: et cōstitues super eos regez. Inde est q spiritualis auctoritas terrenaz potestatez habet instituere vt sit: et iudicare si bona non sit. Quod ꝓbatur per apostolum Paulū. 3. d. i. Cor. 7. c. Nescitis quoniam angelos iudicabimus: quāto magis secularia. Quod etiaz notat̃. c. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. 9. q. 3. c. nemo. et i. c. aliorū. Tertia ratio dicit̃ cōditiōis. Est eniz sacerdotalis dignitas spiritualis. Et ideo quāto spiritus nobilior est corpore: tanto sacerdotalis dignitas est nobilior quacūq3 dignitate temporali: sicut patet extra: de trāslatione episcopi et electi. in. c. inter corporalia. Et hoc est quod notatur. 6. di. c. Duo quidem. vbi sic habetur Auruz non tam preciosius plumbo: q3 regia potestate sit ordo sacerdotalis altior. Et eadem di. in. c. quis dubitet. sic dicitur. Quis dubitet sacerdotes christi reguz et principum omniūq3 fidelium patres et magistros censeri. Secundo possumus probare excellentiam dignitatis sacerdotalis auctoritate. Nam Petrus. 2. sue prime epistole: sacerdotibus ait. Uos estis genus electuz: regale sacerdotium: genus sancta: populus acquisitionis. Et ecclesiastici. 7. c. dicitur. Honora deuz: et honorifica sacerdotes. Et Esa. 61. c. scribitur sic de sacerdotibus. Uos sacerdotes domini vocamini: ministri dei nostri dicetur vobis. Et. xi. q. 3. in. c. absit. Antherius papa ait. Absit vt quicq3 sinistruz de his arbitremur: qui apostolico gradu succedentes christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos christiani sumus: qui claues regni celoruz habentes ante iudicij diem iudicant. In veteri quidē lege habetur. Quicūq3 sacerdotibus nō obtemperasset: aut extra castra positus lapidabatur a populo: aut gladio ceruice subiecta cōtemptuz expiabat cruore. Et Hierony. ad Rusticū monacū sic de sacerdotibus scribit Nō est humilitatis mee: neq3 mensure iudicare de ceteris: neq3 de ministris ecclesiaꝝ sinistrū qppiā dicere. Et. 6. q. 1. c. sacerdotes. Telesphor⁹ papa ait. Sacerdotes q ꝓprio ore corp⁹

domini constituunt ab oibus sunt obediendi ꝛ
timēdi non dilacerandi: aut detrahēdi. Et. xi.
q. i. c. Sacerdotibus. Greg. Mauricio im/
patori sic scribit. Sacerdotibus nō ex terrena
ptāte dominus rex noster citius indignetur: sꝫ
excellenti consideratōe ꝓpter eum cuiꝰ sunt ser
ui ita eis dominetur: vt ēt debitam reuerentiaꝫ
ipendat. Nā in diuinis eloquijs sacerdotes ali
quādo dij: aliquādo angeli nūcupantur. Nam
ad Moysē de eo qui ad iuramētum deducēdꝰ
ē dicitur. Applica istuꝫ ad deos: vꝫ ad sacerdo
tes. Et rursum scriptum ē. Dijs nō detrahes
s. sacerdotibus. Et ꝓpheta ait. Labia sacerdo/
tis custodiūt sciam ꝛ iusticiam ꝛ legem reqrunt
ex ore eius: qꝛ angelus domini exercituum est
Quid igitur mirū si pietas vestra digneť eos
honorare: qbus in suo eloqo honorem tribuēs
eos aut angelos aut deos ēt ipse appellat deus
hec ille. Tertio possumꝰ ꝓbare excellentiā sa
cerdotalis exēplo. Legimus nāqꝫ multos xpia
nissimos impatores fuisse nō dedignatos subij
cere se sacerdotibus. In quoꝝ numero fuit ille
pijssimus Theodosiꝰ de quo scribiť in historia
tripartita. Hic aūt cum audisset apud thesalo/
nicam ciuitatē quosdaꝫ iudices fuisse lapidatos
idignatus oēs pariter iussit interimi vbi. 7. mi
lia sunt occisi nullo p̄cedente iudicio. Cum ve
ro Mediolanū venisset: ꝛ solēniter in sacrum
voluisset itrare templum: occurrit ei Ambrosi
us epūs foris ad ianuas: ꝛ sic igredientē his ser
monibus a sacris liminibus ꝓhibuit incessuꝫ.
Nescis miser impator ꝑpetrate a te necis quā/
ta sit magnitudo. Neqꝫ post tātam tanti furoris
mens tua molē presumptiōis agnoscit. Sꝫ for
te recognitiōem peti ꝓhibet ptās imperij. De/
cet tamē vt vincat rō ptātem. Quibus igiť ocu
lis aspicies cōis domini templū. Quibus cal/
cabis pedibꝰ sanctū illiꝰ pauimētum. Quō ma
nus extendēs: de qbus adhuc sanguis stillat i
noxiꝰ. Recede recede: ne secūdo petō priorem
nequitiam augere cōtēdas. Audiēs hos sermo/
nes ipator gemēs ꝛ flēs ad regalia remeauit.
Cūqꝫ octo mēses transissent: ꝓpinquauit nati
uitatis domini festiuitas. Impator aūt satis an
gustiabať. Quē vidēs Ruffinus tūc magister
militū ꝛ impatoris familiarissimꝰ cām sue tristi
cie quesiuit. Qua cognita Ruffinus ad Am/
brosium perrexit. Quem cū Ambrosius vidis/
set: mox ait. Impudentiam canū imitatus es o
Ruffine. Ego dico tibi: qm̄ impatorem ingre
di limina sacra ꝓhibeo. Quē mox Ruffinꝰ im
patori retulit. At impator in media iā platea ꝑ
go iquit: ꝛ iustas in facie suscipiā contumelias
Et veniēs ad antistitē supplicabat vt vincula
eius solueret dicēs. Tuū ē docere: meū aūt est
suscipere. Cui Ambrosius iniūxit vt legē con
deret: ne quis sniam mortis posset dare animo
irato: sed trāsacto dierum numero. 30. Quod
ꝛ fecit: sicqꝫ lachrymosus ꝛ dolēs cū humilita/
te ad ecclīam ē introductus: seruās in oibus re
uerentiā antistiti Ambrosio. Quid de cōstan
tio impatore dicemꝰ: qui post susceptuꝫ baptis/
ma sacerdotes honorare studuit. Nam de ipso
scribitur. 96. dis. c. in scripturis. In scripturis
narrať Constantinus impator dixisse. Vere si
ꝓprijs oculis vidissem sacerdotē dei: aut aliquē
eoꝝ q monastico habitu circūcincti sūt peccantē
chlamydē meā explicarē: ꝛ coopirem eū: ne ab
aliquo videreť. xi. q. i. in c. sacerdotibꝰ. sic ha
betur. Ecclīastica quoqꝫ testať historia: qꝛ cum
pie memorie Cōstantino principi scripto obla
te accusatōes cōtra epōs fuissent libellos qdeꝫ
accusatōis accepit: ꝛ eosdē qui accusati fuerant
epōs cōuocās: in coꝝ conspectu: libellos quos
acceperat icendit dicens. Ite ꝛ inter vos cās ve
stras disponite: qꝛ dignū nō est: vt nos iudice/
mus deos. In qua snia sibi magis ex humilita
te q̄z illis aliqd p̄stitit ex reuerentia ipensa. An
te eū qppe pagani in republica pricipes fuerūt
q verū deū nescientes: deos ligneos ꝛ lapide/
os colebāt: ꝛ tamē coꝝ sacerdotibus magnum
honorē tribuebāt. hec ibi. Et ne multa dicamꝰ
efficacissimū ē exemplū xpi. de quo Cyprianꝰ
carthaginēsis. 93. di. c. dominꝰ. ait sic. Domi
nus noster iesus xp̄s rex ꝛ iudex vsqꝫ ad passi
onis horā seruauit honorem pontificibus ꝛ sa
cerdotibus. Nā cū leprosuꝫ mūdasset: dixit ei.
Vade ondē te sacerdotibus. Sacerdotem ad/
huc appellans quē sciebat eē sacrilegū. Itē cuꝫ
subditus passiōi alapā accepisset nihil cōtumeli
ose locutus ē in ꝑsonam pontificis. Ex quibus
oibus clare deꝑhenditur pamplissimā esse sa
cerdotalē dignitatē. Cui nō debent xp̄iani esse
isesti: qm̄ vt dicitur. 3. q. 1. c. Nulli. Dn̄m cru
cifigūt qui eum in suis sacerdotibus ꝑsequunť
Sic faciebāt antiqui tyrāni ꝛ inimici xp̄i: quos
tamen diuina manus impunitos non permisit
abire.

Ecūdum priuilegium beati Siluestri
s dicitur sacerdotalis sublimitas: qꝛ fuit
ipse nō tm̄ sacerdos: sed etiā magnus
Naꝫ mortuo Melchiade episcopo vrbis ro/
me Siluester

mē: Siluester ab omni plebe in summū ponti
ficem est electus. Ubi sciendum est q̄ in nouo
testamento xp̄s instituit triplicem gradum sa/
cerdotum.
Primus est inferiorum.
Secundus est episcoporum.
Tertius est pontificum maximorum.

Primus gradus sacerdotum constitutus
a xp̄o est gradus sacerdotum īferiorum. Naȝ
habuit dominus septuagintaduos discipulos:
quibus succedunt presbyteri: qui sunt minores
in auxilium operis: vt notatur. 95. di. c. Olim

Secundus gradus est episcoporum: qui sa
cerdotes maiores respectu aliorum inferiorum
dici possunt. Hi locum duodecim apostoloruȝ
tenent in ecclesia: sicut patet. 68. di. in. c. Quo
rum vices. ⁊. 12. q. 1. in. c. vidētes. Tertius
gradus est pontificum maximorum. Naȝ do
minus super alios elegit Petrum in summuȝ
sacerdotem: sicut notatur di. 16. in. c. ita domi/
nus noster. Et. 21. di. in. c. in nouo testamēto
⁊ habetur in eadem di. c. Cleros. Ubi etiā di/
citur q̄ talis grad⁹ seruatus ē in veteri lege vbi
Aaron summus sacerdos fuisse traditur ⁊ filij
eius sacerdotes minores fuerunt. Talis etiam
discretio a gentilibus maxime introducta ē: qr
suos sacerdotes flamines a filo qd̄ portabāt in
capite: alios simpliciter flamines: alios archi/
flamines appellabant. Quāte aūt p̄eminentie
sit maximi pontificatus gradus ostendit Aga
tho papa. 19. di. in. c. Sic omnes. vbi sic dicit
Sic oēs apostolice sedis sanctōes accipiēde sūt
tanq̄ȝ ipsius diuina voce Petri firmate. Quis
q̄s enim catholice ad papalem celsitudinē subli
matur: ipse ē Petri successor: ip̄e vicarius xp̄i
ip̄e ē cui⁹ totus mūdus deuote ē subiectus. Et
lȝ sit magna potestas imperialis: longe tamen
nobilior est facultas pontificalis. Et ido scribit
de maioritate ⁊ obedientia. in. c. solite. Fecit de
us duo magna luminaria in firmamento celi:
luminare maius vt preesset diei: ⁊ luminare mi
nus vt p̄esset nocti. Utrūq̄ȝ magnum: sȝ alter
maius. Ad firmamētū igitur celi: hoc ē vniuer
salis ecclie: fecit deus duo magna lumiaria. i.
duas instituit dignitates: que sunt pontificalis
dignitas ⁊ regalis potestas. Sed illa que p̄est
diebus. i. spūalibus maior ē: que vo carnalib⁹
minor: vt q̄ta ē inter solem ⁊ lunā: tāta eē iter
pontifices ⁊ reges dr̄ia cognoscat. h ibi. Mul
ta adduci possāt ad pbandā ea que dicimus: q̄
cā breuitatis omittim⁹: cōcludentes summum
pontificem excellere dignitate ac auctoritate q̄s/
cūq̄ȝ siue tp̄ali siue spūali statu exaltatos ⁊ ho/
noratos.

t Ertiū priuilegiū beati Siluestri dicitur
sacerdotalis sanctitas: qr diebus suis
placuit deo. Tota. n. vita scōrum ē di/
es. Unde. 1. ad Tes. 5. apostolus ait. Omnes
vos filij lucis estis. Tria nāq̄ȝ duȝ erit pōtifex
vt placeret deo exercere voluit btūs Siluester
Primo pascere populum exemplo.
Secundo pascere populum verbo.
Tertio pascere populum temporali subsidio.

Primo voluit pascere populum exemplo.
Nā adeo fide ⁊ morib⁹ resplendebat: vt nō so
lum a xp̄ianis: verū ēt a paganis miro diligere
tur affectu. Scdō voluit pascere pplm vbo:
qr sepius vultu angelico xp̄m filiū dei predica
bat: xp̄ianosq̄ȝ cōfortabat: vt in fide stabiles p
manerent: ⁊ Constantinum de fidei sacramen
tis plene docuit ⁊ istruxit. Ut. n. dicitur i eius
legenda: psequente ipso Constantino christia/
nos: exiuit Siluester de vrbe: ac in quodā mō
te cū suis clericis mansit. Cū vo Constantin⁹
in mirabilem lepram icidisset: ad consiliū pon
tificum idolorum adducta erant tria milia pue
rorum: vt eos occidi faceret: ⁊ sic in eorum san
guine recenti ⁊ calido balnearet. Egrediente
autem eo ad locum vbi balneum preparari de
bebat: matres puerorum obuiauerunt ei mise
rabiliterq̄ȝ vlulabant. Constantinus ergo ius
sit stare currum: ⁊ erigens se dixit. Audite me
omnes qui hic statis. Dignitas imperij roma
ni de fōte nascit pietatis: q hanc ēt legeȝ dedit:
vt capitali snīe subderet qcūq̄ȝ in bello aliquem
occidisset infantem. Quanta ergo erit crudeli/
tas: vt hoc nostris faciamus filijs: qd̄ nos phi
buimus alienis. Meli⁹ ē ergo mori salua vita
inocentiū: q̄ȝ p eorū iterū vitam recupare cru/
delē. Jussit ergo vt matrib⁹ suis pueri ⁊ dona
plurima preberētur. Seq̄nti vo nocte Petr⁹
⁊ paulus apparuerūt ei dicētes. Qm̄ exhorrui
sti sanguinis effusionē: misit nos dn̄s ihs xp̄s.
dare tibi recupāde sanitatis cōsiliuȝ. Siluestrū
ergo ep̄m q apud mōtem sirapti latitat accersi.
Hic tibi piscinā ostēdet, in qua imersus ter ab
oī curaberis lepre morbo. Euigilās stati Cō/
stantin⁹ misit milites ad Siluestrū. Quos vi/
dēs ad palmā martyrij credidit reuocari. Pre
sentatus tandē Constantino audiuit per ordi
nē sui somnij visionē. Percunctāti aūt Constā
tino qui essent qui sibi apparuerant duo dij.

respondit Siluester eos esse xpi apostolos: et nõ deos. Quorum imagines afferri fecit Siluester: et imperator tales esse qui sibi apparuerant. exclamauit. Siluester autem eum cathecuminũ fecit: et vnius hebdomade ieiuniũ indixit sibi: et carceres aperiri monuit. Cũq3 in aquã descendisset baptismatis: ibi admirabilis splẽdor emicuit: sicq3 mũdus exiuit: et xpm vidisse se asseruit Ipsa aũt die sui baptismatis multa ad ampliationem cultus xpi statuit et ordinauit. Tertio voluit btũs Siluester pascere pplm tpali subsidio. Scribitur nãq3 in sua legenda: q2 omnium orphanorum: viduarum: et pauperum noia in scriptis habebat: et oibus necessaria puidebat. Fecit et multa signa vincẽs. Qui mũdum spreuerat cũ oibus suis cõcupiscentijs. Unde et in fine obdormiuit in dño. Cuius exẽplo animent sacerdotes: vt sicut illi conformes sunt in dignitate: ita eũ studeant seq in vite sanctitate. Nam tãto magis obligantur deo ad rõem reddendã quãto ab ipso plura dona suscipiũt. Qui ideo plura eis contulit beneficia: vt ei seruiẽtes magis exaltentur in regno celorum: in quo viuit et regnat. Amen.

In circuncisione domini. Sermo de eadem.
Fructus. 28. Jesus est circuncisus

Postquam consumati sunt dies octo vt circũciderer puer. Scribuntur hec verba Luc. 2. c. et in euangelio hodierno. Ardens amor iesu xpi ipsius mẽtem pulsare cepit in etate tenella et ifantili: vt hũano generi passionis sue beneficia inciperet dispensare. Octaua nãq3 die sanguinem suum fudit in circũcisione apparens velut peccator circũcisiõis legi subiectus: cũ tamẽ mũdus fuerit ab oi sorde. Et q2 piũ ẽ contẽplari qualr puerulus ille lachrymãs circũcidebatur. Jccirco in psenti sermone de ipsius circũcisione dicturi sum9 pponẽtes fructũ. Jesus est circuncisus. Ad cui9 explanationem tres cõclusiones notabimus.
Prima dicitur institutionis.
Secunda dicitur obseruationis.
Tertia dicitur cessationis.

Quod sacramentum circuncisionis conuenienter fuit institutum. Caplm .I.

Prima conclusio dicitur institutionis. In qua dicimus circuncisionis sacramentum cõuenienter fuisse institutum: q2 deus illud istituit sicut p3 Gen. 17. vbi sic habetur Circũcidet ex vob oẽ masculinũ: et circũcidetis carnẽ pputij vestri: vt i signũ sit federis iter me et vos. Jnfans octo dierum circũcidet ex vobis. Huius aũt instõnis conuenientia triplex assignatur a Ric. in. 4. di. I.
Prima est ratione morbi.
Secunda ẽ ratione temporis.
Tertia ẽ ratione persone.

Prima cõueniẽtia ẽ rõe morbi: contra quẽ circũcisio fuit instituta: qui erat peccatũ originale. Quod expresse representabat circuncisio: et qũtum ad cãm: et qũtum ad pcessũ: et qũtũ ad effectũ. Contrahit. n. pctm originale per ppagatiõem libidinosam: quã cãm circũcisio representabat rõe mẽbri in quo fiebat: quod deseruit virtuti generatiue. Processus aũt fuit circularis q2 vt dicit Anselmus. primo psona corrumpit nãm deinde nã personam: quẽ pcessũ represẽtabat circũcisio p circularẽ pellicule icisionem. effectus vo ẽ abũdantia cõcupiscẽtie: quem representabat supfluitas pellis que ab ipso mẽbro separabat. Jõ nõ tm cãm et pcessus: et effectus originalis peccati: sed et deletio p circũcisionem significabat. Scda cõueniẽtia fuit rõe tẽporis in quo istituta fuit circũcisio. Erat. n. qdam dispõ ad suscipiendũ legẽ et ad distinguendum pplm cui dãda erat lex ab aliis populis. Et idõ anteq3 lex daret debuit istitui. Fuit et instituta circũcisio ad significãdum pplm qui eet deo peculiaris: et suo cultui mãcipãdus. Tertia cõueniẽtia dicitur rõe psone cui data fuit: qui fuit Abraã: de quo dicitur Gen. 17. Tulit autem Abraã Jsmaelẽ filiũ suũ: et oẽs vernaculos domus sue: vniuersosq3 quos emerat: cũctos mares ex oibus iuris dom9 sue: et circũcidit carnẽ pputij sui. Et Jsmael filius ei9. 13. annos impleuerat ante tps circũcisionis sue. Eadẽ die circũcisus ẽ Abraã et Jsmael fili9 eius: et oẽs viri domus illi9 tam vernaculi q3 ẽptitij et alienigene pariter circũcisi sunt. Jpse eqdem Abraam p9 diluuiũ specialius se diuino cultui mancipauit Unde exiuit de terra sua: et de cognatõne vt se ab ifidelibus separet: vt habetur Gen. 12. c. a quo erat descensurus ppls qui legem scriptam erat suscepturus: et de cui9 genere nasciturus erat scũs scõrum. Et hoc ẽ quod dicit apls. Ro. 4. Signũ accepit circũcisionis signaculũ iusticie fidei: que ẽ i pputio: vt sit pater oium credẽtiũ. Huic dixerat deus Gen. 12. c. Faciã te i gentem

gentem magnā ⁊ benedicam tibi ⁊ magnifica bo nomē tuū: erisq; benedictus. Benedicam benedicētibus tibi: ⁊ maledicā maledic: tib⁹ ti/ bi: atq; benedicēt i te vniuerse cognatões terre De cuius ꝓmissionib⁹ a deo sibi factis plenꝰ suo loco dicem⁹. Nūc v̄o hoc tm̄ cōcludē suffi ciat: q̄ circūcisionis mandatū Abrahe deus de dit: q: erat fidelissimus amicissimus ⁊ obediē/ tissimus: sicut p; legentibus sacrā scripturam.

Quod obseruatus ē debitus ordo in instru/ mento circumcisionis. Cap. 2.

Ecūda conclusio dicitur obseruatõis. Obseruatus eteni ē debitus ordo i hu ius sacramēti dispensatione: q: fiebat cū debito instrumento. s. cum cultello petrino. Unde Josue. 5. c. dominus ait. Fac tibi cul/ tros lapideos ⁊ circūcide filios israel. Ubi di/ cit Ricardus. q̄ hoc non erat necessarium nisi in casu speciali. Et secundum Ugonem. li. pri mo. de sacramentis parte. 11. c. 2. cultellus de petra factus significat christum. De quo dicit apostolus. i. Cor. x. Petra aūt erat christus: propter quem ab electis omnis erat abscinden da corruptio. Fiebat insuper circuncisio octa/ ua die: vt patet ex dictis in prima conclusione. Et si dicatur. Hoc non est verum: quia habe tur Josue. 5. Populus qui natus est in deser to per quadraginta annos in itinere latissime solitudinis incircuncisus fuit: ⁊ postea circun cisi sunt a Josue in galgala: ⁊ ista dilatio circū cisionis non fuit secundum legem eis imputa/ ta in peccatum. Respondet Ric. ex glo. Aug. q̄ cum illis fuit dispensatum inspiratione diui na triplici de causa: vt non tenerentur circunci di in deserto. Na; vt habetur Numeri. 9. quā do nubes eleuabantur: de tabernaculo debe/ bant proficisci. Et quia non prescicbant futu/ ram eleuationem nubis: non potuissent sine ni mio grauamine proficisci quando de nouo es/ sent circuncisi. Ideo dispensatum fuit cum eis vt non tenerentur circuncidi in deserto. Et eti am q: dum erāt in deserto: in quo non alij ha/ bitabant cum eis erant sufficienter distincti ab alijs populis. Quare autem circuncisio fiebat octaua die: triplex ratio assignari potest.

Prima ratio est secundum intellectum tropo logicum.

Secunda ratio est secundum intellectum ana/ logicum.

Tertia ratio ē sm̄ intellectum historicum.

Prima ratio est sm̄ intellectum tropologi/ cum: ⁊ est ista. Ut octo dies accipiantur ꝓ octo que requirunt ad circūcisionem spūalem.

Primū est peccati cognitio.

Secūm ē ꝓpositum deserendi malū: ⁊ facien/ di bonum.

Tertium ē pudor de peccato.

Quartum est timor de futuro iudicio.

Quintum est contritio.

Sextum est confessio.

Septimum ē spes venie.

Octauum ē satisfactio.

In quibus omnibus velut in octo diebus peccator iustificatur.

Scda rō ē sm̄ itellectū anologicū: quā tāgit Ugo li. 1. de sacramētis. c. 2. dicēs. Octonariꝰ i sacra scriptura aliqñ tp̄s resurrectōis signifi/ cat: qđ post p̄ntē vitā septē diebus currit. Seqt̄ aūt tp̄s gratie: in quo q̄si post sabbatu; legis eī na bona; deo seruiētib⁹ ꝓmittūt. Merito ergo circūcisio iussa ē fieri octaua die vt oñderet q̄ i tp̄e gratie corda circūcidēda erant p emūdatio nē iniqtatis: ⁊ in tp̄e resurrectōis corpa p d̄po sitiōem corruptōis. Tertia rō ē sedm̄ itellectū historicū: seu litteralem. Nam sicut dicit rabbi Moyses maxim⁹ phs ⁊ theologus iudeꝰ puer i septē diebus tante teneritudinis ē: quante est adhuc i vtero matris. In octaua aūt die fortifi catur ⁊ solidat. Et iō noluit deus ante octauu; diē circūcidi: ne ob nimiā teneritudinē nimiū lederet. Et ne parentes quoꝝ amor p ꝓcessum tp̄is crescit ad filios subtraherēt filios a circūci sione: noluit q̄ vltra octauū diē differret. Sed circa hoc cōtingit dubitare: q: vt dicit Ugo de sacramētis vbi supra: illi qui ante diē octauum decedebāt saluabant i fide parentū: q ante octauā diē nō debebāt circūcidi. Et magister sniarum cōtrarium videt sentire. di. 1. quarti. vbi dicit q̄ necessitate mortis añ octauā dieī circuncide bāt. Ad quoꝝ cōcordiā dicit Ric. q̄ si circunci sio fiebat ex necessitate mortis ante octauā die; suū habebat effectum: ⁊ tamen si nō fiebat pro/ pter timorē ne acceleraretur mors pueri puer saluabatur in fide parentum. Unde dicit Ric. q̄ nō ē consentiēdū magistro: q̄ tales pibāt sicut pueri q mō moriūtur ante baptismum. Noluit eni deus pueri obligari ad circūcisionem ante octauā diē. Si aūt querat quare mulieres non circūcidebantur: assignari possunt plures ratio nes. Prima rō est alexandri de ales in quarto volumine summe sue. ⁊ Ric. in declaratione littere. s. q: corruptio nature p quam pctū ori/

ginale cõtrahit principalius fuit a viro q̃ a muliere. Nã si Adã nõ peccasset postq̃ Eua peccauerat: peccatũ originale ꝓles eius nõ contraxisset. Secũda ratio est cõsidẽ: q2 mulieris mẽbrũ virtuti generatiue deseruiens nõ est aptũ circũcisioni sicut virile membrũ. Tertia ratio ẽ sm̃ cõsũ: q2 circũcisio data fuit in signũ distinctiuũ. Et q2 vir est caput mulieris: vt dicitur. i. Cor. 9. ideo sufficiebat ad populi fidelis distinctionẽ signaculũ datũ viris. Hugo vo de sacramentis libro primo parte. 11. aliã assignat rationẽ dicens: q2 in sacra scriptura per masculinũ sexũ animã: p muliebrẽ vo carnẽ significari solet: vt ostẽderet q2 illa exterior circuncisio animabus sanctificationẽ contulit: sed carni nõ abstulit corruptionem.

Qd̃ cõuenienter multis rationibus Cessare debuit circuncisio. Capitulũ. 5.

Ertia cõclusio dicit cessationis. Ubi de cessatione circũcisionis inquiri debent t considerari ꝓmaxime tria.
Primũ rationis euidentia.
Secundũ temporis circũstantia.
Tertiũ digna obseruantia.

Primũ cõsiderãdũ dicit rationis euidentia s. q̃ rõne circũcisio debuit cessare: sm̃ illud apl̃i ad Gal. 5. Si circũcidimini: xp̃s vobis nil ꝓderit. Et ad hoc rñdet Alex. de ales in. 4. volumine summe: t Rica. vbi supra: q2 sicut dicit apl̃s. i. Cor. 13. Cũ venerit qd̃ perfectũ est: euacuabit qd̃ ex pte est. Sꝫ baptism9 ẽ pfectior medicina q̃ circũcisio: t q̃tũ ad significationẽ: et q̃tũ ad glorie collationẽ: t etiã q̃tũ ad ampliorẽ sui ostẽsionẽ. Significat. n. sanationẽ morbi expressius: t cõfert gratiã abundãtius. Et etiã q2 est sacramentũ cõmune: q2 sibi nõ appropriat nec sexũ nec gentem. Uñ ad Gal. 3. apl̃s ait. Quicũq3 in christo baptizati estis xp̃m induistis. Nõ est iudeus nec grecus: nõ est seruus nec liber: nõ est masculus nec femina: oẽs vos vnũ estis in xp̃o. Ideo nõ est amplius circũcisio cõueniens nec necessaria. Secũdũ cõsiderandũ dicit temporis circũstãtia. Nã vt dic̃ Rica. legalia habuerũt virtutẽ suã t ꝓuari debuerunt vsq3 ad passionẽ xp̃i: sꝫ in passione xp̃i virtutẽ suã amiserũt. Cui attestat qd̃ dicit saluator Jo. 19. Consummatũ est. Tamẽ post passionẽ ante tempus diuulgati euãgelij licitũ fuit illis qui de iudeis cõuertebant ad fidem ꝓuare legalia: nõ spẽ ponendo in eis: sed ad euitandũ scandalũ: t vt lex deduceret ad tumulũ cũ honore: ne ac si semp mala fuisset videret repudiari. Post tẽpus vero diuulgati euangelij nulli fuit licitum seruare illa legalia. Hinc est q2 Paul9 vt habetur Act. 6. circũcidit Timotheũ: q2 nondũ erat diuulgatũ euãgeliũ: t ne iudeos scandalizaret: q2 Timotheus erat de matre iudea. Titũ vero q2 simpliciter erat gentilis circũcidere noluit: vt in circũcisione Timothei ostenderet sacramenta legalia nõ debere dãnari: t i hoc q̃ Titũ circũcidere noluit ostenderet ea nõ esse necessaria. Tertiũ cõsiderandũ dicit digna obseruantia. Uoluit. n. domin9 noster iesus christus dignã circuncisionis legẽ obseruare. Qd̃ cõuenienter factũ ostendit Alex. in quarto propter sex causas. Prima causa est vt ostenderet se esse filiũ Abrahe cui data est circũcisio: et cui predictũ erat Gen. 22. Benediceñ in semine tuo oẽs gentes. Semẽ aũt istud est xp̃s: vt dicit ad Gal. 4. Uñ cũ tota posteritas Abrahe circuncideretur: nõ crederet christus esse filius Abrahe: nec ille in quo implende erãt promissiones: nisi fuisset circuncisus. Secũda cã fuit: vt per subiectionẽ suã nos a seruitute legis absolueret. Tertia causa fuit: q2 noluit soluere legẽ: sed adimplere t terminare. Quarta causa fuit: vt se ostenderet principiũ t causã sanctificationis: que fiebat ꝑ tria remedia cõtra peccatũ. s. p sacrificia a tempore Abel vsq3 ad Abrahã: p circũcisionẽ ab Abrahã vsq3 ad xp̃ꝫ a xp̃o ꝑ baptismũ in nouo testamẽto. Uñ decuit xp̃m esse baptizatũ t circũcisum t oblatũ.

Quinta cã fuit: vt esset frater iudeorũ: vt ostẽderet se eẽ illũ de quo Moyses dixit. Prophetam suscitabit vobis deus de fratrib9 vestris: ipsum audite Deut. 18. Sexta cã fuit: ne iudei occasionẽ haberent ipsum nõ recipiẽdi nisi esset circũcisus. Uide ergo o rationalis creatura quanta fuit hodie humilitas incarnati filij dei. Intuere quãta sit charitas eius q nõ ꝓpter se: sed ꝓpter te voluit circũcidi. Cõtemplare q̃liter hodie innocentẽ sanguinẽ cepit effundere. Inspice quãdo accipit ex manib9 matris vt ducatur ad circũcisionẽ. Audi matrẽ dicentẽ Joseph q forte eũ portabat. Sit tibi cõmissus fili9 meus paruulus vt q̃ leuius fieri possit circuncidatur. O virgo sanctissima t de filio tuo tenera qd facies quãdo filiũ tuũ videbis a planta pedis vsq3 ad caput totaliter vulneratũ sanguine q3 irrigatũ. Remanet in tuguriolo mater expectans filiũ circũcisũ. O anima fidelis ꝯpatere dilecto tuo. Quando eni circuncidebat: plorabat

rabat: flebat: lachrymabat: clamabat dicens. a. a. a. quasi diceret. Anima mea: ꝓpter tua peccata hanc penā sustineo: ꝓpter tua peccata sanguinē fundo. o anima. Sꝫ multo meiora ꝑ te facere suꝫ paratus: qꝛ amore tuo langueo: amore tuo vulnerari ⁊ crucifigi cōcupisco: sꝫ temp⁹ expecto cōueniens ⁊ idoneū. Reportatꝰ filius matri quē plangentē pre dolore ista stringit ad pectus: cōsolatꝰ cū blanditijs vgo pijssima: ⁊ lacte pascit vgineo: ei tñ dicere poterat: ⁊ nō sine lachrymis. O sacratissime fili: in quo nullum reperitꝰ peccatum: hodie ꝓpter peccatores tanq̄ꝫ peccator vulneratus. Hodie de tuo corpore cū dolore sanguis effluxit. Hodie violentā penaꝫ pro hominib⁹ subire cepisti. O fili mi delicate. Et huiusmodi vbis dilectū iesum osculādo alloquebatur. Nos vero matrē cū filio veneremur: ipsamq̄ꝫ matrē deprecemur humiliter: vt dignetur filiū suū nobis ꝓpiciū facere ꝑ meritū sue circūcisionis: qui est benedictus in secula. amē.

In festo epiphanie ſmo de eadem.

Fructus. 29. Jesum adorant reges.

Vidim⁹ stellam eius in oriente: ⁊ venim⁹ adorare eū. Scribuntꝰ hꝛ vba Mathe. 2. c. ⁊ in euāgelio p̄sentis solemnitatis. Ne putarent homines xp̄m nō eē deū: cuius natiuitas a pastorib⁹ tanq̄ꝫ a simplicibus fuerat reuelata: aduocati sunt reges ⁊ sapiētes p̄moniti miraculo nouo stelle apparentis: q xp̄m natū in hierusalē querunt adorare: ipsumq̄ꝫ ibi nō inuenientes nō destiterūt a cepto proposito: ⁊ exeuntes hierosolymā stelle ducatū secuti sunt: que illos ad p̄sepiū duxit. Vbi christū videntes pannoꝝ vilū paupertate cōclusuꝫ: tā q̄ꝫ deū pro hominū salute incarnatū sūt venerati. Hoc nobis sacramentū pie cōtemplandū p̄ponit hodie sancta mater ecclesia. Vbi et nos studia nostra debem⁹ apponere: vt simul cum his regib⁹ xp̄m inueniamus dicētes cuꝫ ipsis. Vidimus stellā ei⁹ in oriente. i. sp̄us sancti gratiā: qua illustrati sum⁹ ꝑ patriarchaꝝ oracula: ꝑ ꝓphetaꝝ testimonia: ac ꝑ sanctoꝝ omniū documenta: vt cognoscam⁹ xp̄m filiū dei affectuosa mente a nobis fore colendū. Et venim⁹ adorare eū. In q̄bus vbis fructus occurrit declarādus: q est. Jesuꝫ adorāt reges. Pro cui⁹ intelligētia de his regib⁹ tria mysteria ꝯsiderabim⁹.

Primū dicitur illuminatio.

Secundū dicitꝰ affectio.

Tertiū dicitur deuotio.

Quod magi illuminati fuerunt apparitione stelle. Capitulum. I.

Primū mysteriū cōtemplādū dicitꝰ illuminatio: de quo fit mētio in euāgelio vbi dicitꝰ q̄ magi isti fuerūt illuminati vt crederēt in xp̄m apparente eis stella miraculi. Vbi tres cōclusiones sunt notāde.

Prima dicitꝰ nominationis.

Secūda dicitꝰ apparitionis.

Tertia dicitꝰ cōditionis.

Prima cōclusio dicitꝰ nominatōis. Isti. n. reges nominantꝰ magi. i. malefici. Vñ Exo. 8. malefici Pharaonis dicuntꝰ magi. Dicit. n. Criso. istos fuisse maleficos: sed postea cōuersos. Quibus dñs voluit natiuitatē suā reuelare Vel dicuntꝰ magi quasi illusores: qꝛ Herodē illuserunt. Rabanus vo dicit. Magi sunt qui de singulis reb⁹ philosophantꝰ. Vnde magus idē est qꝺ sapiens. Nam ꝑ se magus: hebraice scriba: grece ph̄s: latine vo sapiens dicitꝰ. Vñ ⁊ magi quasi sapientia magni. De his sic dicit Remigius. Sciendū est autē q̄ varia ē de magis opinio. Quidaꝫ. n. dicunt eos fuisse chaldeos. Et chaldei pro deo stellā colebāt: ⁊ ideirco dixerūt: q̄ nūcupatio eoꝝ deoꝝ ostenderit verū deū natū. Alij dicūt psas eos fuisse. Nōnulli dicūt illos de vltimis finibus terre fuisse. Alij vo asserūt eos fuisse nepotes Balaaꝫ: qꝺ magis est credēdū. Balaā. n. inter cetera q̄ ꝓphetauit dixit Numeri. 24. Orietꝰ stella ex Jacob ⁊ exurget homo de israel. Illi vo per hanc ꝓphetiam mox vt viderūt stellā nouā intellexerūt regē natū: ⁊ venerūt adorare eū. Hec Remigius. Secūda ꝯclusio dicitꝰ apparitionis. Secundū. n. qꝺ dicit Criso. sup Math. qdā secretoꝝ inspectores de genere Balaā elegerūt de seipsis duodecim. Et si q̄s moriebatꝰ filius ei⁹ aut aliquis ꝓpinquoꝝ in ei⁹ loco substituebatꝰ: ⁊ ꝑ singulos annos certo tempore sup monteꝫ victorialē ascendebāt: vbi trib⁹ diebus orabāt deū vt eis stellā illā quā Balaā p̄dixerat ostenderet. Quadā autē vice dū sic ibi manerēt tres reges: stella quedā ad eos sup montē venit: q̄ habebat formā pulcherrimi pueri: sup cui⁹ caput crux splendebat: q̄ magos allocuta est dicēs Ite velocius in terrā iuda ⁊ regē quē queritis natū inuenietis. Tertia cōclusio dicitꝰ cōditionis. Fuere nāq̄ꝫ ſm Remigiū multi q dixerūt stellam illā spiritū sanctū fuisse: qui sicut discipu

lis in flāma ignis apparuit: ita ꝛ his regib⁹ in specie stelle. Alij autē dixerunt fuisse angelū. Sed vera doctoꝝ opinio est: φ fuit stella realiter de nouo creata. Unde glo. sup illo verbo. Uidimus stellā eius dicit. Propriā: qꝛ hanc deus creauit ad ostensionē. Dicūt tamē sancti φ hec stella ab alijs differebat in multis. Prima differentia erat qꝛ fm glo. sup Math. differebat in origine: qꝛ alie facte sunt in mūdi pꝛincipio: hec vero de nouo creata est. Secūda differentia erat: quia differebat in officio: quia alie stelle facte sunt vt sint in signa ꝛ tempoꝛa: hec autē vt magis viā pꝛeberet. Tertia differentia erat: qꝛ differebat in duratiōe: qꝛ alie stelle sunt ppetue: hec autē cōpleto officio suo redijt in pꝛeiacentē materiā. Quarta differentia erat: qꝛ fm Fulgentiū differebat in situ: qꝛ nō erat localiter fita in firmamēto: sed pendebat in meditullio aeris, pꝛima terre. Quinta differētia erat qꝛ differebat in fulgoꝛe: qꝛ ceteris erat splendidioꝛ ꝛ in meridie splēdidissima apparebat: nec splendoꝛē eius splendoꝛ solis poterat occultare

Sexta differentia erat: qꝛ differebat in motu: quo pcedebat magos motu viatoꝛis. Nō enī mouebat motu circulari: sꝫ quasi motu pꝛogressiuo. Septima differētia erat: qꝛ differebat fꝫ Criso. in occultatiōe ꝛ apparitiōe: qꝛ aliqn̄ apparebat: aliquādo occultabat. Cū enī intrauerunt hierosolymā occultauit seipsā: deinde vbi Herodē reliquerunt seipsam monstrauit. Unde cōcludit Criso. Uidet hec stella vtutis inuisibilis fuisse in talē apparentiā foꝛmata. Sꝫ dubiū in mentē venit, pꝛopter ea q̄ dicta sunt: quomodo isti xp̄m deū natū in stelle apparitione intellexerunt. Et dicit Leo papa in fmone de epiphania. Preter illā stelle speciē: q̄ coꝛpoꝛeū incitauit obtutū: fulgentioꝛ veritatis radius eoꝛū coꝛda pdocuit. Aug. vō in li. de questionibus noui ꝛ veteris testa. cōcoꝛdare videt cū sententia Criso. superius allegata. A. t. n. sic. Judeoꝛū natū regē intellexerūt cū stella indice tempoꝛalis rex soleat designari. Hi eni magi caldei nō maliuolentia astroꝝ cursum: sꝫ rex curiositate speculabant. In sermone vō de epiphania ait. Dicturus es a qbus audierūt φ talis stella xp̄m natū significaret. Profecto ab angelis aliqua admonitione reuelationis. Queris foꝛtasse an ab angelis bonis: an a malis. Christū quidē ꝛ angeli mali hoc est demones filiū dei esse cōfessi sunt. Sed cur a bonis nō audierūt: quādo in xp̄o adoꝛando salus eoꝝ inquirebat: nō iniquitas damnabat. Potuerunt ergo illis angeli dicere. Stella quam vidistis xp̄i est. Ite adoꝛate illū vbi natus sit. hec Aug. Colligim⁹ tamē ex omnib⁹ mentē illoꝝ regū siue apparente illis angelo siue loquēte: siue puerulo in medio stelle fuisse illuminatā intrinsec⁹ vtute spūs sancti vt oēs simul itelligerēt naturā eē filiū dei

Q̄ grādis erat affectio magoꝝ erga xp̄m natum. Cap. .2.

S Ecūdū mysteriū cōtēplādū dicit affectio. Tanta etenī affectiōe ad xp̄m natū magi postq̄ eū cognouerunt sunt moti: vt nō terrerent viaꝝ asperitate: qn ad xp̄ꝫ q̄rendū omni sollicitudine se pꝛngerent. Naꝫ ab oꝛiente venerunt hierosolymā. Ubi tria occurrunt cōsideranda.

Primū est velocitas.

Secundū est localitas.

Tertiū est iniquitas.

Primū cōsiderādū dr̄ eē velocitas. Quia vt cōmuniter tenēt doctoꝛes cū tredeciꝫ dierū eēt xp̄s: magi ad eū stella duce venerūt. Q̄ si admirari nos cogat φ in tā paruo tpe p tāta terraꝝ spacia venire potuerūt. s. ab oꝛiente i hierusalē: q̄ in medio mundi dr̄ esse sita: pōt dici fm Remigiū φ puer ad quē ipsi pꝛperabāt eos pducere potuit. Uel fm Hiero. φ sup dromedarios venerūt: q sunt aialia velocissima: q̄ tm̄ currūt in vna die: quātū equus in trib⁹. Secūdū ꝯsiderādū dr̄ localitas. Ubi doctoꝛes q̄rūt cur isti magi spāliter venerūt hierusalē potius q̄ ad aliā ciuitatē mūdi. Et rn̄det Remigi⁹ dicēs φ hierusalē regia ciuitas erat. Et crediderunt φ talis nō nisi i vrbe regia nasci debuisset. Siue venerūt vt locū natiuitatis certi⁹ discere possent. Siue vt adimpleret qđ dictū ē. De syō exibit lex: ꝛ vbū dn̄i de hierusalē: qꝛ ibi pmo ānūciatus est xp̄s. Siue vt studio magoꝝ dānaret pigritia iudeoꝝ. Hec Remigi⁹. Quāta vō sunt nūc iudeoꝝ negligētia: p se pꝫ: q cū p scripturas inuenerūt xp̄i aduētū eē, pꝛinquū: viderūt q̄ reges a finib⁹ terre venisse ad illū adoꝛādū q bus ꝛ ipsi locū natiuitatis reuelāt: nō curarunt ad eūdē locū ipsis, pꝛfecto vicinū, pꝛpare. vn̄ Augu. in fmone de epiphania ait. Cū multi nati atq̄ defuncti essent reges iudeoꝝ: nūq̄ quēq̄ illoꝝ adoꝛādū magi q̄sierūt: qꝛ neq quēq̄ eoꝝ de celo loquētē didicerūt. Nō itaq̄ regi iudeoꝛū q̄les eē illic solebāt: hūc tā magnū honoꝛē longinqui alienigene ab eodē regno, pꝛrsus extranei a se deberi arbitrant. Sꝫ talē natū didicerūt in quo

runt in quo adorādo se salutez: quā secundū qđ
dictū est consecuturos minime dubitarēt. Nec
eniz etas erat saltē cui adulatio humana fuiret
nō in mēbris purpura: nec in capite diadema
fulgebat: nō pompa famulantiū: nō terror exer
citus: nō gloriosa fama p̄lioꝝ hos ad eū viros
ex remotis terris cū tāto voto supplicationis at/
traxerat. Jacebat in p̄sepio puer ortu recens:
Primū quod ē in demonibus ē naturalis existentia. Sunt .n. demones nā pulcherrimi: neqȝ q̄tum ad substantiā sue nature sūt āgelis bonis turpiores: ⁊ tñ hoibus in sui substātia ⁊ decore appere nō pñt: imo appent i corporib⁹ assūptis in aliq̄ visiōe: sicut deo placet cū defor mitate tali ac tanta q̄ videntes illos in tali aspec tu marie terrētur ⁊ cōtristātur. Quo fit vt vir go gl'iosa in suo felici transitu petierit ab ange lo: vt hāc pre ceteris fili⁹ ei⁹ iesus bñdict⁹ grāȝ dignaret cōcedere: ne imūdos demōes horri bilesqȝ videret. Sȝ fabule videnť ista qbusdaȝ q multa scire se arbitranť. Inquit .n. demōes nō repiri. Contra quos offerūt se iuincibilia te stimonia oīs scripture. Unde Leuiti. 17. c. hr̄ Nequāq̄ vltra imolabūt hostias suas demoni is. Et Tobie. 6. c. Sarra tradita fuit septē vi ris: ⁊ demoniū illos occidit. Et ps. 105. Oēs dij gentiū demonia. Et ps. 105. Immolaue rūt filios suos ⁊ filias suas demōijs. Et Ma th. 4. c. Obtulerūt xp̄o eos qui demonia habe bāt. Et Math. 7. In nomie tuo demōia eiici mus. Et Math. 8. Obtulerunt ei multos de monia hn̄tes. Et Math. 2. Oblatus est ei de moniū habēs. Et Math. 15. filia mea male a demonio vexať. Et Mat. 17. Exijt demoniū ⁊ curatus ē puer. Et Marci. i. demonia mul ta eijciebat. Et. 16. In noie meo demonia eij ciēt. ⁊ Luc. 4. In synagoga erat hō demoniū hn̄s ⁊ clamauit. ⁊ Luc. 7. Venit Joānes ba ptista nō mādicās neqȝ bibēs: ⁊ dicūt demo niū hȝ. ⁊ Luc. 8. Occurrit ei vir q habebat de moniū iā tpibus multis. ⁊ Luc. xi. Erat iesus eijciēs demoniū. ⁊ Jo. 8. ego demoniū nō ha beo. ⁊ Jo. x. Dicebant multi demoniū hȝ ⁊ in sanit. ⁊ Apoc. 18. Cecidit babylon illa magna ⁊ fcā ē habitatio demonioꝝ. ⁊ Plato in Thi meo. Inuisibiliū diuinaꝝ ptātum: q̄ demones nūcupātur p̄stare rōem: maius ē opus q̄ȝ fer re valeat hoīs ingeniū. ⁊ Apuleius d̄ quo me minit aug. ponit demones eē. ⁊ Porphyrius adhuc de illis loqtur: vt patuit supra. Lact. li. 2 diuinaꝝ instōnum. Poete ⁊ sciūt eē demōes: ⁊ loquūtur. Tales milesius mūdū aiatum esse dicit ac demonibus plenū. Socrates esse circa se assiduū demoniū loq̄bať vt dicit Lact. Ideȝ testať Apuleius: q sup hoc librū edidit quē vo cauit de deo Socratis: ⁊ teste xenophōte li. de

morte Socratis. in oratōe quā ab atheniēsibꝰ
cōdēnādus fecit: sic iter cetera dicit. Enimuero
tā his mihi defensionē parati demoniū aduer/
sat. Ar. in ꝓlogo li. de somno ⁊ vigilia querit
An somniū ꝓcedat a cā aliqua nāli: vel eꝫ ali
quod demonū opeꝛ. Hermes termegistꝰ ꝫm
Aug. de ci. dei li. x. c. 24. demones eē fateꝛ.
Calcidiꝰ sup Thimeū Platonis de demōibꝰ
diffuse mētōem facit. Ptolemeus in quarto q̄
driptiti malignos spūs demōes appellat. Suf/
ficere ergo debēt tantorum testimonia ad fideꝫ
faciendam de demonibus reprobatis.

De cognitione ⁊ scientia demonum.

Cōm qđ est in demonibus ē nālis sa/
piētia. Ysi. 4. ethimol. ait. q angelꝰ
malꝰ dr̄ diabolꝰ hebraice. i. deorsuꝫ flu
ens: grece ꝟo diabolꝰ. i. criminator. Vocatur
ēt sathanas. i. aduersariꝰ. ⁊ demon. i. peritus ac
rez sciꝰ. Vellēt ergo demōes contra nos vti
oi astutia sua: ſ3 nō sinit illos deꝰ q sua clemētia
ad euitādas fraudes ⁊ deceptōes eoꝝ respersit
nos luce ꝟitatis: misitqꝫ filiū suū vnigenitum
in mūdū: q fuit lux ⁊ splēdor ois doctrie. Jo.
i. erat lux ꝟa. ⁊ Jo. 7. dicebat. Ego sū lux mū
di. ⁊ Jo. x. Ego suꝫ via ꝟitas ⁊ vita. Hic tn̄
dubitari solꝫ. Vtꝝ itellectꝰ demōis pꝰ pctm̄ co
gnoscat aliquā ꝟitatē. ⁊ arguit q nō. pmo qꝛ si
aliquā ꝟitatē cognoscerēt: maxie cognoscerent
seipos: qđ ē cognoscē subas sepatas. Hoc aūt
eoꝝ miserie nō cōueniē: cū ad magnā felicitatē p
tinere videat: in tm̄ q qdā vltimā btitudinem
posuerūt i cognitōe substātiaꝝ separataꝝ: ergo
demones priuātur oi cognitōe ꝟitatis. Jngt. n.
Aact. Nullus ē suauior aie cibus q̄ꝫ cognitio
ꝟitatis. ⁊ Ar. x. ethico. dicit. videꝛ phia admi
rabiles delectatōes hr̄e. Delectatio āt n̄ cōuenit
demōibꝰ: q̄ nullā ꝟitatē cognoscūt: ⁊ eoꝝ itelle
ctꝰ ē totalr excecatꝰ. Rn̄det his Tho. i. pte. q.
64. q duplex ē cognitio ꝟitatis. vna q̄ habeꝛ
p graꝫ. Alia p nāꝫ. Pria cognitio duplex est.
vna ē speculatiua tm̄: sic cū alicui aliq secreta di
uina reuelāꝛ. Alia ꝟo q̄ ē affectiua: ꝓducens
amorē dei: ⁊ h ꝓpꝛe ptinet ad donū sapie. Ha
rū āt triū cognitionū cognitio nālis nec ē abla/
ta nec diminuta. Cōsequūꝛ. n. ip̄a nām angeli
q ſ3 suā nāꝫ ē qdā itellectꝰ vel mēs. Cognitō āt
q̄ est p grām in speculatōe cōsistēs nō ē eis to/
taliter ablata: ſ3 diminuta: qꝛ de huiusmodi se/
cretis diuinis tm̄ eis reuelaꝛ q̄tū oꝫ: vel mediā
tibꝰ angelis: vel p aliquos tpales diuie ꝟitatis
effectus: vt Aug. dicit. 9. de ci. dei. c. 14. nō āt
sicut ipsis scis angelis qbus plura ⁊ clarꝰ reue
lanꝛ i ipo ꝟbo. Cognitōe āt affectiua totalr pri
uati sūt: sic ⁊ charitate. Ad argumētū ꝟo dicē
dū: q felicitas cōsistit in applicatōe ad id qđ su
pius ē. Substātie āt sepate sūt ordie nāe supra
nos. vn̄ aliq rō felicitatis esse pōt hoi si cogitat
subas sepatas lꝫ pfecta felicitas sit i cognoscen/
do subam pmā. s. deum. Sꝫ sube sepate cogno
scē subam sepatā ē cōnāle: sicut ⁊ nobis cogno
scere nās sensibiles. vn̄ sicut nō ē in hoc felici/
tas hois q cognoscat nās sesibiles: ita n̄ ē felici
tas angeli i hoc q cognoscat subas sepatas. ad
auctoritates ꝟo allegatas q̄ videꝛ excludeꝛ co
gnitōeꝫ nālē a demōibꝰ dicit Ri. in. 4. di. 50.
q q̄nis vsus scie sit p se delectabilis: tn̄ p acci/
dēs pōt eē tristabilis. Nā qppe dānatoꝝ tā an
geloꝝ q̄ꝫ hoium: ita ē plene cōprehēsa tristicia
vt oio sint idispositi ad aliquā delectatōem: q̄re
vsus scie in eis nullā poterit gnāre delectatōeꝫ
aut suauitatē. Tertiū quod ē in demonibꝰ ē nā
lis potētia: de qua Job. 41. c. dr̄. Non ē ptās
sup terrā q̄ cōpetur ei. Possunt demōes faceꝛ
mira: ⁊ si nō miracula: ⁊ nām adiuuādo ad stu
pēdos effectꝰ cōcurrere vt patebit. Pnt scius
deludere: pnt vexare corpa: pnt aquas maris
sup terram spargere: ⁊ alia facere q̄ ipsi vellēt:
que si pmitteret deus: tota pene mūdialis ma
china turbaretur: suffocarenꝛ hoies: ruerēt do
mus: siccarenꝛ herbe: arboresqꝫ: ⁊ mutatōes i
dies viderenꝛ in oibus elemētis. O pietas dei
benedicti: que impetū inimicoꝝ extinguit: nec
sinit illos cōtra nos exercere quod satis ābiunt
⁊ si qn̄qꝫ id fieri pmittat: iusta sūt eius iudicia ⁊
nobis inscrutabilia: ex dictis tn̄ oibus demo/
nes atrociter cruciantur.

Qđ demones vsqꝫ ad diē iudicij sūt in hoc
aere caliginoso: ⁊ post ad infernum descendēt.

Ecūdo cōsideranda ē pena demonum
rōne loci. Proiecti eqdem fuerūt a ce
lo empyreo in hūc aerem caliginosum
de quo ait Aug. 3. super Gen̄. ad literā. Aer
caliginosus est quasi carcer demonibus vsqꝫ
ad tempus iudicij. ⁊ Tho. i. pte. q. 60. Locus
iste datur demonibus rōe exercitatōis humāe
Nam pcuratio salutis nostre ꝓtendit vsqꝫ ad
diem iudicij: ⁊ vsqꝫ tūc durat ministerium an/
geloꝝ ⁊ exercitatio demonū. Descēdūt tn̄ ali/
q ad infernū: vt ibi dānatos vexent. Post di
em ꝟo iudicij simul cū dānatis hoibꝰ ibi oēs
redudentur. Sed hic speculari libet: qm̄ esse ex
tra celum empyreum non debet demonibus

in penā cedere qm̄ spūalis natura non afficitur loco. Ergo nullus locus ē demonibus pēalis Respondet Tho. i. pte. q. 63. q̄ locus nō ē penalis angelo aut aīe: quasi afficiēs alterādo naturā: sed quasi afficiēs volūtatem cōtristādo cū angelus vel aīa apphendit se eē i loco nō cōuenienti. Si vero obijceret q̄ angelus nō sit in loco: qr vt dicit Boetius in li. de hebdomadib9 Cōis animi conceptio apud sapientes ē incorporalia in loco nō eē. Et Ari. 4. phicoꝝ. Non eē quod ē: ē i loco: sed mobile corpus: ergo angelus nō est in loco. Rñdet Tho. i. pte. q. 53 q̄ equoce dr̄ esse angelus in loco ꝛ corp9. Corpus eni est in loco ꝑ hoc qr applicat loco ꝫ tractū dimēsiue q̄ntitatis que qdem in angelis nō ē. Sed ē in eis q̄ntitas vtualis. Per applicatōem ergo vtutis angelice ad aliquē locū qualitercūq; dicitur angelus eē in loco corporeo. ꝛ ꝭm hoc pꝫ q̄ nō oꝫ dicere q̄ angelus cōmensuret loco: vel q̄ habeat situm in continuo. Nec enim conuenientia corpori locato: put ē quātum q̄ntitate dimensiua. Silr̄ ēt nō oꝫ ꝑpter hoc q̄ contineatur a loco. Nam substantia icorporea sua vtute contingēs rem corpoream continet ipam: ꝛ nō cōtinetur ab ea: aīa. n. est in corpore vt cōtinēs: nō vt contēta. Sic angelus dicit eē in loco corporeo: nō vt contētum. ꝫ vt continēs aliquo mō. Addit Tho. q̄ diuersimode esse in loco conuenit corpori angelo ꝛ deo. Naꝫ corpus dr̄ eē in loco circūscriptiue qr cōmensurat loco: angelus nō circūscriptiue cū nō mēsuret loco: sed diffinitiue: qr ita ē in vno loco q̄ ñ in alio. Deus aūt neq; circunscriptiue: neque diffinitiue: qr est vbiq;. Quō āt hoc sit nō pōt itelligi ab humano sensu vt dicit magister in pmo. di. 37. vbi iducit Criso. sup eplaꝫ ad heb. d. Sicut multa de deo itelligimus que loq penitus nō valemus: ita multa loqmur que intelligere nō sumus idonei. verbi gra. Q̄d vbicunq; deus ē scim9 ꝛ dicim9. Quomō āt vbiq; sit itellectu nō capimus. Item quod ē incorporea quedā vtus que oium ē cā bonoꝝ: scimus: que āt ipa sit penitus ignoramus. Vt āt redeam9 ad angelos nota ꝭm Landul. di. 8. secundi. q̄ opinio ē modernoꝝ q̄ angelus nō ē in loco ꝑ applicatōem vtutis: sed ꝑ suā substātiā diffinitiue seu p̄sentialiter nō cōmensuratiue. Nā in angelo ē potentia passiua ad plura: vbi nec ē determinatus respectus alicuius: ergo in eo ē potentia passiua ad essendum i oib9 illis. Q̄d autē angelus habeat potentiā passiuā ad: vbi pꝫ: qr articulus ē excōicatus dicere q̄ substantie separate nusq; sunt. Silr̄ error est dicere q̄ angelus ē vbiq;: ergo oportet dicere q̄ angelus possit recipere aliqua vbi.

Quod demones punientur pena ignis.

Tertio consideranda ē pena demonuꝫ rōe supplicij: qr punietur i igne. Probatur hoc Math. 25. Ite maledicti in ignē eternū: q paratus ē diabolo ꝛ angelis eius. ꝛ Apoc. 20. Diabolus qui seducebat eos missus ē in stagnū ignis: vbi bestia ꝛ pseudo prophete cruciabunt die ac nocte in secula seculoꝝ ꝛ de hoc inqt aug. in li. de fide ad petrum. Firmissime tene ꝛ nullatenus dubites: diabolum ꝛ angelos eius in ignem eternuꝫ a xp̄o eē mittendos vbi nunq; carebunt pena quā eis p̄pauit diuina iusticia. Qualr̄ vero spiritus separati patiuntur ab igne dictum ē abunde i quadragesimali de penitentia.

Q̄d pena demonum nunq; terminabitur.

Quarto cōsiderāda ē pena demonuꝫ rōne terminum: qr nūq; finiet: ꝛ qd super hoc dixit Origenes adhuc in quadragesimali diffusius ē ptractatum. Quare ex dictis constat q̄ districtus iudex ē deus qui ꝑpter vnum peccatum angelis nunq; pepercit: ꝛ vt dicit Tho. i. pte. q. 64. tenēduꝫ est firmiter q̄ voluntas bonorum angeloꝝ confirmata est in bono: ꝛ voluntas demonum obstinata est i malo. Cām āt huius obstinationis non oportet accipere ex grauitate culpe: sed ex conditōne nature seu status: qr vt dicit aug. li. de fide ad Petrum. Sic deus creauit āgelos vt q vellēt perpetuo boni eēnt: qui autem nollent nunq; eos diuino munere repararet. Sicq; in eternuꝫ demones obstinati luent penas nequitie sue: a qb9 nos liberet xp̄s redēptor bēign9. Amē.

Sermo quartus de bello quod continue geritur inter demones ꝛ homines.

Sumus inquottidiana frequentiq; pugna cū angelis malis: qui nos tēptare ñ desinūt: vt peccātes eoꝝ tādē iungamur societati. ex hoc petr9. i. epla. c. 2. dicebat. Sobrij estote ꝛ vigilate: qr aduersari9 vester diabol9 tāq; leo rugiēs circuit q̄rēs quē deuoreꝫ cui resistite fortes i fide. ꝛ ecclia scā i offō aplorū nos admonet sic. estote fortes i bello: ꝛ pugnate cū āntiquo ꝓpente ꝛ accipietis regnū eternū Q̄r tū plerūq; qūq; diffidūt nec arbitrantur se posse

posse demonū effugere mille nocendi modos: sicq3 in pessima peccata labunt᷑: iccirco in h̄ ser mone aliqua de ipsis demonib⁹ aperiem⁹: qb⁹ intellectis poterit qlibet animi vires assumere ad pugnandū strenue cū illis qui nostrā pditio/ nez procurant. De quibus tria mysteria erunt declaranda.

Primū dicitur presidentie.

Secundū potentie.

Tertiū resistentie.

De presidentia demonū: τ qualiter omnia disponunt ad interituz hominū. Cap. I.

Habent demones inter se deputata ma ledictōis officia: τ cuncta q̄ possunt or/ dinant ad trahēdū hoies vt dei p̄cepta trāsgrediant᷑. Imperāt supiores: τ inferiores obediunt. Sed pro huius partis clariore noti cia de presidentia demonū locuturi considere/ mus illā secundū triplicē respectum.

Primo respectu angeloꝝ maloꝝ.

Secūdo respectu angeloꝝ bonoꝝ.

Tertiū respectu corpoꝝ superioꝝ.

Qualiter demones presunt demonibus.

Primo cōsiderem⁹ p̄sidentiā demonuz respectu ipsoꝝ angeloꝝ maloꝝ. Vtrū s. inter eos sit p̄latio. Et arguūt qdā q̄ nō. Primo q2 ois p̄latio ē fm aliquē ordinez iusticie. S3 demones totaliter a iusticia cecide/ runt: ergo i eis nō ē p̄latio. Secūdo. Vbi nō ē obediētia τ subiectio ibi nō ē p̄latio. Hec autē sine cōcordia eē nō possunt q̄ in demonib⁹ nul la ē fm illud, puer. 13. Inter supbos semp sunt iurgia: ergo in demonib⁹ nō ē p̄latio. Tertio Si in demonib⁹ esset aliqua p̄latio. Aut hoc p/ tineret ad eoꝝ naturā: aut ad eoꝝ culpā vel pe/ naz. S3 nō ad eoꝝ nām: q2 subiectio τ fuit⁹ nō est ex nā: s3 ex pctō subsecuta. Nec ptinet ad cul paz vel penā: q2 sic supiores demones q magis peccauerūt inferiorib⁹ subderent᷑. Nō ergo est p̄latio i demonib⁹. In ɔ̄rīū ē ipsa Vitas. Na3 glo. I. ad Cor. 15. dicit. Quādiu mūd⁹ durat: angeli angelis: hoies hoib⁹: τ demones demo nibus p̄sunt. Ratio q̄re inter demones ē p̄la/ tio: fm Tho. q. 110. q2 actio sequit᷑ naturaz rei. Quoꝝcūq3 nature sunt ordinate: oportet q̄ ēt actōes sibi inuicē ordinent᷑: sicut p3 in reb⁹ cor/ poralib⁹. Quia. n. inferiora corpa naturali or/ dine sunt infra celestia corpa: actōes τ mot⁹ eo/ ruz subdunt᷑ actōib⁹ τ motib⁹ celestiū corporuz. Manifestū ē autē q̄ demonū qdā naturali or/ dine sub alijs cōstituunt᷑. Vnde τ actōes eoꝝ sunt sub actōib⁹ superioꝝ. Et hoc ē qd rationez p̄latōis facit: vt. s. actio subditi subdat᷑ actōi p̄la ti. Sic igit᷑ ipsa naturalis demonū dispositio re quirit q̄ in eis sit p̄latio. Cōuenit etiā hoc diui ne sapiētie q̄ nihil in vniuerso inordinatū relin/ quit: q̄ attingit a fine vsq3 ad finē fortiter τ di/ sponit oīa suauiter: vt dicit᷑. Sap. 8. c. Ad pri muz ergo dicēdū q̄ p̄latio demonuz nō fundat᷑ sup eoꝝ iusticia: s3 sup iusticia dei cuncta ordi/ nantis. Ad secūdū dicēdū q̄ cōcordia demo/ nuz q̄ qdē alijs obediūt nō est ex amicitia quaz inter se habeāt: s3 ex cōi nequitia q̄ hoies odiūt: τ dei iusticie repugnāt. Est. n. ꝓpriū hoīnū impioꝝ vt eis se adiungāt τ subijciāt ad ꝓpriaz nequitiā exequēdā quos potiores virib⁹ vidēt Ad tertiū dicēdū q̄ demōes nō sunt equales fm naturaz. Vnde in eis est naturalis p̄latio: qd in hoibus nō cōtingit q natura sunt pares. Qd autē supiorib⁹ inferiores subdant᷑ nō ē ad bonuz supioꝝ: sed magis ad malū eoꝝ: q2 cum mala facere maxime ad miseriā ptineat: p̄esse in malis est esse magis miseꝝ.

Qualiter angeli boni habent prelationē sup demones.

Secundo cōsiderem⁹ p̄sidentiā demo/ nuz respectu angeloꝝ bonoꝝ. Vbi vi dendu3 erit an boni angeli habeant p̄/ lationē sup malos: τ posset argui q̄ nō. Prio q2 p̄latio angeloꝝ p̄cipue attendit᷑ fm illumina tiones. S3 mali angeli cū sint tenebre nō illu/ minant᷑ a bonis: ergo boni angeli nō habēt p̄la tionē sup malos. Secūdo. Ad negligētiā p̄si dentis ptinere vident᷑ ea q̄ p subditos male fiūt sicut p3. 83. di. c. error. c. cōsentire. c. Quid. n. ꝓdest. 84. dis. c. puenit. 86. di. c. facientis. 2. q. 7. c. negligere. 17. q. 2. c. sigs. 23. q. 3. c. q po test. extra de homicidio. c. sicut dignū. Sed de mones multa mala faciūt. Si ergo subsunt p̄la tioni bonoꝝ angeloꝝ videt᷑ in angelis bonis esse aliqua negligētia: qd est incōueniēs. Ter tio. Prelatio angeloꝝ sequit᷑ nature ordinem. Sed si demones de singulis ordinib⁹ cecide/ runt vt cōiter dicit᷑: q2 ipsi τ si nō fuerūt in ordi nib⁹ simplr fuere fm qd: i. q̄tū erāt aliq dispositi: si stetissent: eē de vno ordine. Alij de alio f3 variā dispositionē suoꝝ naturaliuz. Sic multi demones multis bonis angelis sunt supiores ordine nature. Nō ergo boni angeli p̄lationez habēt sup oēs malos. Cōtra istos ē auctoritas Aug. q. 3. de tri. ait. Spiritus vite desertor atq3 peccator regit᷑ p spiritū vite rōnalē piū τ iustuz

Et Greg. dicit q plates dicunt angeli: quorū ditioni virtutes adverse subiecte sunt. Respōdet Tho. vbi. s. q totus ordo plationis primo et originaliter ē i deo: et pncipat a creaturis s3 q deo magis appropiquat. Ille. n. creature sup alias influētiā habēt q̄ sunt pfectiores et deo ꝓpingores. Maxima aūt pfectio: et p quā maxime deo appropinquat ē creaturaꝝ fructuū deo: sic sunt sancti angeli: q̄ pfectōe demones priuantur. Et ideo boni angeli sup malos plationē habēt: et p eos regunt. Ad primū ergo dicēdū q p sanctos angelos multa de diuinis misterijs demonibus reuelant cū diuina iusticia exigit: vt p demones aliq̄ fiāt: vel ad punitionem maloꝝ: vel ad exercitationē bonoꝝ. Sicut i reb^9 humanis assessores iudicis reuelāt tortorib^9 ei^9 sentētiā. Huiusmodi autē reuelatōes si ad angelos reuelātes cōparent illuminatōes sunt: q: ordināt eas ad deū: ex pte vo demonū nō sunt illuminationes: q: eas in deū nō ordināt s3 ad exactionē ꝓprie iniqtatis. Ad secūdū dicēdū q sancti angeli sunt ministri diuine sapientie. Unde sicut diuina sapiētia pmittit aliq̄ mala fieri p malos angelos vel hoies ꝓpter bona q̄ ex eis elicit: ita et boni angeli nō totaliter cohibēt malos a nocendo. Ad tertiū: dicēdū q angel^9 q ē inferior ordine nature p̄est demonib^9 q̄uis supiorib^9 ordine nature: q: virtus diuine iusticie cui inherēt boni angeli: potior ē q̄3 virtus naturalis angeloꝝ. Unde et apud homines spūalis iudicat omnia vt dicitur. i. ad Corin .2.

Q̄d demones nō subdunt actionibus corporum celestium.

Tertio cōsiderem^9 p̄sidentiā demonū respectu corpoꝝ supioꝝ. Ubi disputādū ē vtrū demones subdant actionib^9 corpoꝝ celestiū. Et qdā ↄtendunt ꝓbare q sic. Prio q: demones fm certa augmēta lune aliq̄s hoies vexāt: q pp h lunatici vocant vt p3 Marci. 4. et. 17. S3 hoc nō eēt nisi copib^9 celestib^9 subiacerēt: ergo subiacēt actōib^9 celestium corpoꝝ. Secūdo. Nigromātici obseruāt certas ↄstellatōes ad inuocādos demones: qd nō facerēt si demones corpib^9 celestib^9 nō subderētur. Tertio. Celestia corpa virtuosiora sunt q̄3 iferiora. S3 qbusdā inferiorib^9 corporib^9 demones arcent. s. herbis: lapidib^9: et sonis qbusdā ac vocib^9: vt a Porphyrio dictū Aug. itroducit. x. de ciui. dei. ergo multo magis demones subdunt actōi celestiū corpoꝝ. Cōtra ista ois ē ipsa ratio. Nā demones sunt supiores ordine nature q̄3 corpora celestia. Agēs aūt est supius patiēte: vt Aug. dic. 12. sup Geñ. ad lrā. Cū ergo demones sint substātie itellectuales corpib^9 nō vnite: p3 q nō subdunt actōi corpoꝝ celestiū nec p se nec p accidēs nec directe nec idirecte. Ad pmū rñdet Tho. q. cxv. pme ptis q demones fm certa augmēta lune ↄtingit vexare pp duo. Primo qdē ad hoc q infamēt creaturā dei. s. lunā: vt Criso. et Hiero. dicūt. Secūdo q: cū nō possint operari nisi mediātibus naturalib^9 virtutib^9: vt dicet: in suis opib^9 cōsiderāt corporū aptitudines ad effectus intentos. Manifestū est q cerebrū ē humidissimum eiu3 ptiū corpis: vt Ari. dicit: et ideo maxie subijcit opatōi lune: q̄ ex sua ꝓprietate h3 mouere humorē. In cerebro aūt pficiunt vires aīales. Et ideo demones fm certa augmēta lune perturbāt hoīs fantasiā qñ cōsiderāt cerebrū eē ad hoc dispositū. Ad secūdū dicit Tho. q demones aduocati in certis cōstellationib^9 veniūt ꝓpter duo. Prio vt hoies i hūc errorē inducant q credāt aliqd numē esse i stellis. Scdo q: ↄsiderāt fm aliq̄s certas ↄstellatōes materiā corporalē eē magis dispositā ad effect^9 p qbus aduocant. Ad tertiū vo dicit Aug. x. de ciui. dei. c. xi. q demones alliciunt p varia genera lapidū herbaꝝ: lignoꝝ animaliū: carminū: rituū: nō vt animalia cibis: s3 vt spiritus signis: inquātū h eis exhibent i signū honoris diuini: cui^9 ipsi sunt cupidi. Nā vt dr. 26. q. 5. c. Nec mir. Ad h nitit diabolus: vt adoret q̄si deus.

De potētia demonū que supat secūdū naturā omnē potētiā hominū. Capi. .2.

De potētiā demonū tā fmo nr̄ vtend^9 est. Eqdē vix pñt credere multi q̄ de illa vacissime sunt ↄscripta. Verūtamē p̄ter ea q̄ sancti doctores dicūt ad hūc q̄tidiana exēpla eoꝝ q magicis artib^9 iuoluti stupēda et ieffabilia quodāmō opari vident. Has artes vt Hy. ingt. 8. li. ethimol. pm^9 iuenit Zoroastes rex Bactrianoꝝ: quē Nin^9 rex Assirioꝝ iterfecit. De quo etiā Aug. li. 21. de ciui. dei. c. 14. asserit: q qñ nat^9 est pmo risit. Immiscēt se hoīs artib^9 demones: et pmittēte deo fiūt q̄ hoies facere nullo pacto possent. Ut tū ista magis nobis innotescāt ↄsiderāda nobis occurrūt potentia demonū secundū triplicem respectum.

Primo respectu miraculoꝝ.

Secūdo respectu delusionum.

Tertio respectu vexationum.

Q̄d demones q̄uis nō possint facere miracula: pñt

cula: pñt tñ facere vera opa ſm facultatē hoīuꝫ.

p Rimo ꝯsiderāda ē demonū potētia respectu miraculoꝝ. Ubi a doctorib⁹ diſputat̃: vtrū demones poſſint miracula facere. Et rñdet Aler. i. 2. volumine ſumme ⁊ Tho. I. pte. q. 114. ꝙ ſi miraculū ꝓprie accipit̃: demones miracula facere nō pñt: nec aliq̃ creatura: ſꝫ ſol⁹ de⁹: qꝛ miraculū ꝓprie dr̃ qḋ fit ꝑter ordinē tot⁹ nature create: ſub q̃ ordie oīs ꝟtus creature ꝯtinet̃. Dicit̃ tñ qñqꝫ miraculuꝫ large qḋ exceda humanā facultatē ⁊ ꝯſiderationem. Et ſic demones pñt facere miracula: q̃. ſ. hoīes mirant̃ in ꝑtā coꝝ facultatē ⁊ cognitōeꝫ excedit. Nā vn⁹ hō indꝰtrī facit aliqd qḋ eſt ſupra facultatē ⁊ cognitōeꝫ alteri⁹: ducit aliū i admirationē ſui opis: vt quodāmō videat̃ miraculuꝫ opari. Sciēdū tñ ꝙ q̃uis hmōi opa demonuꝫ q̃ mirabilia vident̃ ad veraꝫ rōnē miraculi nō ꝑtingāt: ſunt tñ qñqꝫ vere res. Sicut magi Pharaonis ꝑ ꝟtutē demonū veros ſpētes ⁊ ranas fecerūt. Et ſicut qñ ignis de celo cecidit: ⁊ familiā Job cū gregib⁹ pecoꝝ vno īpetu abſumpſit: ⁊ turbo domū deijciēs filios ei⁹ occidit. Sic etiā demonib⁹ opantib⁹ ſcm̃ ē: vt terre athenienſiū vaſtarent̃ aquis. Refert Aug. 18. li. de ci. dei. c. 9. ꝙ poſtq̃ꝫ cōdite fuerūt Athene vt athene vocarent̃: qḋ certe nomē a Minerua eſt q̃ grece athena dicit̃ hāc cām Varo indicat: cū apparuiſſet illic repente oliue arboꝛ: ⁊ alio loco aq̃ erupiſſet regē ꝓdigia iſta mouere: ⁊ miſit ad Apollinē delphicū ſciſcitādū qd intelligenduꝫ eſſet q̃due faciēdū. Ille rñdit: ꝙ olea Mineruā ſignificaret: vnda Neptunū: eo ꝙ eēt in ciuiū ꝑtāte: ex cui⁹ poti⁹ nomine duoꝝ deoꝝ quoꝝ illa ſigna eēnt: ciuitas vocaret̃. Iſto Cicrops oraculo accepto: ciues oēs vtriuſqꝫ ſex⁹. Mos. n. tūc in eiſdeꝫ locis erat vt etiā femine publicis ꝯſultationib⁹ intereſſent: ad ferenduꝫ ſuffragiū cōuocauit. Conſulta igit̃ multitudine mares ꝓ Neptuno femine ꝓ Minerua tulere ſnias. Et qꝛ plus vna īuēta ē feminaꝝ Minerua vicit. Tūc Neptun⁹ irat⁹: marinis fluctib⁹ eſtuātib⁹: terras athenienſiū populat⁹ ē: qm̃ ſpargere lat⁹ q̃ſlibet aq̃s difficile demonib⁹ nō eſt. Hec Aug. ſequit̃ Tho. vbi ſupra: ꝙ q̃uis mā corpalis nō obediat āgelis bonis ſeu malis ad nutū: nec demones ſua ꝟtute poſſint trāſmutare materias de forma i formā: pñt tñ adhibere q̃dā ſemina q̃ i climatib⁹ mūdi inueniunt̃ ad aliquos effect⁹ ꝯplēdos vt dic̃ aug. i tertio de trinitate. Jō oēs trāſmutatōes corpaliū reꝝ q̃ pñt fieri ꝑ aliq̃s ꝟtutes naturales: ad q̃s ꝑtinēt ꝑdicta ſemina: pñt fieri ꝑ opatōeꝫ demonū hmōi feminib⁹ adhibitis: ſic̃ cū aliq̃ res trāſmutant̃ in ſpētes vel ranas: q̃ ꝑ putrefactōeꝫ gnāri pñt. Ille ꝟo trāſmutatōes corpaliū reꝝ q̃ nō pñt fieri ꝟtute nature: nulla opatōe demōis ꝑfici pñt ſm̃ rei ꝟitatē: ſicut ꝙ corp⁹ humanū mutet̃ in corp⁹ beſtiale: aut ꝙ corp⁹ hoīs mortuū reuiuiſcat. Dicta ſunt oīa iſta ad cōfirmationē ꝑcedētium. Nā niſi pietas dei nobis ſubueniret a poteſtate demonū nūq̃ꝫ effugeremus.

Qualiter demones poſſunt multipliciter deludere ſenſus humanos.

s Ecūdo ꝯſiderāda ē demonū potētia reſpectu deluſionū. Ut. n. dicit Bon. in 2. di. 8. pñt demones deludere ſenſus humanos: ⁊ h̃ tripliciter. Prio oñdēdo pñs eē qḋ nō ē. Scḋo oñdēdo rē alit̃ q̃ꝫ ē. Tertio abſcōdēdo qḋ pñs ē. Primuꝫ qdē fac̃ ſpēs offerēdo. Scḋm qdē facit ſenſuꝫ vel obiectu variādo. Tertiū ꝟo īpedimētū ꝑſtādo. Primū intelligi pōt ſic. Quādo fantaſmata exiſtētia interius offerunt̃ forti oblatōe ipſi ꝟtuti interiori vel ꝟtus interioꝛ fortiter illis intendit: ſimilitudo rei videt̃ eē veritas. Hoc manifeſtū ē ꝑ naturā. Nā freneticꝰ ꝑꝑ aſcēſuꝫ fumoſitatū ad cerebrū ex modica occaſione exteriori videt̃ ꝙ videat vel audiat multa q̃ nō ſunt ſibi preſentia. Similiter ꝑ fortē cōuerſionē intentōis fantaſma vr̃ veritas: ſicut aug. exēplificat: q· qdā tāta cōuerſione recogitabat cuiuſdā mulieris imagineꝫ: q· ei carnaliter cōmiſceri videbat̃ etiā vigilando. Per hūc modū pōt demō diuerſa homini facere apparere. Eſt de hoc exēplū i. 2. dialogoꝝ li. Ubi narrat Greg. q̃liter duꝫ ꝯſtrueretur monaſteriū quoddā: i quo aderat ſanctus Benedict⁹: inuentū ē ſub terra idolū quoddaꝫ eneū: qḋ cū fratres portaſſent i coquinā viſum eſt eis ꝙ exiuiſſet inde flamma ignis: q̃ totā coquinā potuiſſet incendere. Qḋ cū ꝑ ſpm̃ cognouiſſet beatus benedict⁹ cucurrit ad eos: ⁊ oratione facta fantaſticū illud euanuit. Scḋo pōt diabol⁹ deludere ſenſus oñdēdo rē aliter q̃ꝫ eſt. Nam naturaliter pōt cōtingere hoc ꝓpter variationē aliquā ex parte organi: ſicut qñ humoꝛ ſanguineus vel vapoꝛ igneus deſcēdit ad oculos videtur homini ꝙ ea q̃ exterius ſunt ſint rubea: vel ꝓpter variationē aliquaꝫ ex parte obiecti: ſicut cōtingit aliqñ q· ex poſitione candele: vel diſpoſitione palearum vident̃ palee eſſe ſerpentes.

Tertio poſſunt diaboli deludere ſenſus: ab

scondendo qd pūs est. Naz res q̄ p̄sens ē du
pliciter pōt latere sensuz nr̄m. Aut qz ipeditur
vtus sensus ne pueniat ad sensibile. Aut qz i/
pediū spēs sensibilis ne pueniat ad sensum. Et
vtroqz mō fieri pōt virtute demonis. De hac
delusiōe diffuse loqtur Aug. 18. li. de ci. dei. c.
17. 18. z. 19. vbi iducit q tradūt gentiles de so
ciis diomedis cōuersis in volucres: dicūtqz tē
plū diomedis eē in isula diomedia nō longe a
monte gargano: q ē in apulia: z hoc templū cir
cūuolare atqz icolere aues illas tā mirabili ob/
seqo: vt aquā ipleant z aspgant: z eas si greci
venerint: vel grecoz stirpe pgeniti: nō solum
qetas eē: vez ēt isup adulari. Si aūt alienige/
nas viderint subuolare ad capita tāqz grauib⁹
ictibus vulnerare: vt ēt pimant. Nam duris
z grandib⁹ rostris sans ad hec plia phibētur ar
mate. Hec Varro vt astruat cōmemorat alia
nō minus icredibilia de illa magna z famosis/
sima Circe: q socios quoqz vlixis cōuertit i be
stias: z de arcadibus q sorte ducti trāsnatabāt
quoddā stagnū atqz ibi cōuertebant in lupos:
z cū sil. bus feris pilli⁹ regionis deserta viue/
bant. Si āt carne nō vescerēt humana: rursus
post nouē ānos eodē renatato stagno reforma
bant in hoies. Si. n. direrim⁹ hec nō eē credē
da nō desunt q dicant talia fuisse expertos. Naz
z nos ingt Aug. cū eēmus in italia audiebam⁹
talia de quadā regione illaz ptium: vbi stabula
rias mulieres in caseo dare solere dicebāt ibu/
tas his malis artib⁹: qbus vellent seu possēt vi
atorib⁹: vnde in iumēta illico verterent: z ne/
cessaria queqz portarent: post q̄ pfuncta opa ite
rū ad se redirent: nec tamē fieri in eis mentem
bestialē: sz rōalez humanāqz seruari: sicut apu
leius in libris quos asini aurei titulo inscripsit
sibiipsi accidisse: vt accepto veneno hūano aio
pmanēte asinus fieret: aut indicauit aut finxit.
Hec vel falsa sūt: vel tam īusitata vt merito nō
credātur. Firmissime tamē credēdum ē nō so
lum aīum: sed nec corpus qdem vlla rōne: arte
vel ptāte demonū in mēbra z liniamēta bestia/
lia posse cōuerti: sed pōt eē vt corpora ipsa ho/
minū alicubi iaceant viuentia qdem sed multo
grauius atqz vehemētius q̄z somno suis sensibus
obseratis: talisqz ēt sibi hō eē videat: sicut talis
videri sibi posset in sōnis: z portare onera: que
onera si vera sūt corpora portantur a demonib⁹
vt illudāt hoibus. Nā qdam noie prestantius
patri suo contigisse idicebat: vt venenū illud p
caseū in domo sua sumeret: z iacerz in lecto suo
quasi dormiēs q tam̄ nullo mō poterat excita
ri. Post āt aliquot dies: cū velut euigilasse di
cebat: z quasi sōnia narrasse q̄ passus ē cabal/
lū se. s. scm̄ annonā inter alia iumēta militib⁹ ba
iulasse. Qd ita vt narrauit scm̄ fuisse compertū
ē: que tamē ei sua sōnia videbātur. Indicauit
z alius se domui sue p noctē anteqz requiesce/
ret vidisse venientē ad se phm quēdam sibi no/
tissimū sibiqz exposuisse nōnulla Platonica q̄
antea rogatus exponere noluisset. Et cū ab eo
dē pho qsitum fuisset: cur in domo eius fecerat
quod in domo sua petenti negauerat. Nō feci
iqt: sed me fecisse somniaui. Ac p hec alteri per
imaginē fantasticam exhibitū ē vigilanti: qd al
ter vidit in sōnis. Hec ad nos eis referētibus
puenerūt quos non estimam⁹ fuisse mentitos.
Hec Aug.

Qualiter demones possūt vexare corpora.

Tertio cōsiderāda ē demonū potētia re
spectu vexationū. Possunt. n. vexare
humana corpora: vt ingt aug. li. d nā
demonū. Nā pter subtilitatē nāe pūt penetra
re queciqz corpora sine obstaculo. Insup pūt
illa corpora pturbare z molestare: vt clare pz in
euāgeliis: de his quos xp̄s liberauit. Diebus
ēt meis aliquas mulieres demōiacas vidi: z au
diui illas loquētes talia: que nō nisi demōes di
cere potuerūt: z vtute iesu xp̄i liberate fuerūt.
Inter ceteras tn̄ vna fuit Neapoli anno dn̄i
1470. de qua expt⁹ sū q̄ referā. Predicāte me
ibi tpe quadragesimali sonabat vndiqz rumor
q aie quorūdā defunctoz intrauerant corp⁹ cuius
loqbat illoz idiomata: eē memorabat gesta: z q̄
nūqz ipa didicerat enarrabat. Accessit ad eā cū
suis illustrissim⁹ calabrie dux regis primogeni
tus. Dux cū in admiratōem nō pūam: dū se
crebrissima illoz defunctoz apiebat. Quadam
vo die egoipse ad eā vidēdā accessi: z q̄ primuz
intraui camerā: in qua multi aderāt. Ipsa vo
iuuencula iacebat in lecto: cepit furere oculos
torquere vultūqz minacē z tristē exhibere. Tā
dē clamās dicebat. Tu venisti huc. Ad qd. Ad
qd. Ego respōdi. Veteecū pliter in noie iesu xp̄i
glorioso. At illa. Quid vis. Volo dixi scire q̄s/
nā es. Illa respōdit. Ego sū stephanus sicul⁹
quōdā armiger z stipēdiarius. Ego subiunxi.
Mētiris o fallax z imūde spūs. Adiuro te p ie
sū in cui⁹ noie oē genu flectit: celestiuz terrestri
um z isernoz vt vitatē patefacias. Tūc cū grā
di molestia illi⁹ corpis arrogāter rn̄dit. Ego sū
diabolus. At ego. Quare dicebas q eras aīa
stephani

Stephani siculi. Et illa. Ut decipiā. ad hoc. n. intēdimus vt decipiam⁹: qr vellem⁹ oēs hoies fore dānatos: sicut ꝛ nos sum⁹. Iterꝝ ego interrogaui eā. Et quare me nō decepisti: sed mihi verꝝ cōfessus es. Ille addidit. Propter officium tuū: qr tu p̄dicas euāgelicā vitatem: ꝛ es inimicissimus noster. Ego replicaui. Quare. Qr inqt nos sollicitamus homies vt perdantur: tu vero trahis illos vt conuertantur. Dixi ad hec ego. Quis ego sū. Respōdit. Tu es frater Robert⁹ q p oēm italiā plurib⁹ annis fuisti cōtrarius opibus nostris: ꝛ nouiter venisti Neapoli: ꝛ prima die quadragesime p̄dicasti i castro corā rege ferdinādo. Ego petij ab illo. Quare odio habetis deum. Rn̄dit. Qr eiecit nos a celo empyreo: ꝛ priuauit nos dignitate nostra. Et ne imorer multas p lōgū spaciū ad interrogata rn̄dit: lʒ qn̄qʒ male libēter: ꝛ ita docte ita efficaciter: ita ēt hostiliter vitatē exp̄mebat: q̄ oio ꝛ infallibiliter dep̄hendi ip̄m diabolū eē. Cui cū p̄cepissē vt in nomine iesu corp⁹ illō exiret nec illud lederet: post multas cauillatōes faciēte misericordia dī abscessit. Remāsit vo puella illa pallida. Et a me iterrogata: qd faceret. respōdit se a sōno euigillasse: cū oium mēbroꝝ suoꝝ collisiōe. Quare āt deus pmittat aliquādo homies sic vexari rn̄deo q̄ hoc facit aut ad maloꝝ punitōeʒ aut ad bonoꝝ purgatōem ꝛ pbatōem: aut ad sue glorie manifestatōem. Iudicia tamē eius abyssus multa.

Quot oēs volentes possunt nō solum resistere demonibus: sed ēt illos vincere ꝛ superare. Capitulum .3.

Cum audiunt hoīes que de demonib⁹ dicta sūt nimio terrore corripiūtur: diffidātqʒ posse saluari: dū opus ē cū hostib⁹ taʒ terribilibus cōfligere minus. Uerūtn̄ vt greg. ait: debilis ē hostis: ꝛ nō vicit nisi volētē. Quare facile ē nō solū resistere virib⁹ demonū: sʒ ēt illos vincere ꝛ supare. Qd vt plene inotescat in hoc tertio mysterio ostendemus: q̄ qlibet volēs diabolū ꝛ oēs demones ad malū nō ipellētes pōt confundere.

Probabimus āt hoc triplici rōe.

Primo rōne ligationis.

Scdo rōne custoditionis.

Tertio rōe permissionis.

Qd p dn̄m iesū xp̄m ligata est ptās dmonū

Primo pōt vnusqsqʒ diabolo resistere: illūqʒ vincere ꝛ supare rōe ligatōis: qr p dominū iesum saluatorē nostꝝ ei⁹ potestas ē ligata. Unde apoc. 2. c. Ioannes ait. Uidi angelū. i. xp̄m descendētē de celo habentē clauē abyssi: ꝛ cathenā magnā in manu sua. Et app̄hēdit draconē serpētem antiquū: qui ē diabol⁹ ꝛ sathanas ꝛ ligauit eū. Notāduʒ tamē fm Bon. di. 19. tertij li. q̄ sicut ēt dicit magister in textu p passionē xp̄i sum⁹ a ptāte diaboli liberati oēs qdem q̄ꝫtum ad sufficientiā: sed illi soli q sūt de eius corpe: qd ē ecclesia q̄ꝫtum ad efficaciā. Diabolus. n. ante passionē xp̄i hēbat duplicē manū. s. attrahētē ꝛ ipellentē. Manus attrahēs erat ptās trahēdi ad limbū ēt iustos ꝛ scōs. Manus ipellens erat ptās p̄cipitandi in malū vel p fallaciam vel p violentiā: qr temptabat vt draco: tēptabat vt leo. Et prima manus s. attractiua erat tāte potētie vt nullus posset ei resistere: ꝛ hec fuit ei oio amputata p xp̄m. Iā enim nullū iustū pōt ad limbū trahere: qr p passionē xp̄i deletū ē chyrographū pcti ade. Manū āt ipellētē hēbat ita fortē: vt cū magna difficultate posset qs ei resistere: ꝛ iō fere in oib⁹ regnabat. Oēs. n. vel supabat p fraudulētiā vel p violētiā: ꝛ hec ptās debilitata ē p xp̄m: p quē lumē vitatis apitur contra fraudulentiā diabolicā ꝛ adiutoriū vtutis tribuit contra diabolicā violētiā. Appuit āt lumē vitatis ꝛ iteri⁹ p diuinā inspiratōem: ꝛ exteri⁹ p humanā istructionē. Iā. n. oibus ē vitas ppalata: ꝛ iō destructa ē idolatria q̄ prius regnabat. Adiutoriū etiā vtutis tribuitur p gratie ifusioneʒ: q̄ reprimit concupiscentiam.

Qd ppter angelum custodienteʒ possumus diabolo resistere.

Secūdo pōt vnusqsqʒ diabolo resistere illūqʒ vincere ꝛ supare rōe custoditōis. Nā habēt oēs hoīes angelū custodiētem: vt hiero. docet sup Matheū: ꝛ ponit magister in. 2. di. xi. Quare si tēptat diabolus ad malū: angelus custodiēs inducit ad bonū. De custodia vo bonoꝝ angeloꝝ dictū ē i q̄dragesimali: in sermōe de amore dei ad aiam idō hic non curo diffusius de illa tractare.

Qd deus nō pmittit vt diabolus tēptet hominem p voltate sua.

Tertio pōt vnusqsqʒ diabolo resistere illūqʒ supare rōe pmissionis vt. n. dicit apls. 1. ad Cor. 4. Fidelis deus q nō pmittit vos tēptari supra id qd potestis: sʒ facit cū tēptatōe puentū. Nullūʒ ergo deus finit aliquē a demone ipugnari cui nō p̄stet grāʒ ne decipiat aut opprimat. Nostra igitur iterest fortiter

dimicare: q: si legitime certauerimus coronabi
mur: q: vt dicit. Jac. i. Beatus vir q suffert tē
ptatōem: qm̄ cū ꝓbatus fuerit accipiet coronam
vite: quā nobis largiatur xp̄s dei filiꝰ. Amen.

Sermo gntus de cognitōe supbie q̄ fugiēda
ē: ne cum angelis ruentibus deputemur.

P aulum ad modū p
deſſ; no
bis itel igere q̄ dcā sunt de iudi
cio dei cōtra āgelos trāſgresso
res: nisi oī studio ⁊ diligētia cla
borauerimus tumētē supbiam
fugere ⁊ detestari. Ipsa siqdem ē oium vitioꝝ
regina: quā difficile multi cognoscūt: q: vitium
ē spūale: latet i corde: viget in mēte: feruet i aīo
⁊ sola volūtate deliberata cōpletur. Q: tn̄ p ex
trinsica cognoscitur itriseca: vt sic supbiam co
gnoscamus: mūdosq; nos ab eius labe serue/
mus: de fructibus ⁊ signis supbie dicemus in
p̄senti. Distinguemus aūt super tribus articu/
lis. 12. fructus.

Fructus primi articuli.
Primus fructus ē extollētia.
Secundus arrogantia.
Tertius vana gloria.
Quartus iactantia.

Fructus secundi articuli.
Primus fructus ambitio.
Secundus hypocrisis.
Tertius pertinacia.
Quartus ingratitudo.

Fructus tertij articuli.
Primus fructus inobedientia.
Secundus curiositas.
Tertius contentio.
Quartus presumptio.

Qd̄ superbi deificant scip̄os ⁊ spernūt de/
um celi: q: se cognoscere nolūt.

p Rimꝰ fructꝰ q signū ē supbiētis animi
extollentia dicitur: qn̄. s. aliqs ꝓpter do
na aut nāe aut fortune vt sic loquamur
aut spūalia: aut corpalia: aut tpalia: puta ꝓpter
diuitias generis nobilitatē corpis formositatē
robur ⁊ fortitudinē elegātiā subtilitatē ingenij
fecūditatē memorie: ⁊ silia deificat scip̄; ⁊ deū
cognoscere negligit. Cōtra illud qd̄ dr̄ Hiere
mie. 9. c. Nō glieť sapiēs in sapia sua: nec for/
tis in fortitudine sua: nec diues in diuitijs suis
s; in hoc glieť q gliať scire ⁊ nosce me. Seqtur
ex hoc ignorātia sui: q̄ obliuionē iducit ifirmi/
tatis ⁊ fragilitatis hūane Et certe dānificatur in

hoc hō: dū deficit ab ea regula q̄ cūctis ē ois sa
piētie fundamētū. Docet ꝙppe oium tā scōꝝ q̄;
phoꝝ cognitio suipsius p̄ caeteris p̄cipua fruc
tifere vetq; sapie. Unde Ber. li. de cōsiderati
one ad Eugeniū ait. Noueris lz oia mysteria
lata terre: alta celi: ꝓfūda maris: si te nescieris
similis eris edificāti sine fūdamēto: ruinā nō stru
cturā facies. Et Aug. in ꝓhemio q̄rti li. de tri/
nitate. Laudabilior ē aius cui nota ē ifirmitas
ꝓpria: q̄; q ea nō respecta vias sideꝝ: fūdamen
ta terraꝝ: ⁊ fastigia celoꝝ scrutať. Et Hugo li.
i. de aīa. Melior es si teip̄m cognoscas: q̄; si te
neglecto cognosceres cursus sideꝝ: vires her/
baꝝ: cōplexiōes hoium: nās aialū: celestiu; ⁊
terrestriū sciam hr̄es. Multi. n. multa sciunt ⁊
scip̄os nesciūt: cū tn̄ sūma phia sit cognitio sui.
Et macrobiꝰ li. de sōno scipiōis. Delphici vox
hec fuit oraculi cōsulēti ad btitudinē quo itinere
ꝑuenire possz. Si te igt noueris. Supbi itaq;
cōtēpto deo i scip̄is cōfidūt: nō arbitrātes deū
supiorē: nec se ꝑicvlis passiōibꝰ ⁊ morti subiec
tos. Talis erat supbia. Atrei q dū fratris filios
in odiū occidisset dicebat. Eq̄lis astris gradior
⁊ cūctos supꝰ: altū supbo vertice attingēs celu;.
Talis fuit supbia Romanoꝝ: de qbꝰ Aug. li.
de ci. dei. c. i. dicit: q ad tātā supbiā extollētia;
reputatōe;q; deuenerūt: q se deos estimabāt.
Unde igt. Hoc vo qd̄ dei ē: supbeq; aie spūs
istatꝰ affectat: amatq; sibi i laudibꝰ dici. Parce
re subiectis ⁊ d̄bellare supbos. Talis fuit sup/
bia Domitiani ipatoris: q vt scribit Suetoniꝰ
Eutropiꝰ ⁊ beda. li. de tpibꝰ fuit vespesiani fili
us ⁊ frater iunior Titi. Cui tito domitanꝰ in i
ꝑio successit: imo ita fuit regnādi cupidꝰ q sepe
frē; iterficere satagebat: ⁊ clā ⁊ palā sp fraudes
illi ꝑabat: quē titus sp ferebat patiēter. Tādem
mortuo Tito i iꝑiū sublimatꝰ oñdit se i pricipio
moderatū valde: simulauit diligere studia lraꝝ
⁊ bibliothecas reficēt: ita videbať horrere cedes
vt nec boues imolare mādauerit. S; firmatꝰ se
uerꝰ apparuit. Senatores ēt nobilissimos occi/
dit. Persecutꝰ ē xp̄ianos ⁊ iudeos f; eusebiū
li. 3. historie eccl'iastice. Et fm horosiū. li. 7. se
deū ⁊ dn̄; iussit appellari: ⁊ in cūctis p̄mordijs
lraꝝ suaꝝ dicebat. Dn̄s ⁊ deꝰ vester domitia/
nꝰ ita mādat. Tādē dō pmittēte a cubicularijs
suis septē vulneribꝰ occisus ē āno etatis sue. 45
Ad excellētiā isup ascēdit cor Herodis agrip
pe q occidit Jacobū ⁊ petꝝ icarcerauit. Refert
qdē Josephꝰ. 19. antiqtatū li. q cū Cesareā ad
uenisset ⁊ ad eū totiꝰ ꝓuicie viri vnanimit cō/
uenissent

venisset: ille veste fulgēti ex auro : argētoq3 mirabilr cōterta idut⁹ icipiēte die, pcessit ad theatrū: vbi cū pmos solis radio vestis argētea suscepisset: repcusso splēdore duplicatā spectātib⁹ lucē fulgor metalli vibrātis effudit: vt ituētibus pstrigeret aciē terror aspect⁹. Illico adulantis vulgi cōcrepāt voces dicētis. Nūc vsq3 vt hominē te timuim⁹: s3 ex h iā supra hūanā nām te eē fatemur. Et dū adulatorib⁹ ōmulceret honoribus: τ oblatos sibi diuinos honores n̄ respueret: repēte mortifero viscer dolore corripit: τ dū p man⁹ suor ōportaretur dicebat. En ego vester de⁹ ducor ad mortē. Virit igit̄ qnq3 dies τ vermibus ei⁹ viscera corrodētib⁹ expirauit. Nec mirū: qꝛ vt dicit Iac. 3. c. De⁹ supbis resistit. Et Seneca tragedia prima. Sequtur supbos victor a tergo deus.

Qd supbi cōuersāt cū suis, primis arrogāt

Ecūdus fructus supbie τ q signū ē supbi cordis arrogātia dicit̄. Hic facit proximos puipēdere: τ i dictis gestis moribus: cūctisq3 extrinsecis rebus supbe cū proximis se habē. Qui sic ē arrogās supbe icedit: supbe loqt̄: supbe igredit̄ τ egredit̄: supbe comedit: supbe oia facit cū clamore τ strepitu: minis τ cōtumelijs. Verūtamē cōtra istos ē auctoritas. Ecc. 3. c. dicētis. Quanto maior es hūiliate in oībus. Et Ci. i primo ō officijs inqt. In rebus ēt pspis supbia fugiēda ē τ arrogātia. nā vt aduersas res: sic τ scdas imoderate ferre leuitatis ē. τ Ouidi⁹. 3. ō arte amādi. Nō nocet i vultu dānosa supbia vestro. Dicit Cassiodor⁹ i eplis. Ornamētū oīuz bonor ē sincera benignitas. Igit̄ si tu gradu aut dignitate aut vtute supas reliquos: noli illos pedib⁹ cōculcare. Sis amabilis: affabilis: τ vultu facieq3 placidus: τ vt dicit Seneca ad lucillū. Sic cū iferiore viuas queadmōz tecū supiorē viuere velles Scribit̄ in policratone li. 5. qꝫ Gratian⁹ optimus ipator arguētibus eū amicis qꝫ i oēs familiaris eēt nimiū τ cōis: respōdit se talē velle ipatorē eē priuatis. quales impatores sibi esse priuatū optasset. Bene est vt q alijs impat timeat̄: s3 melius vt diligat̄. De hoc Cicero li. 2. de officijs ait. Omnium rer nec aptius quicquā ad opes tuēdas ac tenēdas q3 diligi: nec alienius q3 timeri. Laudat̄ ergo māsuetudo i oibus ēt magnis viris: dūmō tāta non sit vt vilescat auctoritas. Recitat Valerius li. 5. de Alexādro magno: qꝫ cū vidiss3 militē quēdā senio cōfectū frigore nimio stupescēte: cū ipe ess3 i sede sublimi ppinqua igni surrexit: τ suis mābus illū i sede sua reposuit dicēs: illō salutare sibi futurū. S3 nobis q xpiani sumus exēplū xpi satis eē d3: de quo sic pulchre loqt̄ Hiero. i epla ad Antoniū monachū. Domin⁹ noster hūilitatis magister disceptātibus ō dignitate discipulis: vnū apphēdit ex puulis dicēs. Nisi cōuersi fueritis τ efficiamini sicut puuli nō itrabitis i regnū celor. Qd ne docere tm̄ nec facere videret docuit exēplo: dū discipulor pedes lauat dū loqtur cū samaritana: dū ad pedes sibi sedēte Maria de celor disputat regno: dū traditorē osculo excipit: dū resurgēs prio mulierculis appuit: Ad idē ē text⁹ Cypriani. 9. di. c. dn̄s.

Qd supbi qrūt gl̄iam tpalem que nihil est.

Ertius fructus q signū ē supbie ē vana gloria. S3 qūo. vana gloria dicetur plerisq3 audire cupiūt. Nā si loqmur ō illa beata de qua psalmus ait. Exultabūt sci in gloria: certe vana nō ē: quā cūcti desiderare tenēt. Tpalis adhuc gloria vana nō ē: q̄ virtuti fauet: cōformat̄ nāe τ aium ad queq3 difficilia τ ardua roborat. Est hec fm Ambro. li. ō officijs clara cū laude notitia. Et fm Tulliū i rhetorica ē freqns ō aliq fama cū laude. Laus ho vt dic̄ Ari. prio rhetoricor ē smo elucidās magnitudinē rei. vñ aug. sup Io. gl'ari idē ē qd clarificari. De hac gl̄ia igt Seneca ad lucillū. Nulla ē tā excelsa vt⁹ q̄ dulcedine gl̄ie n̄ tāgat̄ τ hiero. ad Sabinianū. Mali ducimur malo: τ adulatorib⁹ nostris libēt fauem⁹ τ q̄q3 nos rñdeam⁹ idignos τ calid⁹ rubor ora psūdat: tn̄ ad laudē sui itrisec⁹ aīa letat̄. τ claudian⁹ Gaudet eni vt⁹ testes sibi iūgere musas. Carmē amat qsqs carmie digna gerit. τ Ouidi⁹ li. ō tristib⁹ Deiq3 n̄ puas aio dat gl̄ia vires. Et fecūda fac̄ pectora laudis amor. τ Ecc. 4. Curā igt sapiēs habe ō bono noie. Et puer. 15. Fama bōa ipinguat ossa. τ. 11. q. 3. c. nolo. aug. famā tuēdam hortat̄. τ idē. 5. ō ci. dei. c. 12. dic̄ ō romāis. gl̄iam igētē diuitias hōestas volebāt: hāc ardētissime dilexerūt. Propt hāc viuere voluerunt. ppter hāc τ mori n̄ dubitauerūt. Et. 18. c. eiusdē. Hec sūt duo illa: libertas τ cupiditas laudis hūane q̄ ad scā cōpulere mirāda romāos. Nō ḡ vr̄ gl̄ia fugiēda: quā oēs efferunt mris laudib⁹. S3 alex. i. 2. τ Tho. 2. se. q. 132. dicūt qꝫ gl̄ia tpal pōt appeti ordiate τ iordiate. cū ꝑ mō appetit̄ nullū ē pctm̄. nā cū qꝛ cogitat bonum suum dignum laude τ approbat illud cupiens ab alijs laudari: aut propter diuinum

honorē: aut pp primorum salutē: aut appetēdo nō appetit cōtra deū ꝛ ꝓximū: nec i gloria finē cōstituit: de supbia ꝛ vana gloria repꝛehēdi nō pōt. Inordinate vo gloria appetit primo qñ qs querit gloriā de eo qđ est peccatū: sicut luxuriosus de carnalitate: iracūdus de vindicta ꝛ cōtumelijs: ꝛ similia: de qbus aliq gloriant: quos reprehendit ꝑs. d. Quid gloriaris in malicia: q potens es in iniquitate. Secūdo gloria appetit inordinate cū eā qs querit de eo qđ nō hꝫ puta de sciētia: de sapiētia: de sanctimonia vite ꝛ hmōi. Tertio quādo qs q̄rit gloriā de eo qđ nō est gloria dignū: vt de diuitijs: de pulchritudine: de fortitudine: de edificijs: de dominijs ꝛ qbuslibet tpalibus bonis. Fatue qppe hoies in his gloriant ꝛ vane: qꝛ oia ista fumus ꝛ fauilla sunt. Jō sapiēs eccle. 1. c. ꝓ istis dicit. Vanitas vanitatū ꝛ oia vanitas. Criso. sup Joh. sic sequit. Nūc v sicuti si saperēt q i potētia vsantur: i parietibus suis oibus ꝛ vestibulis scriberēt i domo: in foro: ꝛ in egressibus: ꝛ ante oia i ꝯsciētijs suis: vt semp eū ꝛ oculis cernerent: ꝛ corde sentirēt: qm multe sunt rex facies ꝛ imagines false: q̄ decipiūt incautos. Istud oporꝫ quotti die carmē salutare ꝛ in prādijs ꝛ in cenis: ꝛ in omnibus cōuentibus libenter vnūquēqꝫ ꝓximo suo canere: a ꝓximo suo libenter audire: qꝛ vanitas vanitatū ꝛ oia vanitas. h ille. An nō videmus q̄ꝫ breui deficiūt oia. Dicit Esa. 4. c. Omnis caro fenū ꝛ ois gloria eius q̄si flos agri. Exsiccatū est fenū: ꝛ cecidit flos. Ideo Vgo. li. 1. de aia inqt. Dic mihi vbi sunt amatores mundi: q ante pauca tpa vobiscū erāt. Nihil ex eis remansit: nisi cineres ꝛ vermes. Hoies fuere sicut tu. Comederūt biberūt riserūt: duxere i bonis apparentibus dies suos: in puncto aūt ad inferna descēdere. Hic caro eox vermibus: illic anima eternis supplicijs deputat: donec rursus infelici cōmercio colligati sempiternis inuoluātur incēdijs. Et Baruch. 3. Vbi sunt ꝓncipes gentiū: ꝛ q dominant sup bestias q̄ sunt super terrā: q in auibus celi ludūt q argentū thesaurizāt ꝛ aurū in quo cōfidunt hoies: ꝛ nō est finis acquisitionis eox q argentū fabricāt: ꝛ solliciti sunt: nec est inuentio opex illox. Exterminati sunt tamē: ꝛ ad inferos descenderūt. Et alij loco eorū surrexerūt. Ad hoc facit exemplū de quodā impatore mortuo: ad cuius sepulchrū accedēs quidā phs: tumulo patefacto videns cadauer illđ horribile dixit. Intuitus sum cadauer Cesaris in sepulchro ꝛ vidi cū liuido colore coloratū: putredine circūdatū: aluū eius diruptū ꝛ vermiū cateruas: q ꝑ illū trāseuntes discurrebāt. Duo famelici angues i oculox foueis pascebant: crines nō adherāt capiti: dentes patebāt labijs cōsumptis. Et dixi. vbinā cesar chorus puellax: magnitudo diuitiax: caterua baronū: acies militū. Vbi sunt canes venātes: eq veloces: aues rapaces: thalamus depictus: lectus eburneus: aureū atriū. Vbi sunt tot mutatoria vestimēta diuersa cibaria: cāticū lire organox sonitus odor aromaticus. Te verebant hoies: timebāt principes: colebāt vrbes. Vbi est tāta potētia ꝛ taꝫ preclara magnificentia. Et respondit mihi. hec oia defecerunt in me quādo defecit in me spiritus meus: ꝛ reliquerūt in hoc me misex sepulchro circūuolutū putredine carnis mee.

Quod supbi iactanter de se loquunt: ꝛ qualiter potest quis absqꝫ peccato se laudare.

Q Vartus fructus q signū est elate mentis iactātia dicit: ꝛ est cū qs proprio ore se laudat. Hoc autē incōueniens esse dictis sanctox ꝛ phox demōstrat. Vnde sapiēs prouer. 26. ait. Laudet te alienus ꝛ nō os tuū: extraneus ꝛ nō labia tua. Et cicero i ꝑmo de officijs. Turpe est de seipso ꝑdicare. Et Quintilianus li. 8. de oratoria institutione. Vitiosa ē iactatio: infertqꝫ audiētibus nō mō fastidiū: sꝫ etiaꝫ plerūqꝫ odiū. Et Seneca lib. 2. de beneficijs. Reprobēda est inanis iactatio. Res loquātur nobis tacentibus. Quando aūt qs pōt de seipso dicere absqꝫ peccato: licet dictū sit in quadragesimali: tamen hic repetendū est. Ideo nota ꝫm doctrinā Alexandri in. 2. volumine summe: qꝫ aliquis potest tripliciter se laudare.

Primo meritorie.
Secūdo venialiter.
Tertio mortaliter.

Primo cū merito. Et hoc tripliciter. Aut ꝓpter charitatē dei. Aut ꝓpter charitatē ꝓximi. Aut propter charitatē propriā. Primo laudat se qs propter charitateꝫ dei: vt sue bonitati gratie referant. De hoc sic loquit Cyprianus: in epistola ad donatuꝫ. Odiosa iactatio est: q̄ꝫuis nō iactatū esse possit: sed gratū: qcqd nō hominis virtuti ascribit: sed de dei munere ꝑdicatur. Sic fecit gloriosissima vgo duꝫ visitauit Helisabeth Luc. 2. quādo cecinit vba illa suauissima. Magnificat aia mea dñꝫ. Scđo pōt qs cū merito se laudare pp charitatē ꝓximi: vt puta ne scādalizet pp vba detrahētiuꝫ. Naꝫ vt dr. 6. q. 1. c. Sūt plurimi q vitā moresqꝫ bonox.

amplius

Hic ad mẽtẽ reducẽdũ ẽ: q̧ dñs ⁊ salua b tor nr̃ iesus xp̃s illi pp̃lo p̃nunciare di gnat⁹ ẽ q̃ vẽtura erãt mala: vt si vellẽt possent penitẽdo flectere furorẽ dñi. Trib⁹ aũt vicib⁹ id fecit. Qđ ꝯmemorat a Luca p̃. 19. c. Scđo. 21. c. Tertio. 23. c. Prio Luc. 19. habet q̃lit cũ dñica oliuaꝝ vẽiret i hieru. ⁊ turbe ꝓces serũt ei obuiã: vidẽs iesus ciuitatẽ fleuit sup il laz dicẽs iter alia. O hierusalẽ plena pp̃lo. O ciuitas sacerdotalis ⁊ regia: veniẽt dies i te: et circũdabũt te inimici tui vallo: ⁊ circũdabũt te ⁊ coãgustabũt te vndiq̧: ⁊ ad terrã ꝓsternẽt te: et filios tuos q i te sunt: ⁊ nõ relinquẽt i te lapidẽ sup lapidẽ: eo q̧ nõ cognoueris tp̃s visitatõis tue. Ingt ꝓpterea Hiero. i q̃stionib⁹ ad Hel bidiã. In tñ hierusalẽ amauit dñs vt fleret eã ⁊ plãgeret: ⁊ pẽdẽs i cruce loq̃ret. Pater igno sce illis q: nesciũt qd faciũt. Itaq̧ ipetrauit qđ petierat: datũq̧ ẽ eis tp̃s penitẽtie: vz vsq̧ ad q̃dragesimũscđm ãnũ. Post qđ ꝑseuerãtib⁹ il lis i blasphemia egressi sunt duo vrsi de siluis gẽtiũ romanoꝝ Vespasian⁹ ⁊ Titus: ⁊ eos in terfecerũt atq̧ lacerauerunt. h̄ ille. Scđo xp̃s p̃nunciauit desolatiõẽ hierusalẽ Luc. 21. cũ di xit. Erit. n. p̃ssura magna sup terrã: ⁊ ira pp̃lo huic. Et cadẽt i ore gladij: ⁊ captiui ducentur in oẽs gẽtes. Hierusalẽ calcabit a gẽtib⁹: donec ipleant tpa nationũ. Tertio xp̃s p̃nunciauit ruinã Hierusalẽ Luce. 23. c. q̃n die passionis sue sequebat illũ cruce oneratũ multa turba pp̃li ⁊ mulieꝝ q̃ plãgebãt: ⁊ lamentabant illũ: ꝯuer sus aũt ad illas iesus dixit. Filie hierusalẽ noli te flere sup me: s sup vosipsas flete: et sup filios vr̃os: qm̃ ecce veniẽt dies in qb⁹ dicẽt. Beate steriles q̃ nõ genuerũt ⁊ vbera q̃ nõ lactauerũt. Quid plura. Crucifixus ẽ xp̃s: ⁊ tota mundia lis machina est ꝯmota. Tremuit terra: obscura tus est sol petre cõtrite sunt: apta monumẽta: ⁊ velũ tẽpli scissum ẽ i duas ptes a summo vsq̧ deorsum vt dicit Math. 27. tñ iudei duriores effecti i xp̃m et ecclesiã seuiunt. Post xp̃i re surrectionẽ qnquagesima videlicet die: apostoli receperũt sp̃m sanctũ: et ea die. Petr⁹ publice p̃dicauit resurrectionẽ xp̃i: et penitentiã in re missionẽ peccatoꝝ: vt dicit Act. 3. c. Et postq̃ sanauit claudũ et paraliticũ ex vtero m̃ris: q se debat ad portã tẽpli: q̃ vocabat speciosa dicens In noie iesu surge et ambula: cũ eẽt fact⁹ ꝯcur sus pp̃loꝝ ad rẽ tã grãdẽ vid. dã: iteꝝ p̃dicauit Petr⁹ inocẽtiã xp̃i et ipietatẽ eoꝝ ꝯtra illũ. Et subdit. Penitemini: et ꝯuertimini: vt deleant pctã vr̃a. Act. 4. c. S ecce sacerdotes et ma gistrat⁹ tẽpli iniecere man⁹ i petrũ ⁊ Joãnẽ: ⁊ incarcerauerũt eos Act. 5. c. Sequenti vo die eductos de carcere liberauerũt p̃cipiẽtes ne do cerent i noie iesu. Cũ autẽ illi ꝑseuerarẽt i do ctrina: iteꝝ posuerũt eos i custodia publica: a q̃ fuerunt p angelũ liberati. Et ne singulis imo remur obstinati iudei lapidauerũt Stephanũ Act. 7. c. Surrexit tãdẽ. Saulus ꝯ discipulos: q ꝯuersus ẽ ex miraculo xp̃i sibi apparentis. Act. 9. c. et a iudeis ꝑsecutões grauissimas pas sus ẽ. Occisus ẽ iacob⁹ frater Joã. gladio. In carcerat⁹ ẽ Petr⁹ ⁊ p ãgelũ liberat⁹. act. 12. Sic q̧ ꝯtinue addebãt mala malis miserabiles iudei

De terribili sententia diuini iudicij cōtra hierusalem. Capitulum tertium.

Nescio qs tā serus eē pōt: vt sine gemitu audiat q̄ passa ē hierosolymitana ciuitas recto iudicio dī. Idcirco i hoc mysterio de executōe diuine sententie cōtra hirlm dicemus: de qua tria sunt consideranda.

Primum ē multitudinis conclusio.
Secundum famis afflictio.
Tertium ciuitatis deletio.

Primū cōsiderandū ē multitudinis cōclusio. Cū.n. ab exercitu romanoȝ circūdata fuit hirlm conclusa iuenta ē ibi inumerabilis multitudo ppl'i. Refert Eusebius li.3. historie ecclesiastice. qd̄ et Josephus ponit: q ex oi iudea ppl'i in die solēni pasce hierosolymā velut extiali q̄dā manu cogente cōuenerūt: quos tricesies centena milia hoium dicit fuisse iusto. s. iudicio dei tpe hoc vltōis electo: vt q in diebus pasce saluatorē suū xp̄m dn̄i cruētis manib⁹ ⁊ sacrilegis vocibus violauerāt i ipsis dieb⁹ velut in vnū carcerē omnis multitudo cōclusa feralis pene exitiū qd̄ merebaȝ exciperet. Scd̄m cōsiderādū ē famis afflictio. Obsessa naq̄ȝ ciuitate fecerūt romani vallū munitissimū in circuitu: ita vt nullus ciuitatē exiēs illd̄ ptransire posset. Ob quā cām in breui ciuitas vrgeri fame cepit: tm̄q̄ȝ excreuit penuria reȝ: q ppter famē ea que referā dicit Josephus mala eē secuta. Primū q predones p ciuitatē discurrētes vi itrabāt domos ⁊ rapiebāt si qd ibi inuenissent comestibile. Secūdum q filij ex ore pentū ⁊ ecōuerso violenter stricto manib⁹ gutture masticatū cibū extrahebāt: ⁊ velut rabidi comedebāt. Tertiū q et fimū bouū aliaq̄ȝ imūda sūpserūt in cibū. Quartū: q multi cōtēdebant exire vt herbas colligerent ⁊ capiebanȝ a romanis. Et tant⁹ fuit nūer⁹ captiuoȝ: vt tute custodiri nō posset. Quapp statutū fuit: vt euulsis coȝ oculis māibusq̄ȝ amputatis cōpellerenȝ sic ad ciuitatē redire. Quintū q plerīq̄ȝ diuites timentes ne sua iocalia ad manus romanoȝ venirēt: quos verisilr presumebāt ciuitatē debellaturos: illa deglutinē. Cuius rei fama cū deuenisset ad aures romanoȝ cōmouit eos vt exenterarēt iudeos captiuos q̄s estimabāt gēmas in vētre adhuc retinē. Quare vna nocte duoȝ miliū patefacta sunt viscera. Sextū q multi formosi ⁊ delicati iuuenes in via: in plateis, pprijs domib⁹ fame vexati: iprouisa morte ⁊ repētina cadebāt: ⁊ sepi⁹ illi q cadauera sepeliebāt supra sepultos mortui ⁊ ipsi deficiebāt. Septimū: q iuente sunt mulieres filios, pprios comedentes. Unde ⁊ de quadā dicit Josephus: q cū fame torq̄ret nihil habens ad comedēdū: lactētē filiū in manib⁹ tenēs dixit. Infelicis matris ifelicior fili: in bello: i fame: in direptōe: cui te reseruabo. Ueni ergo nūc o mi nate: ⁊ esto cib⁹ matri: p̄donib⁹ furor: seculis fabula. Et his dictis filiū iugulauit ⁊ coxit: dimidiū comedit: prē alterā occultauit. Ecce cōfestiȝ p̄dones odorē carnis cocte sentiētes in domū irruūt: ⁊ vt carnē pdat: mortē minaȝ. Tūc illa detegēs isantis mēbra: ecce iqt vobis prē optimā reseruaui. At illos tātus horor inasit: q nec loq potuere. Et illa: me⁹ ē iqt fili⁹: meū ē petm̄ securi edite qz prior ego comedi quē genui. Illi vo tremētes ⁊ territi discesserūt: O quot erāt in ciuitate illa amara spectacula vbi videbantur quottidie tot moriētes. o quot isātes ⁊ pueri extendētes manū ad vbera matrū: ⁊ panē petentes: ad pedes illaȝ extincti ruebāt. o quot erāt ibi flebiles voces quot lamēta quot singult⁹: q̄t suspiria: ⁊ tn̄ a deo nō exaudiebātur. Tertiū cōsiderādū ē ciuitatis deletio. Anno.n. scdo ipi j Vespesiani Tit⁹ ei⁹ fili⁹ q i obsidiōe remāserat ciuitatē cepit: quā a fūdamētis subuertit. Ubi piere viroȝ vndecies cētena milia fame ⁊ gladio p̄ter mulieres ⁊ puulos: reliq venūdati. Ubi es ergo magna ciuitas hirlm. vbi es decora syon. Ubi es ciuitas quondā referta gētib⁹ dn̄a pploȝ regibus venerāda: acceptabilis deo sedes gratie. Ubi ē tēplum illud mirabile: pauimēta marmorea porte nitētes auro. oīa vtiq̄ȝ euersa ⁊ a fūdamētis dirupta fuere. o inuictissima dei viuētis dextera: q̄ ceruices deprimit pctōrū: ipa faciēte tot calamitatib⁹ ⁊ cladib⁹ hirlm piit. Ex post tpe. s. Helij Adriani cōfluētibus diuersaȝ nationū icolis reedificata ē. ⁊ Helia ex p̄noie ipatoris dcā. Qui Adrianus vt dicit Orosius li.7. p̄cepit: ne cui Judeo hierosolymā itrare liceret. Digne itaq̄ȝ oibus timorē dn̄i p̄dicam⁹: q timētib⁹ se largiȝ grām in p̄nti: ⁊ in futuro gliam sempiternā. Amen.

Sermo.14. de iudicio dei contra dauid populum numerantem.

Compellor egdem nō parū admirari de hoium hui⁹ tpis temeritate: q vidētes quottidie patrias pestilētijs grauissimis agitari: nō timēt tremenda iudicia dei. Profecto acerbissimū ē flagellū pestilētiaȝ. Nā pr filium filius

filius fugit patrē: frater frēm deserit: vxor virū derelinqt: et vir vxorē abhoiabit. Quid plura Suffocat penitus pietas. Fiūt ciuitates vacue pplis domusqz ēt clauduntur amplissime. Vidu ant vxores maritis: dilecti iuuenes formoseqz puelle mirabilr extinguūt. Tali etenī flagello deus Dauid i suis iuste pūiuit. Qd vt euidēti⁹ inotescat ad ipm dauid p istructōe nra fmonē vertemus: de quo tria mysteria declarabimus
Primū dicit excellentie.
Secūdum deficientie.
Tertium pestilentie.

De admirandis prerogatiuis et excellentijs dauid. Capitulum .I.

V Eniūt i vsū ecclesie scē dei p maiori pte psalmi quos dauid cōposuit: qre nomē ei⁹ cū laude sonat i aurib⁹ audiētiū. Jō i hac pte vidēdū erit qbus puilegijs et excellētijs dauid a deo fuerit donatus. Et ex multis quinqz duntaxat colligemus.
Prima dr pphetica illustratio.
Scda filialis noiatio.
Tertia victoriosa supatio:
Quarta māsueta cōditio.
Quita regalis exaltatio.

Qd dauid claruit spū prophetie.

P Rima excellētia dauid dr pphetica illustratio. Claruit. n. spū pphetico pnūciās mysteria xpi. Sz hic pulchre dispu tādū ē. Utrū dauid fuerit reliqs pphis pstatior. Et ad hoc rñdet Nico. d lira sup plogū in psalterio: q dauid pōt cōpari ad pphas noui te stamēti cuiusmōi fuerūt apostoli. Et sic dauid nō excessit alios: qr apostoli fuerūt d secretis di uinis magis illumiati: et i maiori plenitudie re ceperūt grām spūs sci. Et qd apostoli spm acce pint pphetādi pz Ac. 2. c. 5. c. 6. c. xi. c. 13. c. 17 c. Si āt cōpet dauid ad pphas veteris testi sic dicit Tho. 2a 2e. q. 174. q nō fuit dauid excellētior alijs pphis: sz Moyses. Et hoc pp tria.
Primo propter clariorem cognitionem.
Scdo pter cōiorem denunciationem.
Tertio propter miraculorum rutilationem.

Primo pp clariorē cognitōem. Nā excellētior grad⁹ pphetie ē vbi ē cognitio clarior. Sz Moysi cōcessū fuit videre eēntiā dei fz Aug. ad paulā de vidēdo deū: qd nō fuit cōcessū dauid et alijs pphis. Ergo habuit clariorē cognitōem: et sic fuit ceteris excellētior. Scdo Moyses fuit excellētior fm Tho. pp cōiorē denūciatōem: qr Moyses pphetiā suā denūciauit toti populo iudeoz nō sic dauid et alij pphe. Tertio Moyses fuit excellētior pp miraculoz rutilatōem: qr maiora signa fecit Moyses i egypto in mari rubro: i deserto: qz dauid et alij pphe. sz Nico. d lira dicit q fm glo. in pncipio psalterij dauid dr ppha p excellētiā. Et pria ratio de Moyse nō cōcludit: qr claritas cognitōis actū pphetādi excludēs nō pōt cōstituere excellētiorē gradū pphie: qr idē cōstitueret et excluderet vt pz. Visio āt diuine eēntie excludit actū pphetādi sicut et actū fidei: qr vtriqz ē necessario act⁹ enigmatic⁹. Et iō visio diuie eēntie nō pōt cōstituere excellētiorē gradū pphetie: lz faciat clariorē cognitōem seu aliqd clari⁹ cognoscere. verū ergo ē q claritas cognitiōis maior cōstituit maiorē gradū pphetie: dū tñ talis claritas limites cognitōis pphetice nō trāscēdat. Jsup si rō pfacta staret: seqret q Moyses fuit excellētior aplis pter paulū: qb⁹ nō fuit cōcessū videre essētiā dei i pñti vita. Scda isuper rō deficit eo q denūciatio pphie ē aliqd seqns pphetică cognitōem: et iō nō vr variare gradū pphie ex h q pluribus vel paucioribus nūciat. Tertia adhuc rō debilis ē: qr cōfirmatio signa et miracula seqt pphetiā: et nō ē d eēntia ei⁹. Vñ Joānes baptista signū nullū fecit: vt habet Jo. x. c. et tñ cōcedit maior Moyse. Ex quo dicit Nico. de lira q lz Moyses habuerit eūdē gradū pphie quē habuit Dauid. s. absqz qbuscūqz signis sensibilib⁹ aut figuris: tñ nō habuit totiēs: nec ita cōiter tales illustratōes sicut Dauid. Insup dicit Tho. vbi supra i corpore. q. in fine. q Dauid clari⁹ et pleni⁹ expssit mysteria xpi qz Moyses Lex aūt vet⁹ et pphe ordinabāt ad xpm sic ad finē. Unde Rabbi Moyses in li. directionū perplexoz inqt. Oēs pphe nō sūt locuti: nisi ad dies messie. Cum ergo finis nobilior sit hijs q sūt ad finē pphetia Dauid vr sortiri quādā excellētiā ex h q xpi mysteria sic expssit. Probabiliter itaqz pōt dici q Dauid fuit excellentior ppha Moyse: qūuis Moyses excellētior fuerit i alijs: q pphiam trāscēdūt: vel eā cōsequūt Que aūt ipe pdixit pphetico spū irradiat⁹ legūtur in psalmis suis: i qb⁹ suaui melodia de xpo multa cātauit. ob qd Hiero. ad Paulinū iqt. Dauid Simonides noster pidarus et Alceus Flacc⁹ quoqz Catull⁹: et Serenus xpm lira psonat: et i decacordo psalterio ab iferis excitat resurgentē. hoc ille. Ex cronica Ricobaldi sumpta sūt q sequūtur p declaratōe verboz Hiero. Simonides poeta fuit tpe Tulli Hostilij

5. Regis romanorum anno ab vrbe cōdita. 72. Pidarus poeta āno ab vrbe cōdita. 252. p⁹ expulsum Tarqnū vltimū regē Alce⁹ poeta tpe Tarqni pisci qnti regis romāorum. Oraci⁹ flaccus Venusij orit āno ab vrbe cōdita sexcētesimo nonagesimosexto. Catullus poeta veronēsis: āno ab vrbe cōdita sexcentesimo trigesimo qnto. Seren⁹ qdā ali⁹ poeta cui⁹ tpa nō inveni. Sūt p̄noiati poete apud Quintilianū li. 1. de iudicijs multi laude cōprobati. Quib⁹ p melodia τ suauitate cōtētus Hiero. Dauid voluit cōpare. Notandū tñ q ipse Hiero. gl'iosus: vt dicit Nico. d' lira. ter trāstulit psalteriū. Prio scđm. 70. interp̄tes qđ dicit psalteriū romanorū eo q eccl'ia btī Petri illo vtit. Scđo fecit aliā trāslatōem nō multū distātē a prima: τ tamē approp̄inquātē hebraico: τ vocat psalteriū Gallicanū: eo q damasus papa ad rogatū Hiero. illud fecit cantari in ecclesijs gallicanis. Et hoc vtūtur frēs minores. Tertio ad p̄ces Sophēnij: q frequēter disputabat cū iudeis: q solū recipiūt illd' qđ ē in hebreo fecit trāslatōem immediate acceptā ab Hebreo. Propter qđ vocat psalteriū Hieronymi iuxta hebraicā veritatē.

Quod christus dicitur filius Dauid.

S Ecūda excellentia Dauid dicit filialis noiatio. Nā dñs noster iesus xp̄s de⁹ ver⁹ dei fili⁹ p nobis oib⁹ incarnatus: nat⁹ de Vgine ver⁹ hō noiat p excellentiā filius Dauid. Vñ euāgelista matthe⁹. 1. c. dicit. Liber generatōis iesu xp̄i filij Dauid. Scđm Nico. d' lira. mod⁹ hebreorū ē denoiare libros ab eo de quo tractat in principio: sicut dicitur liber genesis: q2 in pricipio tractat de creatōe mūdi Silr Mattheus q2 icipit euangeliū a genealogia xp̄i ab ipa denoiat τ intulat ipm. Nō aūt q2 re icepit a genealogia xp̄i fuit: q2 iudei negabāt iesū nazarenū eē verū xp̄m: τ descēdisse a Dauid: q2 gall'e⁹ erat: sz q dicit Joānis. 7. Nū qd a galilea venit xp̄s. quasi dicerēt nō. Sz iudei sic loq̄ntes non itelligebāt scripturas. Dicit ergo a Mattheo fili⁹ dauid: τ p̄ponitur dauid ipsi abrahā: lz sit posterior scđm tp̄s: propter eminētiā regie dignitatis: τ vt conuenien⁹ gnāon s ordo tradatur. Angelus ēt q Vgini cōceptū filij dei annūciauit: vt habetur Luc. 1. c. dixit. Dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius. Et Chananea clamauit: vt pz Matthei. 15. Jesu fili dauid miserere mei. Et psallētes in vrbe: vt notat Matthei. 21. cantabant. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in noie dñi. Et Math. 22. interrogauit iesus phariseos. Quid vobis videt de xp̄o Cuius filius ē. Et dixerūt dauid. Et Luc. 18. cec⁹ clamabat. fili dauid miserere mei. Et ap'ls ad Ro. 1. f act⁹ ex semine dauid scđm carnē. Licet ergo vt hiero. dicit in cōmēto super danielē: secūdū scripture sancte cōsuetudinē, pauī oēs τ maiores patres vocētur: tamē singulari modo xp̄s dauid filius nuncupatur.

Quod dauid superauit philisteum Goliam

T Ertia excellentia dauid dicitur victoriosa supatio. Supauit nāq3 Goliā philisteū gigantem cū eēt adolescēs: τ fratribus suis minor etate armatus fiducia dñi: vt pz. 1. Reg. 17. c. Neq3 presumptuosus fuit aut temerari⁹ vel culpabilis: q2 certamen illd' iniit ex reuelatōe dei: vt dicit Nico. de lira. τ Hiero. ad Aug. Vnde Sauli diffidenti τ timenti ne succumberet dauid respōdit. Dñs qui eruit me de ore leonis τ de manu vrsi: ipse liberabit me de manu philistei hui⁹. Quare deo sibi fauēte gigantē illū interfecit: τ pplm ab opprobrio liberauit. Quo exēplo deterreri debēt hi qui se penumero i virib⁹ suis cōfidūt qui recordari debēt illius carminis qđ Ouidius li. de remedio amoris cecinit. Parua necat morsu spaciosū vipa taurum. A cane nō magno sepe tenet aper

Qđ ppter māsuetudinē dauid placuit deo.

Q Uarta excellētia dauid dicitur mansueta cōditio: de qua in psal. Memēto domine Dauid: τ ois mansuetudinis ei⁹ Vocat. n. dauid iustus pius τ sanctus. 7. q. 1. c. Ois. 22. q. 4. c. q dauid. Ista nāq3 mansuetudo benignissimo deo satis accepta ē. Hic iudith. 9. c. dicit. Humiliū τ māsuetorū tibi semper placuit dep̄catio. Et puer. 3. c. Māsuetis dabit dñs grām. Et Ecc. 1. c. Bñplacitū est illi fides τ mansuetudo. Et p̄s. 149. Exaltabit māsuetos in salutē. Et Math. 5. Btī mites. Girardus odonis sup. 4. ethi. f m mētē Ar. dicit q sex sūt cōditōes māsueti. Prima q est i pturbatus. Et hoc exigit nā māsuetudinis. Secūda q passione nō ducit. Tertia q rōni τ et⁹ ordinationi subijcitur q̄tū ad oēs circūstātias fm quas opportunū ē irasci τ nō irasci. Quarta q ad defectū ire magis q̄ ad excessū declinare videt. Quita q nō ē punitiu⁹ nec vindicatiuus. Sexta q ē iniurie τ offense remissiuus. Sic fuit māsuetus dauid quē psecut⁹ ē Saul. Jpe tñ cū potuit noluit eū offendere. nā vt. d' 1. Reg. 18. c. ex eo q mulieres in tympanis cantabāt

cātabāt. Saul ꝑcussit mille ⁊ dauid decē milia iratus Saul dixit. Quid ei supest nisi soluz regnū. ex tūc nō rectis oculis aspiciebat eū: ⁊ lancea tēptauit eū cōfigere cū piete: deinde fecit eū tribunū sup mille viros: vt sic pugnādo veniret in man⁹ philistinoꝝ. Et vt notaꝰ. I. Reg. 17. c. Reqsiuit Jonathan ⁊ seruos suos: vt occiderēt dauid. Jonathas aūt qꝛ diligebat eum valde: monuit eū vt se abscōderet: ⁊ seqnti die Jonathas placuit saul patrē. d. Ne pecces rex in seruū tuū dauid: qꝛ nō peccauit tibi ⁊ opa ei⁹ bona tibi sūt valde: ⁊ posuit aiam suā in manu tua: ⁊ occidit Philisteū: ⁊ fecit deus salutē magnā in isrl. Vidisti ⁊ letatus es. Quare ergo peccas in sāguie inocēo vt iterficias dauid: q ē absqꝫ culpa. Rñdit Saul. Viuit dñs nō occideꝰ: ⁊ sic Jonathas vocauit dauid: ⁊ venit securus corā Saul. Motū ē rursū bellū: ⁊ dauid ꝑcussit philisteos plaga magna: reuersusqꝫ corā Saule iteꝝ tēptauit eū lācea ifigere i parietem dauid vo fugit ⁊ euasit. Saul misit satellites nocte ad domū suā: vt custodirēt eū: ⁊ mane iterficereꝰ. Quē vxoꝛ eius Michol filia saul ꝺ posuit ꝑ fenestrā. Et tñ post tot validissimas ꝑsecutōes dauid potuit iterficere saulē in spelūca vt habeꝰ. I. Reg. 22. c. Et iteꝝ. 24. c. potuit eū iterficere cū iuēit eū dormiētē i tentorio: ⁊ oēs suos: dixitqꝫ Abisai ad dauid. Cōclusit de⁹ hodie inimicū tuū ad manus tuas: nūc ergo ꝑfodiā eū lācea. Rñdit dauid ne interficias eū: qs enī extēdet manū suā i xp̄m dñi: ⁊ inocēs erit. Abstulitqꝫ dauid hastā q̄ erat ad caput eius ⁊ cyphū aq̄. Tādē cuz nūciata eēt ei mors saulis ⁊ ionathe: vt scribiꝰ. 2. reg. I. c. amare fleuit dicēs. Saul ⁊ ionathas amabiles ⁊ decori i vita sua: i morte quoqꝫ nō sūt diuisi: aqlis velociores: leonib⁹ fortiores filij israel sup saul flete: q vestiebat vos coccino in delicijs: q ꝑpabat ornamēta aurea cultui vestro. s. de ꝑda hostium ſm Nico. de lira.

De regia dignitate dauid.

q Quinta dauid excellētia dr̄ regaꝰ exaltatio. Exaltat⁹ nāqꝫ fuit ad regiā dignitatē ſm bñplacitū dei: post mortē saul: vt patꝫ. 2. reg. 5. c. Jō ps. 88. dicit deus. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū. Et ppea i genealogia xp̄i Mathe⁹ solū Dauid nominat regē: cū dicit. Jesse āt genuit Dauid regē: lꝫ ante eū ⁊ post fuerit alij reges: qꝛ vt tactū ē: fuit primus electus in regeꝫ ſm beneplacitū dei, ꝓpter scitatē suā. 7. q. .c. si qs.

De pctīs in qbus Dauid defecit ⁊ offendit deum. Capitulum .2.

I Imminet mortalib⁹ cūctis de cōi lege ꝑiculū satis graue: qꝛ nullus q̄ntūcunqꝫ sanct⁹ ⁊ iust⁹ pōt eē ꝺ lapsu securus. Ecce i exemplū ē dauid scūs: q post multiplicēꝫ grām a deo sibi datā: in pctā plurima ruit. De quib⁹ nos dicturi illa reducemus ad quinqꝫ.

Primum fuit peccatum adulterij.

Scd̄m homicidij.

Tertium negligentie.

Quartum iniusticie.

Quintum vane glorie.

De adulterio quod cōmisit dauid.

p Primū pctm̄ i q̄ dauid defecit fuit adulteriū: ꝺ quo fit mētio. 2. reg. x. ⁊ .xi. c. In qd̄ lapsus ē ꝓpter duo ſm Nic. ꝺ lira. Prio qꝛ remāsit ociosus i hierlm. Vt. n. ait sap̄. puer. 28. c. Qui sectaꝰ ociuꝫ replebitur egestate. Et Hiero. ad demetriadē vginē iqt Nihil i scō ꝓposito ocio deteri⁹ ē. ⁊ Bern. ad frēs de mōte dei. Omium tēptationuꝫ ⁊ cogitationuꝫ malaꝝ ⁊ inutiliuꝫ sentina ē ociuꝫ. Et quintilianus. Ad oē votum fluente fortuna lasciuit ociuꝫ. ⁊ Seneca ad Luciluꝫ. Ociuꝫ mors est: ⁊ viui hois sepultura. Et ouidius de remedio amoris. ocia si tollas piere cupidinis artes. Et eccl. 32. c. Multā iqt sapiēs maliciā docuit ociositas. Propterea Hiero. ad Rusticuꝫ monachuꝫ dicit id qd̄ notaꝰ ꝺ cōse. di. 5. c. nunqꝫ. sp aliqd opis facito: vt diabol⁹ te inēiat occupatuꝫ. Hic ꝑ Ezech. 16. c. deus dicit. Hec fuit iniqtas sororis tue sodome: saturitas pānis: ⁊ abundātia: ⁊ ociū ipi⁹: ⁊ filiaꝝ ei⁹. Scd̄o lapsus ē i adulteriuꝫ dauid qꝛ vidit Bersabee se lauātē. Periculosuꝫ certe i ocuꝰ libertatē aspiciēdi cōcedere. Vñ ꝓpha psalmo. 122. dic̄. Auerte oculos meos ne videāt vānitatē. Et seneca i li. ꝺ remedijs fortuitoꝝ ait. oculi. n. sunt irritamenta vitioꝝ ducesqꝫ sceleꝝ. Et. 5. li. cāꝝ. cā prima. oculi iqt nostri sunt tota luxuria nr̄a. Hi nos i oia quottidie vitia ꝑcipitāt. Jō Hiero. ad nepotianuꝫ sic scribit. Matrē ita vide: ne ꝑ illam alias videre cogaris quaꝝ vultus cordi tuo hereat: ⁊ tacituꝫ viuat sub pectore vulnus. Cum ergo dauid captus eēt pulchritudie nudate bersabee: misit suos: ⁊ fecit illā ad se venire: ⁊ cōpleuit adulteriuꝫ. Staticꝫ scificata ē ab immundicia sua. s. a fluxu mēstruoꝝ qꝛ. s. purgata fuit a mēstruis futuris vsqꝫ ad ꝑtum: ſm Nico. ꝺ lira: qꝛ in illo coitu cōcepit vt pꝫ in textu.

De homicidio qđ fieri fecit David.

s Ecūdū pctm̄ in quo David defecit fuit homicidiū. Post vtriqȝ expletā suā libidinē pcurauit pditorie interfici Vriam virꝫ Bersabee. Pro quo misit ꝛ tēptauit eū mittere i domū vxoris: hortās vt lauaretur: mittēsqȝ regiū cibū: vt sic p balneū ꝛ cibuȝ delicatū puocaret ad coitū. Dicit Nico. de lira. ꝙ sic faciebat David: vt vrias cognosceret vxorē suā: ꝛ crederet puer nascituꝰ eē suꝰ: ꝛ pctm̄ eiꝰ occultaref. Qđ cuȝ renuisset facere Vrias: dixit David ad Joab. Ponite Vriā ex aduerso belli: vbi fortissimuȝ ē ꝑliuȝ ꝛ relinqte eū: vt s. sic occidaf. Qđ ꝛ factū fuit vt pȝ. 2. Regū. xi. c. Qđ cuȝ audisset vxor fleuit euȝ Ni. de li. ficticie ingt: qꝛ ꝛ ipsa mortem eiꝰ desiderabat: vt sic vxor regis fieret. statimqȝ Nathan pphēta: vt habef. 2. Regū. 12. c. venit ad david. Qui reprehendit euȝ dure de pctō ꝯmisso addēs. Nō recedet gladiꝰ de domo tua vsqȝ i sempiternuȝ. Qđ verificatuȝ ē ſm̄ Ni. de lira: qꝛ frater occidit fratrē. s. Absalon Amō. 2. Reg. 13. ꝛ salomon adoniā. 3. Reg. 2. c. ꝛ filiꝰ insurrexit ꝯ patrē. s. Absalon. 2. Reg. 15. c. Tunc david humiliatus ꝛ penitētia ductus dixit. Peccaui. et Nathan rn̄dit. Et dn̄s abstulit a te pctm̄. Vbi apparet quāta sit vis penitētie qn̄ post homicidiuȝ ꝛ adulteriuȝ spiritum pphetie recepit: ꝛ in primo gradu ꝑmansit: vt habef. 48. di. c. hinc etenim. ꝛ. 50. di. c. cuȝ exaudiero. c. sacerdos. c. vt constitueref. ꝛ. i. q. 7. c. si. ꝛ. 2. q. 7. c. nos. ꝛ 3. q. 7. c. sacerdos. de pe. dis. i. c. Et venit. ꝛ de pe. di. 3. c. Totā. c. david. c. ille rex.

De negligēna david qua nō correxit. Amō

t Ertiū peccatuȝ in qđ lapsus fuit david fuit negligētia. Nō. n. correxit Amō: q stuprauerat sororē suā Thamar. Nā vt scribif. 2. Reg. 13. c. noluit cōtristare spiritū Amon filij sui: quoniā diligebat eū: qꝛ primogenitus erat ei. O quot sunt patres q immoderato amore filios diligētes: negligunt illoꝝ vitijs ꝛ passionibꝰ obuiare. Ob qđ ꝛ filios quādoqȝ imo multotiens vident male finire. Ecce qd Amon euenit. Certe in cōuiuio occisus est a pueris Asalonis fratris sui ipso iubente.

De iniusticia david.

q Vartuȝ peccatum david fuit iniusticia circa Mifiboseth. de quo fit mētio. 2. Regum. 16. c. ꝛ. 19. c. dicit Nico. de lira ꝙ adulatores ꝛ detractores sunt periculosi pricipibꝰ: qꝛ david tā iustus ꝛ sanctus verbis serui adulatoris ꝛ detractoꝛis fuit ita captꝰ ꝛ inuolutus: ꝙ hereditatē Mifiboseth domini sui ei cōcessit in absentia Mifiboseth: ꝛ nō audito: qđ est peius. Et postqȝ audiuit Mifiboseth se excusantē ꝛ vera dicētē: nō retractauit dictū suū iniustuȝ totaliter: sed seruū eiꝰ pessimuȝ. i. sibā fecit equalē dn̄o. d. Tu ꝛ siba diuidite possessiones. Quē tamē debuit suspendisse ꝑpter falsam accusationē dn̄i sui de crimine lese maiestatis. Erat Mofiboseth filius saul. Et recedēte david de Hierusalē cuȝ exercitu Mifiboseth remāsit: qꝛ erat claudus: ꝛ siba fuus eiꝰ venit ad david: ꝛ dixit: falso tamē. Mifiboseth remāsit in Hierusalē. d. hodie restituet mihi dominus regnū pr̄is mei saul vt notaf. 2. Reg. 16. c.

De vana gloria david.

g Vintuȝ peccatuȝ david fuit vana gloria fecit nāqȝ supbe numerari populum ꝛ inde gloriabaf sicut ponif. i. Parali. 21. c. et. 2. Reg. vlti. c. Ad quā numerationē fiendā cooperatus est sathan.

De plaga pestilētie q̄ deꝰ puniuit populū . c. 3.

q Vamuis inscrutabilia sint nobis iudicia dei: verūtamē ab eo iuste fieri omnia merito cōfiteri debemus. Neqȝ curiose est inquirēdū cur quādoqȝ peccata q̄ nobis parua videnf ꝛ minima puniat: ꝛ q̄ maxima reputāf: ad tempus linquat impunita. Cūcta recte moderaf ꝛ ordinat sapientia sua. Jccirco in hoc mysterio de pestilentia q̄ deꝰ populuȝ ꝑcussit: eo ꝙ illuȝ superbe david numerauit dicemus. De qua qnqȝ dubia sunt declaranda. Primū vtruȝ pestilēna sit flagelluȝ dei p pctis Secundū quare david potius elegit pestilētiaȝ q̄ȝ famē ꝛ gladium.
Tertiū vtꝝ p pctō david debuit ppls eiꝰ puniri
Quartum qd intelligif p tempus constitutum.
Quintum: quomodo adimpletuȝ fuit dictū prophete de pestilentia trium dierum.

Quod ꝑpter peccata veniunt pestilentie.

a D primū dubiū rn̄demꝰ ſm̄ vitatē infallibilē scripture scē: ꝙ deus excelsus pp pctā pestilētias mittit. Nā Leui. 26. c. cōminaf deus trāsgressoribus suoꝝ pceptoruȝ d. Mittā pestilētiā in medio vr̄i. Et Numeri 14. ꝯquerebaf de pplo iudaico. d. Quousqȝ nō credēt mihi. Et īfra. Feriā ḡ eos pestilētia. Et Ezech. 7. c. Ira mea sup pplꝫ. Gladiꝰ foris: pestis ꝛ fames intrinsecꝰ. Et Ezech. 28. hec dic dn̄s deꝰ. ecce ego ad te sydō: glorificabor i medio tui sciēt qꝛ ego dn̄s: cū fecero mea iudicia ꝛ sctificatꝰ

fuero

fuero in ea: et inmittā ei pestilētiā: et sanguinē in plateis ei⁹. Quare iudicio dei attribuēdū eē arbitror qcqd in cronicis de pestilētijs asserit: de ipsis.n. meminit Hiero. Orosius et Eutropius ac reliq rex gestax scriptores. Nā āno ab vrbe cōdita .384. ingēs pestilētia romā affecit biēnio. Suaserunt pontifices tēpli: vt ludi scenici dijs expetētib⁹ ederent. Eo tpe terra i medio vrbis dissiluit. dixerūt aurispices eā voraginē posse tolli viui hois nece spōtanea isiliētis i eā. In quē Marcus curti⁹ eques insiluit p liberatōe patrie: sicqz vorago pclusa ē: vt refert Orosi⁹ li.3. et Aug. li.5. de ci. dei. c.18. anno ab vrbe cōdita.481. ingens pestilentia vrbez afflictauit et libri Sibillini cōsulti rūderunt eā pestē ira dei illatā. Recitat Orosius li.5. ꝙ anno ab vrbe pdita sexcētisimosexto: tāta rome exorta ē pestilētia: vt ministri quoqz faciēdoꝝ funex primā nō sufficerēt: deinde nō eēnt. Iā qz etiā magne dom⁹ vacue viuis plene mortuis remāsere: largissime itroꝛsuz hereditates: et nulli penit⁹ heredes. Aliud stupēdū Orosius narrat: ꝙ post locustas inumerabiles q̄ in mari a vento rapte suffocate sunt tāta corruptio aeris est subsecuta: et tā grauis pestilētia vt i Numidia octigēta milia boīuz morerent. Et circa orā maritimā q̄ carthaginēsi atqz vticēsi litori adiacet: pl⁹ q̄z ducēta milia. Que clades tā repētina fuit apud vticā: vt sub vna die p vnā portā plus q̄z mille qngētos mortuos d'latos fuisse narret. Tpe Antonini imperatoris q xpianos psecut⁹ ē tāta lues ē secuta vt agricultorib⁹ carerēt. Tpe. Pelagij pape romā pestis pcussit i q̄ et pelagi⁹ mortu⁹ ē. Cui successit Greg. magn⁹: q vir mire sanctitatis letanias ad deū ordinauit agi. Et cū ppl's dei clemētiā iplorasset: vna diex vidit pontifex ille scūs angelū supra castrū q cruētatū ensez i vaginā reponebat significās pestē dei iudicio imissaz iā cessare. Nō h tñ scōz Orosiū li.5. et Eutropiū ꝙ Adrian⁹ ipator q duodecimus ab augusto ipauit castrū illud obstruerat: cū ponte mirabili: et castꝝ adriani dictū fuit vsqz ad temp⁹ beati Gregorij: exinde sancti angeli ppter visionē prelibatā.

Quare dauid elegit pestilentiam.

s Ecūdū dubiū ppositū fuit q̄re Dauid elegit poti⁹ pestilētiā q̄z famē et gladiū. Nā Gad pphēta dixit ei ex parte dei. aut.7. ānis veniet tibi fames i terra tua: aut tribus mēsib⁹ fugies aduersarios tuos: et illi te psequent: aut certe trib⁹ dieb⁹ erit pestilētia i terra tua. Et rūdit Dauid Coartor nimis vndiqz Et elegit pestilētiā. dicit Ni. de li. ꝙ spabat de misericordia dei. Vñ i textu subdit. Meli⁹ ē vt incidā i man⁹ dñi. Multe.n. misericordie eius sunt q̄z i man⁹ hois. Scdo si elegisset famē.7. annox ipse et alij diuites, puidissent sibi de victu: et paupes fuissent nimis afflicti. Itē si elegisset fugā corā aduersarijs: ipse et alij potētes fuissent ptecti auxilio pugnatox: et refugio fortelicioꝝ: et ceteri fuissent occisi. Ideo elegit penaz omnibus equalē: qz pestilentia a deo imissa equaliter poterat cadere sup omnes.

Quare pro peccato Dauid punitus ē ppl's.

t Ertiū dubiū. Vtrū p peccato dauid debuit popul⁹ ei⁹ puniri. Et qdā dicūt ꝙ popul⁹ fuit inocēs: nā cū vidisset dauid angelū cedētē popolū: dixit ad dñm. Ego suz q peccaui: ego iniq̄ egi. Isti q oues sunt qd fecerunt. Vertat obsecro man⁹ tua ꝯ me: et ꝯ domū pr̄is mei: ergo nō vr ꝙ ppl's debuit puniri qa vt dicit glo. ex de his q̄ fiut a maiore pte capi. c. q̄ fuit. Pctā suos tenere debēt auctores. Itez C. de penis. l. sancim⁹. C. ne vxor p marito. l. ob maritox. xi. q.3. c. Illud de sen. ex. c. a Romana vlti.56. di. c. satis. i. q.4. c. placuit. c. nullus et. c. iudei. Sz ad h posset rūderi fm Bo. in.2. di.33. ꝙ lz pena eterna vn⁹ nō puniat p pctō alteri⁹: tñ pena tpali sic. Quare nō ē incōueniēs scdz rigorē diuine iustitie: vt ppl's a dauid supbe numerat⁹ pestilētia minueret. Nico. de li. dicit ꝙ i li. de hebraicis q̄stionib⁹ habet ꝙ popul⁹ peccauit: eo ꝙ dauid nō restitit vt debuit i facto Vrie. sz h nō videt verx: qz pctū dauid vsqz ad pplemētū fuit secretū. Vñ Nathan dixit sibi.2. Reg.12. c. Tu fecisti abscōdite: dicit ergo Ni. de li. ꝙ pctm populi fuit rebellio ei⁹ ꝯ dauid sequēdo Sibā filiū Bochri qui erat hō seditiosus et pessim⁹: vt ponit.2. Reg. 20. c. Ego vo teneo ꝙ lz pncipaliter de⁹ punierit populū ppter peccatū dauid: tñ credibile est ꝙ in populo sic punito essent aliqua scelera deo exosa. Nā sicut et nūc plures tūc erāt mali q̄z boni.

Quid intelligit p tp̄s cōstitutum.

q Uartū dubiū. Quid itelligit p tp̄s cōstitutū. Nā i textu dicit. Immisit de⁹ pestilētiā de mane vsqz ad tp̄s pstitutū Et dicūt aliq. Vsqz ad tertiū diē iclusiue: qz sic erat pena determinata. Sz h nō vr verx: qz tex. dicit infra. Venit aūt Gad ad Dauid i die illa Et vr loq scriptura de prima die pestilētie. Ad h.n. venit Gad: vt dauid offerret holocaustū:

⁊ cessaret plaga ichoata. Ideo melius dicit̄ qđ tempus cōstitutū intelligit̄ hora sacrificij vespti ni. Illud.n. statutū fuit in lege Exo.29.ita q̄ a mane primi diei vsq; ad horā vespertinā mortui sunt de populo.70.milia virorum.

Quomodo verificat̄ dictū prophete de pestilentia triū dierum.

q Uintū dubiū. Quomō verificatū fuit dictū ꝓphete de pestilentia triū dierū. Et dicit Nico. de lira q̄ duo dies vltimi fuerūt dicti ꝓpter cōminationē tātū: sicut etiā dixit Jonas de.40.dieb᷒. Primus vo dies fuit p modū sentētie diffinitiue. Quare pestilētia fuit tm̄ illa die. Ideo subdit̄ in textu. Cūq; extendisset manū suā angelus dn̄i sup hierusalē: vt disperderet eā: misertus est dn̄s sup afflictionē: ⁊ ait angelo percutienti populū. Sufficit nūc cōtine manū tuā. Tali pestilentia percussus fuit populus ille. Nos vo dieb᷒ istis magnas clades fieri vidim᷒: ⁊ pestilentijs pene italiā deuastatā. Poscentib᷒ quidē peccatis populorū frequentius pestilentie irrumpūt. Ideo timendus est de᷒: q2 ipse viuificat ⁊ mortificat qui est benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

Sermo.15.de iudicio dei cōtra Sennacherib nomē domini blasphemantem.

s anctum et ineffabile nomē dei sic vilue in ore christianoꝝ vt illud blasphemari ⁊ maledici ducat̄ q̄si ꝓ nihilo. Aperiūt nāq; multi fetidum os in blasphemias impias creatoris sui ⁊ irreuerenter sacrilegis buccis lacerāt altissimā maiestatē regis regū: ⁊ dn̄i angeloꝝ ⁊ hoium. Pro qb᷒ in hoc s̄mone bene esse arbitrat᷒ sum iudiciū dei depromere cōtra Sēnacherib blasphemantē. In illo siquidem speculabimur: q̄ graue sit peccatū blaphemie ⁊ maledictio dei. De quo tria mysteria ꝓponimus cōtemplāda.

Primū dicitur superbie ⁊ violentie.

Secundū maledictionis ⁊ blasphemie.

Tertiū punitionis ⁊ vindicte.

De supbia ⁊ fraude Sēnacherib regis. Capitulum. primū.

i Nsatiabilis est anim᷒ ambitiosoꝝ qb᷒ nec ipse mūdus totus sufficere potest. Patet hoc in Sēnacherib de quo.4. Reg.18.dicit̄ q̄ anno.14.regis Ezechie ascendit Sēnacherib rex assyrioꝝ ad vniuersas ciuitates Juda munitas: ⁊ cēpit eas. Tunc misit Ezechias nuncios ad regē assyrioꝝ. Nico. de lira dicit q̄ ezechias sciēs populū sibi subiectū: ⁊ Achaz patrē suū deū multipliciter offendisse: merito timuit ne in vindictā dictoꝝ maloꝝ permitteret rex assyrioꝝ venire ad destructionem ciuitatis hierusalē vbi vigebat diuin᷒ cultus de quo ipse erat zelantissim᷒. Quare nūcios misit d. Peccaui: reputans petm̄ prīs suū: recede a me: ⁊ omne qđ imposueris mihi ferā: prudenter in hoc egit: q2 vt dicit Aug.li.16.de ciui.dei.c.2. In omnib᷒ fere gētib᷒ quodāmō vox nāe ista ꝑsonuit: vt subiugari victorib᷒ mallent: qb᷒ cōtingit vinci q̄ bellica omnifaria vastatōe deleri. Indixit itaq; rex assyrioꝝ Ezechie tercēta talēta argēti ⁊ triginta auri: deditq; Ezechias omne argētū qđ repertū fuerat i domo dn̄i: ⁊ i thesauris regis. Et cū nō sufficeret: ꝯfregit valuas tēpli dei: ⁊ laminas aureas quas ipse affixerat ad decorē: ⁊ dedit eas regi assyrioꝝ. dicit Ni. de li. Ex hoc accipit̄ argumētū q̄ principes in necessitate ꝓ cōseruatōe reipublice possunt accipere de thesauris ecclesie. Nā vt dicit̄.12.q.2. c.aurū. Aurū h3 ecclesia: nō vt seruet: s3 vt eroget. Secūdū vo magistrū in histo. accepta pecunia rex assyrioꝝ sub pacto in pace dimittēdi regnū Ezechie infideliter agēs: pactū nō seruauit s3 misit exercitū ⁊ nuncios in hierusalē ad terrēdū Ezechiā: vt territus redderet ciuitatē: ⁊ populus trāsferret̄ in assyrios: ⁊ cultus dn̄i de hierusalē auferret. Qđ nullo mō Ezechias fecit: s3 restitit: ⁊ cōuocans populū exhortatus fuit ad defendendū templū sanctū ⁊ gentē. Quia vo in h̄ capitulo de regno assyrioꝝ fit mētio: ideo de illo cōsideremus tria.

Primo originem.

Secūdo dilatationem.

Tertio terminationem.

De regno ⁊ monarchia assyrioꝝ: ⁊ primo de ortu eius.

p Rimo ꝯsiderem᷒ regni assyrioꝝ originē. Dicit magi. i histo. sup Geñ. post caplm de morte Abrahe. Exortū ē regnū assyrioꝝ.25.anno Saruch ꝓaui Abrahe sub Belo. Qđ qdē intelligēdū ē q̄tū ad regni initiū. Nā Belus prim᷒ intrauit assyriā: ⁊ paruū obtinuit i ea. S3 eo mortuo: fili᷒ ei᷒ Ninus vt refert Justin᷒ ⁊ Orosi᷒ totā assyriā occupauit: ⁊ i regione assyrioꝝ edificauit ciuitatē quā Niniue nominauit: āno regni sui.49. Quinq̄ginta aūt ānis bella finitimis intulit. Qui dux deficientem

deficiete a se oppugnat vrbe: sagitte ictu iterijt. Et vt dicit Orosi⁹ lib. i. regnū assyrioꝝ vsqꝫ ad Sardanapalū ānis mille cētū sexaginta actū ē. Py. li. 14. ethimol. Assyria inqt vocata est ab Assur filio Sem q eā regionē post diluuiū primus incoluit. Hec ab ortu Indiam: a meridie Mediā tāgit ab occiduo tigrim: a septētrione montē caucasum: vbi porte caspie sunt.

De magnificentia regni assyrioꝝ.

s Ecūdo ꝯsiderem⁹ illi⁹ regni dilatatōeꝫ Fuit. n. regnū illud āplissimū. De quo Aug. li. 18. de ci. dei. c. 2. ait. Duo regna cernim⁹ lōge ceteris puenisse clarioꝛa: assyrioꝝ pmū: deinde romanoꝝ: vt tēpoꝛib⁹ ita locis iter se oꝛdinata atqꝫ distincta. Nā quomō illud prius: h posteri⁹: eo mō illud in oriēte: h in occidēte surrexit. Et isra subdit Aug. Quātuꝫ attinet ad pmū ipīū nullū mai⁹ pmis tpibus q̄ꝫ assyrioꝝ fuit: nec tā lōge lateqꝫ diffusuꝫ. Quippe vbi Nin⁹ rex Beli fili⁹ vniuersaꝫ asiā q̄ totius oꝛbis ad numeꝝ ptiū tertia dr: ad magnitudinē vo dimidia reperit: vsqꝫ ad libye fines subegisse tradit. Solis qppe indis i ptib⁹ orientis nō dn̄abat. Quos tn̄ eo defuncto Semiramis vroꝛ ei⁹ ē aggressa bellādo. Itaqꝫ sciū ē vt qcūqꝫ i illis terris ppl̄i seu reges erāt: assyrioꝝ regno ditiōiqꝫ parerēt: ⁊ qcqd ipareī efficerēt.

De fine ⁊ terminatione regni assyrioꝝ.

t Ertio ꝯsiderem⁹ regni assyrioꝝ terminatōeꝫ. Scd̄ꝫ. n. magi. i hist. scho. sup 4. li. Reg. c. de Ozia. Sub Ozia rege iuda terminata ē monarchia assyrioꝝ. Naꝫ sardanapalus vltim⁹ monarcha vict⁹ ab Arbate medo: semetipsuꝫ ꝯcremauit. De h igt Iustinus li. i. Sardanapal⁹ fuit vltim⁹ rex assyrioꝝ: omni muliere coꝛruptioꝛ: mollitie coꝛpis ⁊ lascivia oculoꝝ oēs feminas antecellēs. Sꝫ h dubitat. Si tpe. Ozie defecit monarchia assyrioꝝ: quō Sēnacherib erat rex assyrioꝝ. Naꝫ post. Oziā regnauit Ioathā: vt pꝫ. 4. Regū. 15. c. post Ioathā Achaz. ⁊ post Achaz Ezechias cui⁹ tpe Sēnacherib rex erat assyrioꝝ. Rn̄det magister in histo. sup. 4. li. Reg. Qd̄ post sardanapalū fuerūt reges assyrioꝝ sine monarchia potentes vsqꝫ ad subuersionē Niniue.

De blasphemia Sēnacherib. Cap. 2.

i N virib⁹ suis cōfidens Sennacherib: deū blasphemare ac maledicere ausu temerario ꝓsūpsit. qd̄ qdē fec trib⁹ vicib⁹ Prima p Rapsacen. Secūda p eundem. Tertia p suas lr̄as.

Prima vice blasphemauit deū p Rapsacē. Vt. n. dicit. 4. Reg. 18. c. irritū faciēs iusiurāduꝫ Sēnacherib: misit ad obsidēdū hierusaleꝫ Thartā ⁊ Rapsacen cū exercitu valido. Vocauerūt aūt regē ad colloquiū ⁊ noluit exire. Dic Nico. de li. qꝛ fuerat expert⁹ fraudē post solutionē pecunie ideo timebat de ꝑditōe. Nā vt ait Vegetius li. 2. de re militari: frequētius ꝯuētiones pacisqꝫ simulatio credulis magis nocuere q̄ꝫ arma. Misit ergo Ezechias Eliachiꝫ pōtificē ⁊ Sobnā scribā ⁊ Ioachiꝫ a cōmētarijs ⁊ loquebat ad eos hebraice: ⁊ dicebat. O Ezechia i quo ꝯfidis vt audeas rebellare. Si confidis in rege egyptio: initeris bacculo arūdineo. Si spē ponis i deo tuo: nūqd dij gētiū ⁊ israel liberauerūt eos de manu mea. Scd̄o blasphemauit deū p ꝑsatū Rapsacen. Nā cū loqueret audiēte pplo. Eliachiꝫ ⁊ socij rogabāt eū: vt loqueret eis syriace ⁊ nō iudaice audiente pplo q erat sup muꝝ ne. s. ppls terreret ex vbis Rapsacen: ⁊ qꝛ i vbis suis intermiscebat vba blasphemie scd̄m Ni. de lira. Ex h dicūt hebrei: q iste Rapsaces erat iudeus natōe: sꝫ derelicta lege cōuersus ē ad gētilitateꝫ. Magi. i hi. dic q erat samarites. Et qdā aiūt filiuꝫ fuisse Esaie q trāsierat ad assyrios ⁊ susceperat ritū gētiū. Iste ergo Rapsaces exclamauit etiā ad pplꝫ. Dicit rex magnus Assyrioꝝ. Facite mecū qd̄ vobis vtile ē: ne comedatis stercoꝛa vr̄a ⁊ bibatis vrinā vestrā. Egredimini ad me ⁊ vtimini bonis vr̄is: nolite audire Ezechiam q vos decipit. d. Dn̄s liberabit nos. Nūqd liberauerūt dij gētiuꝫ terrā suā de manu regis assyrioꝝ. Et multa alia referēdo: ponebat i deo falsitatē ⁊ deceptionē: ⁊ saluādi ipossibilitatē. Popul⁹ autē tacuit ⁊ nihil rn̄dit. 3⁹ blasphemauit Sēnacherib deū qn̄ lr̄as ꝯminatorias ⁊ terribiles misit ezechie. Vt. n. habet. 4. Reg. 16. c. Reuersus est Rapsaces ad regē assyrioꝝ expugnātē lobnā. Nā vt dic magr̄ i hi. Sēnacherib trāsierat ad egyptū expugnāduꝫ vt triūphās rediret ⁊ euerteret hierusalē. Interiꝫ g̃ misit lr̄as Ezechie i qb⁹ iter cetera dicebat. Nō te seducat de⁹ tuus i q̄ habes fiduciā. Et plura alia scripsit i ꝯtumeliā dei: ⁊ vt puto sui oēs similia loquebant spnētes ⁊ deridētes magnuꝫ deuꝫ ⁊ immoꝛtalē.

De tremēda plaga Sēnacherib ⁊ exercit⁹ ei⁹ ca. 3.

n Oluit de⁹ ferre blasphemias ⁊ ꝯtumelias irrogatas nomini suo. sꝫ in Sēnacherib suosqꝫ effudit irā idignatōis sue. ad qd̄ iuestigādū tria i ista pte ꝯsidēm⁹

Primo Ezechie zelū ⁊ orationē.
Secūdo exercitus occisionem.
Tertio Sēnacherib peremptionē.

De zelo ⁊ oratione Ezechie.

Primo cōsiderem⁹ Ezechie zelū ⁊ orationē. Cū.n. ad ipsum reuersi fuissent illi quos miserat ad Rapsacen: nūciassentq̃ verba illi⁹ blasphemie: scidit Ezechias vestimēta sua ⁊ opertus ē sacco. Lectis vero l'ris Sēnacherib: ascēdit i domū dn̄i: ⁊ expādit l'ras corā pplo alibi corā deo: ⁊ orauit. d. Dn̄e deus israel q sedes sup cherubin. i. ꝑ fides omni creature: etiā angelice: tu es de⁹ sol⁹ omniū regū terre: tu fecisti celū ⁊ terrā: inclina aurē tuā: ⁊ audi. i. effectū iusticie tue ostēde ꝯ Sennacherib: q misit vt exprobraret nobis deū viuētem. Salua nos obsecro de manu ipsius. Tunc deus misit Esaiā ad Ezechiā cōsolans eū ⁊ ꝑnuncians que ventura erāt super Sennacherib.

De exercitus Sēnacherib occisione.

Secūdo cōsiderem⁹ exercit⁹ occisionē. Postq̃.n. Sēnacherib venit de egypto: ⁊ hierusalē obsedit: nocte angelus dn̄i pcussit i castris assyrio⁊ cētū octoginta quinq̃ milia. s. oēs robustos bellatores ⁊ ꝑncipales exercitus: vt scribit. 2. Paral. 32. c. Cūq̃ diluculo surrexisset Sēnacherib: vidit oīa corpora mortuo⁊. Dicit Ni. de lira secūdū Hebreos q̄ corpa fuerūt incinerata: sub armis et vestib⁹ intactis: ita q̄ popul⁹ Ezechie potuit de facili spolia colligere: ⁊ sine cadaue⁊ fetore.

De Sēnacherib peremptione.

Tertio cōsiderem⁹ Sēnacherib peremptionē. Qui timens fugit cū decē viris tm̄: vt dicūt hebrei: ⁊ rediit in Niniue. Cūq̃ adoraret in tēplo Nesrach deū suū Adramelech ⁊ Sarasar filii ei⁹ pcusserūt eū gladio: fugerūtq̃ i terrā armenio⁊: ⁊ regnauit ꝓ eo Assaradon fili⁹ ei⁹. Magister in histo. dicit q̄ indignati erāt filii maiores i patrē eo q̄ filiū minorē natu ꝑfecerat eis i regē: q2 magis diligebat matrē ipsi⁹ q̄ illo⁊. Et i hoc ostensus ē Sēnacherib deterior populo: q2 parricidio filio⁊ est reseruat⁹. Rabbi aūt Salomon asserit q̄ ꝑncipes regni cōturbati erāt ꝯ Sēnacherib eo q̄ filii eo⁊ ⁊ amici erāt mortui mō ꝑdicto: ꝓpter ei⁹ blasphemiā ⁊ supbiā ꝯ deū israel. Propter qđ tractabāt de morte ipsi⁹. Qđ cū ad ei⁹ aures puenisset: intrauit tēplū dei sui orās ⁊ ꝓmittens q̄ si h̄ piculū euaderet: i eius honorem duos filios ꝑdictos sacrificaret. Qđ cū illis innotuisset: eū interfecerūt nē ab eo interficerēt. Neq̃ friuolā rē putād⁹ ē loq Rabbi Salomō de voto filios imolādi: qm̄ dū pnines idolatrie totū pene mūdū inuoluebat: h̄ erat demonū malicia: vt hoīes sacrificari sibi sagacissime pcurarēt. Declarat h̄ Eusebi⁹ Pāphili. li. 4. de euāgelica ꝑparatōe: vbi ait. Gentiliū adhuc vocibus: ad declarādā prisco⁊ tēpo⁊ pestē vtemur q̄ adeo aīos hoīū inuaserat: vt q̄si demoniaci: ⁊ a pnitiosis ꝑfecto spiritib⁹ agitati libero⁊ sanguine scelestas placarēt virtutes. Ita pr̄ vnicū filiū: dilectā mater filiā demoni tāq̄ ouē sacrificabāt. Ita gen⁹ hoīum qđ humanū eē nā cognoscit ad furiā imanēq̃ crudelitatē a demonibus ipellebat. Que ita se hr̄i nō solū apud barbaros: ve⁊ etiā apud grecos oīs historia plena est. Nā ⁊ Rhodii hoīe⁊ saturno sacrificabant. Quā rē magis tpib⁹ postea mitigare volentes mortis supplicio aliquem dānatum ad saturnia vsq̃ ꝯseruabāt: quē i ipso festo vino grauatū imolabāt. In salamie vo isula quā antiqssimis tpib⁹ coronā vocabāt: vsq̃ ad Diomedis tpa Agrauale Cecropis filie hō cedebat: postea vo i tēplo Palladis Agrauale ac Diomedis vnū.n.triū fuit. Diomedi hō imolabat q ab adolescentib⁹ ter circū arā duct⁹ tādē a sacerdote hasta pcussus: ⁊ i rogo ipositus cremabatur. Quā rē Diphilus rex cypri Seleuci tēporib⁹ abbominat⁹: nō hoīe⁊: s; bouē Diomedi sacrificari statuit. Demon aūt ille qq̃ fuerit nō iniuitus bouē ꝓ hoīe suscipiebat. Ita nō multū interesse inter imolationē hoīs atq̃ bestie videt. Manethus aūt historic⁹ apud egyptios i eliopoli hoīes imolatos fuisse i libris de pietate testat. Quē morē Amossis iprobauit. Sacrificabant vo Junoni tres i die: quos ingrebāt si mūdi eēnt queadmodū postea vituli. Cereos aūt hoīes offerri pro illis tres Amossis iussit. Dionysio etiā omadio apđ chios appellato hō crudeliter discerptus sacrificabat. Lacedemonios etiā appollodor⁹ scribit hoīe⁊ Marti sacrificare solitos. Et phenices bello⁊ aut pestilētie calamitatib⁹ amicissimos saturno solebāt imolare. Philo etiā q phenicū historiā cōscripsit his vbis i pmo vni libro. Morē ingt priscis i magnis calamitatib⁹ atq̃ piculis fuisse: vt ciuitatis aut gentis ꝑnceps dilectissimū e liberis vlciscēti demoni quasi redēptōis pmiū traderet ⁊ sic traditū mystice iugularet. Diony. etiā Alicar. vir romane historie ac italice pitissim⁹ hui⁹ sceleris testis ē: q in li. de antiqtate italica Jouē et Apollinē

Apollinē qm̄ decima hoīum imolata non fuerat magnas italis calamitates idurisse his verbis scribit. Nullus in arboribus fruct⁹ ad maturitatē vsq̧ ꝑmansit: sed imaturi oēs defluebāt: nec spice semine replebant: nec herbe pecori sufficiētes germiabāt: fōtes quoq̧ ipsi alij bibi nō poterāt: alij estans tp̄e deficiebāt ꝛ aut mulieres abortū paiebant: aut nati pueri māci ꝛ discerpti erāt. Cetera quoq̧ hoīum multitudo egrotatōe ac morte crebrius q̄ꝫ solebāt vexabant. Et plura alia cōmemorat Eusebius q̄ breuitatis cā dimittimus. Quib⁹ appꝫ q̄ Rabbi Salomō rōnabilem cām adducit: quare filij Sēnacherib in patrē man⁹ extenderūt. Facta sūt tn̄ oia ex dei iudicio: q̄ sic vlcisci voluit iniq̄tatē regis blasfemi. Sꝫ ꝛ hodie xp̄iani i h̄ grauiter errāt q de deo turpiter loquūtur: illūq̧ suis buccis maledicis lacerāt: cū tn̄ oēs obligent deū cū laude ꝛ reuerentia noiare. Nā si falsos deos romani ita venerati sūt: vt nihil turpe de ipsis loq liceret: q̄to magis nos deū verū ꝛ immortalē honorare debem⁹. Audite diligēter o xp̄iani lauacro sacri baptismatis regnāti quid Eusebi⁹ Pāphili. li. 2. de euāgelica p̄patione scribit. Romani inq̄t ꝓbe itelligētes fabularū figmēta, spreuerūt. Qd ab Alicarnaseo dionysio cognoscere poteris: q in. 2. vetuste romanorū historie res gestas Romuli enarrās: sniam quoq̧ illius viri d̄ dijs his v̄bis ostēdit. Nō ignorauit q̄ diligēter quottidie leges: ꝛ de bonis reb⁹ cōtentio ꝛ militaris exercitatio optimā ciuitatē cōstituūt: q̄re rex magnā curā adhibuit a cultu deoꝝ icipiēs. Tēpla igit̄ lucos aras simulacra formas ꝛ simbola v̄tutes b̄nficia q̄ a dijs hoībus collata sūt cerimonias ac celeberrimas solēnitates: qb⁹ dij culti gaudēt: ꝛ dies festos ceteraq̧ sic cōstituit: vt optime grecoꝝ rei publice res romana cōferri possit. Fabulas āt q̄ de dijs tradūtur turpes atq̧ inutiles existimās nec solū dijs: sed neq̧ ꝓ his hoībus dignas cūctas eiecit: ac ꝑsuasit vt optime de dijs romani ꝛ existimēt ꝛ loquātur. Nullū. n. opus imortali nāe idignū illis attribuit. hec ibi. O quāta cōfusio igit̄ xp̄ianoꝝ: q deū ꝓditorē ipm̄ acceptatorēq̧ ꝑsonaꝝ iprobe accusant: aliaq̧ ihonesta ꝓferūt in cōtumeliā ei⁹: nō sic ipi nō sic. Bn̄dicite ꝛ nolite maledicere: quaten⁹ liberet nos ip̄e ab omni malo largiēs in hoc seculo suā gratiā: ꝛ i futuro gl̄iam sempiternā. Amen.

Sermo. 16. de iudicio dei contra nabuchodonosor superbientem.

S
Uperborum colla deus oīpotens potēti virtute calcare consueuit. Neque vllus vnq̄ȝ inuetus ē tā diues ꝛ magnus q effugere potuerit manū ei⁹. Est d̄ hoc exēplū Nabuchodonosor regis babylonis q ꝓ elatōe sua humiliat⁹ fuit a deo ꝛ punit⁹ flagello singlari. Idcirco vt cōmoneamur ad timēdū sp̄ deum: statui i hoc s̄mōe d̄ iudicio dei cōtra nabuchodonosor supic̄tem dicere. De quo tractaturi tria mysteria contemplabimur.

Primum dicitur elationis.
Secundum acerbe punitionis.
Tertium fructuose emendationis.

De sup̄bia Nabuchodonosor. Cap. 1.

H
Ec ē ꝓsperitatis tp̄alis conditio vt ingratos homīes dei b̄nfactoris sui faciat obliuisci. Siqdem nabuchodonosor a deo sublimatus i regnū post multas gl̄iosas victorias ꝛ iudeoꝝ captiuitatē contra deū ceruicē erexit factusq̧ ē sup̄bus elat⁹ ꝛ p̄sūptuosus. Quod maxime monstratur in tribus.

Primo in statue erectione.
Scdo in pueroꝝ cōdemnatione.
Tertio in sui ipsius cōfidentia ꝛ p̄sumptōe.

De statua Nabuchodonosor.

P
